BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
32
10 D
26
FONDO EBORENSE

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES HENRICVS

HOTTINGERVS

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES HENRICVS

HOTTINGERVS

Fraudis, & imposturæ manifestæ conuictus

A

LEONE ALLATIO.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA ROMA

Pertinet ad Bibliothecã S. Petri in Monte aureo

ROMÆ,

Typis Sac. Congreg. de Propaganda Fide.

Anno Domini M DC LXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illustrissimo & Reuerendissimo

DOMINO

FERDINANDO

EPISCOPO PADERBORNENSI,

S. ROMANI IMPERII

PRINCIPI,

COMITI PYRMONTENSI,

Leo Allatius Felicitatem.

AFRICAM ſemper aliquid afferre noui, tritum vetuſtate prouerbium eſt: quia alio atque alio diuerſorum animalium, dum bibendi cauſa in vnum conueniunt, congreſſu, per omnes dies

variorum monſtrorum generibus augeſcit. Hoc de ijs Germaniæ regionibus, in quas inſatiabili crudelitate hæreſis inſæuijt, accommodatius dixero. Illic ſiquidem ſingulis horis, ne dicam momentis, ex prima illa petulante a Romana Eccleſia ſecretione, ac ſacrilego pietatis diremptu æterno, & irrequieto ambitu, cui nec mora nec remiſſio nunquam-vſquam interdatur noua gignendi, recentium ac portentoſorum monſtrorum, vt in alio argumento exequitur neſcio quis, hoc quidem ſub ouo fotum conditur, hoc ſemicluſum repit, hoc vocem iam emittit, & maiora nutriunt minora, quæ educata iam & matura, continuata, & nunquam interrupta ſucceſſione alia inexputabilia progignunt. Et

hoc

Digitized by Google

hoc adeo miserabile sectarum extra pietatem fatum, monstris ipsis recensitis, animo integri homines, & pietatis cultores satis superque deplorant, & grauius & diutius indolentes scriptis etiam editis ad sanam doctrinam reuocare; sed ex vano, conantur. Ne longius diuagetur oratio, missos alios fecero; vnum tantum in prospectum proferam; qui, vt reliquos ad hoc exemplum inscitia, garrulitate, & indigna homine ciuili, ne dicam, Christiano, dicacitate antecellit; sic in omnes, & in sacrosanctos religionis apices mota mente iniuriosus inuehitur. Is est Caluino-Tigurinus quidam Hęreticus, Ioanni Henrico Hottingero nomen est, qui nouus catholicorum dogmatum impugnator scriptis flagitiosissimis ac

pestiferis emersit, folijs satis prolixis, & frequentibus voluminibus, ex varijs mendacijs compositis, & collectis ex aliorum colluuie sordibus, quas si quis expurgare voluerit, næ ille & expeditius & facilius Augiæ stabulum repurgauerit, & vna cum insano, irremediabilem insaniam, nec Chironia manu leuandam insaniuerit. Et ne me verba vendere dicat, non omnia illius volumina sed quod xvi. seculi Historiam Ecclesiasticam explicat, & quę tantummodo de Græcorum religione duabus paginulis tractat, tentare adnitar, vt hinc videat Lector, quantæ auctoritatis homo ille sit, quantique faciendus. Nanque si verba, eaque perpaucula a mendacijs superantur; cum de Græcis vicinitate & confinio proximis loqui-

quitur, existimandumne est eum aliquando collineare, cum de alijs longissime remotis agit? Hinc Diatriba hæc nata, qua fraudis & imposturę manifestę Hottingerus conuincitur. Et cum de nuncupatione aliquid cum animo volutarem, en ades, præsensq; mihi sis, *Illustrissime & Reuerendissime Princeps*, cui Deo immortali duce, comitijs auspicatis, ex summa vnanimi selectissimorum Canonicorum voluntate, atque suffragijs regimen Ecclesiæ Paderbornensis etiam absenti committitur; & re Magistratui, populo, plebique Paderbornensi fauste, prospereque eueniente Episcopus renunciaris, amplissimo dignitatis titulo, dum non per alterius incommodum & calamitatem, sed Tua virtute locum ascenderis, & desi-

de-

deratam laborum & studiorum mercedem, laudis nempe & famæ nominis Tui, non cum vitæ tempore dimittendam, sed cum reliqua posteritate adæquandam a virtute ipsa acceperis. Hinc persuasum plane mihi est, cum in hac Vrbe, arce gentium omnium, vniuersæ Reipublicæ Christianæ domicilio, Orbis terrarum luce, Petra veritatis infallibili, ex ore Petri, vel Christi, id siquidem est vnum atque idem Alexandri VII. Pontificis Optimi Maximi, eiusdem Christi Vicarij, ac Petri Successoris, veram ac solidam pietatis doctrinam a Parentibus antiquitate cognita ad gloriam generis veterascentibus haustam, & exercitatione magno cum decore perceptam constabiliueris, satis Te habere pręsidij, ad ea quæ salutis om-

omnium cauſa ſtatueris, reducem in patriam de præfacili tranſigenda; & Tua cum virtute coniuncta prudentia tantam, & tam exitioſam coniuratorum in fidem catholicam peſtem perfringendam. Quinimo fortuna miſeri, & voluntate perditi, hoſteſque ipſi, aut auctoritate conducti ſeruient, aut beneficio obligati operas tribuent, & ſeuera cenſura coërciti in obſequium venient. Confide animo. Non de alienis & exteris, ſed de maioribus Tuis exempla capies, & inter eos digno ſeculorum memoria Theodoro Furſtembergio magno Patruo tuo, cuius de eodem Principatu, & in Eccleſiam Catholicam, glorioſa merita apud vniuerſos valent, & in omne tempus non ſine celebrium hominum inuidiola valebunt, atque multiplici

va-

varioq; sermone celebrabũtur. Recentiora missa facio. Ad antiquiora animum reuocemus. Guilielmus Furstembergius cẽtum ab hinc annis, Ordinis Teutonici postremus in Liuonia Magister a Moschorum Tyranno captus, & sub feris barbarisq; custodibus inter atrocia sæuaque supplicia vitam & sanguinem non fidem Catholicam cordi fixam eripi sibi passus est. Et vt tandem paucis rem expediam, in tanta potestate ita Te adhibebis, vt nulla alia potestas ab ijs quibus ipse præfueris, veniet desideranda. His de causis alijsue, quas modestiæ Tuæ morem gerens, obticeo, Diatriba mea in Hottingerum in Tua custodia tanquam in specula collocari per quam cupidissime optat, cum iam persentiscat & videat; magnam in veritatem

tem

tem rabiem Hottingeri, & illi similium concitari, & mala non nunc primum, ſed iam pridem propoſita, verum doctiſſimorum hominum curis infirma, contempta, abiectaque in ſcenam produci. Sic in ſecuritatem compoſita, in quibus Vrbibus cum poteſtate verſaberis,& virtutes Tuas ſummo Numini conſecratas collocaueris, ſtatuens, diſcernens, vires explicans, hoſtium fraudes, & impoſturas infringens, & ſilentium aduerſarijs, ſin minus nugas agere imperabit. Sint Tibi diutini albi dies & proſperi.

AP-

APPROBATIO.

LIbrum a Reuerendiſſimo Patre Magiſtro Sacri Palatij mihi tranſmiſſum, qui inſcribitur, *Ioannes Henricus Hottingerus fraudis, & impoſturæ manifeſtæ conuictus a Leone Allatio*, attente non ſemel, ſed iterum, atq; tertio perlegi varietate eruditionis, ac ſtyli acumine pellectus; in quo nihil prorſus inueni, quod a Fide Orthodoxa, vel a bonis moribus alienum ſit, quin potius innumeras pene auctoritates, & argumenta complectitur non modo Sanctorum Patrum, ſed etiam ipſorummet Scriptorum, quos Schiſma ab Eccleſia Latina diuulſit, quibus veritas dogmatum, & rituum ſanctitas eiuſdem Eccleſiæ firmiter conſtabiliuntur. Ac perinde vti maxime idoneus ad peruincendos Sectarios, & Heterodoxos, qui contra eam oblatrare præſumunt, dignus mihi videtur, vt quam primum lucem typis videat, lucem maiorem allaturus, qua offuciæ, ac

tene-

tenebræ veritati ab aduersarijs offundi solitæ discutiantur. Romæ die 4 Augusti 1660.

D. Clemens Tosius Abbas Siluestrinus, & Sac. Congreg. Indicis Consultor.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

O. Archiep. Patrac. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Seraphinus Bertolinius Socius Reuerendiss. P. Sacri Palatij Apostolici Magistri, Ord. Prædic.

variorum monſtrorum generibus augeſcit. Hoc de ijs Germaniæ regionibus, in quas inſatiabili crudelitate hæreſis inſæuijt, accommodatius dixero. Illic ſiquidem ſingulis horis, ne dicam momentis, ex prima illa petulante a Romana Eccleſia ſecretione, ac ſacrilego pietatis diremptu æterno, & irrequieto ambitu, cui nec mora nec remiſſio nunquam-vſquam interdatur noua gignendi, recentium ac portentoſorum monſtrorum, vt in alio argumento exequitur neſcio quis, hoc quidem ſub ouo fotum conditur, hoc ſemicluſum repit, hoc vocem iam emittit, & maiora nutriunt minora, quæ educata iam & matura, continuata, & nunquam interrupta ſucceſſione alia inexputabilia progignunt. Et

hoc

hoc adeo miserabile sectarum extra pietatem fatum, monstris ipsis recensitis, animo integri homines, & pietatis cultores satis superque deplorant, & grauius & diutius indolentes scriptis etiam editis ad sanam doctrinam reuocare; sed ex vano, conantur. Ne longius diuagetur oratio, missos alios fecero; vnum tantum in prospectum proferam; qui, vt reliquos ad hoc exemplum inscitia, garrulitate, & indigna homine ciuili, ne dicam, Christiano, dicacitate antecellit; sic in omnes, & in sacrosanctos religionis apices mota mente iniuriosus inuehitur. Is est Caluino-Tigurinus quidam Hęreticus, Ioanni Henrico Hottingero nomen est, qui nouus catholicorum dogmatum impugnator scriptis flagitiosissimis ac

 pesti-

pestiferis emersit, folijs satis prolixis, & frequentibus voluminibus, ex varijs mendacijs compositis, & collectis ex aliorum colluuie sordibus, quas si quis expurgare voluerit, næ ille & expeditius & facilius Augiæ stabulum repurgauerit, & vna cum insano, irremediabilem insaniam, nec Chironia manu leuandam insaniuerit. Et ne me verba vendere dicat, non omnia illius volumina sed quod xvi. seculi Historiam Ecclesiasticam explicat, & quę tantummodo de Græcorum religione duabus paginulis tractat, tentare adnitar, vt hinc videat Lector, quantæ auctoritatis homo ille sit, quantique faciendus. Nanque si verba, eaque perpaucula a mendacijs superantur; cum de Græcis vicinitate & confinio proximis loqui-

quitur, existimandumne est cum aliquando collineare, cum de alijs longissime remotis agit? Hinc Diatriba hæc nata, qua fraudis & imposturę manifestę Hottingerus conuincitur. Et cum de nuncupatione aliquid cum animo volutarem, en ades, præsensq; mihi sis, *Illustrissime & Reuerendissime Princeps*, cui Deo immortali duce, comitijs auspicatis, ex summa vnanimi selectissimorum Canonicorum voluntate, atque suffragijs regimen Ecclesiæ Paderbornensis etiam absenti committitur; & re Magistratui, populo, plebique Paderbornensi fauste, prospereque eueniente Episcopus renunciaris, amplissimo dignitatis titulo, dum non per alterius incommodum & calamitatem, sed Tua virtute locum ascenderis, & desi-

de-

deratam laborum & ſtudiorum mercedem, laudis nempe & famæ nominis Tui, non cum vitæ tempore dimittendam, ſed cum reliqua poſteritate adæquandam a virtute ipſa acceperis. Hinc perſuaſum plane mihi eſt, cum in hac Vrbe, arce gentium omnium, vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ domicilio, Orbis terrarum luce, Petra veritatis infallibili, ex ore Petri, vel Chriſti, id ſiquidem eſt vnum atque idem Alexandri VII. Pontificis Optimi Maximi, eiuſdem Chriſti Vicarij, ac Petri Succeſſoris, veram ac ſolidam pietatis doctrinam a Parentibus antiquitate cognita ad gloriam generis veteraſcentibus hauſtam; & exercitatione magno cum decore perceptam conſtabiliueris, ſatis Te habere pręſidij, ad ea quæ ſalutis

om-

omnium caufa ſtatueris, reducem in patriam de præfacili tranſigenda; & Tua cum virtute coniuncta prudentia tantam, & tam exitioſam coniuratorum in fidem catholicam peſtem perfringendam. Quinimo fortuna miſeri, & voluntate perditi, hoſteſque ipſi, aut auctoritate conducti ſeruient, aut beneficio obligati operas tribuent, & ſeuera cenſura coërciti in obſequium venient. Confide animo. Non de alienis & exteris, ſed de maioribus Tuis exempla capies, & inter eos digno ſeculorum memoria Theodoro Furſtembergio magno Patruo tuo, cuius de eodem Principatu, & in Eccleſiam Catholicam, glorioſa merita apud vniuerſos valent, & in omne tempus non ſine celebrium hominum inuidiola valebunt, atque multiplici

va-

varioq; ſermone celebrabũtur. Recentiora miſſa facio. Ad antiquiora animum reuocemus. Guilielmus Furſtembergius cẽtum ab hinc annis, Ordinis Teutonici poſtremus in Liuonia Magiſter a Moſchorum Tyranno captus, & ſub feris barbariſq; cuſtodibus inter atrocia ſæuaque ſupplicia vitam & ſanguinem non fidem Catholicam cordi fixam eripi ſibi paſſus eſt. Et vt tandem paucis rem expediam, in tanta poteſtate ita Te adhibebis, vt nulla alia poteſtas ab ijs quibus ipſe præfueris, veniet deſideranda. His de cauſis alijſue, quas modeſtiæ Tuæ morem gerens, obticeo, Diatriba mea in Hottingerum in Tua cuſtodia tanquam in ſpecula collocari per quam cupidiſſime optat, cum iam perſentiſcat & videat; magnam in verita-

tem

tem rabiem Hottingeri, & illi similium concitari, & mala non nunc primum, sed iam pridem proposita, verum doctissimorum hominum curis infirma, contempta, abiectaque in scenam produci. Sic in securitatem composita, in quibus Vrbibus cum potestate versaberis, & virtutes Tuas summo Numini consecratas collocaueris, statuens, discernens, vires explicans, hostium fraudes, & imposturas infringens, & silentium aduersarijs, sin minus nugas agere imperabit. Sint Tibi diutini albi dies & prosperi.

APPROBATIO.

LIbrum a Reuerendiſſimo Patre Magiſtro Sacri Palatij mihi tranſmiſſum, qui inſcribitur, *Ioannes Henricus Hottingerus fraudis, & impoſturæ manifeſtæ conuictus a Leone Allatio,* attente non ſemel, ſed iterum, atq; tertio perlegi varietate eruditionis, ac ſtyli acumine pellectus; in quo nihil prorſus inueni, quod a Fide Orthodoxa, vel a bonis moribus alienum ſit, quin potius innumeras pene auctoritates, & argumenta complectitur non modo Sanctorum Patrum, ſed etiam ipſorummet Scriptorum, quos Schiſma ab Eccleſia Latina diuulſit, quibus veritas dogmatum, & rituum ſanctitas eiuſdem Eccleſiæ firmiter conſtabiliuntur. Ac perinde vti maxime idoneus ad peruincendos Sectarios, & Heterodoxos, qui contra eam oblatrare præſumunt, dignus mihi videtur, vt quam primum lucem typis videat, lucem maiorem allaturus, qua offuciæ, ac

tene-

tenebræ veritati ab aduersarijs offundi solitæ discutiantur. Romæ die 4 Augusti 1660.

D. Clemens Tosius Abbas Siluestrinus, & Sac. Congreg. Indicis Consultor.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

O. Archiep. Patrac. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Seraphinus Bertolinius Socius Reuerendiss. P. Sacri Palatij Apostolici Magistri, Ord. Prædic.

IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS
Fraudis & imposturæ manifestæ conuictus
A
LEONE ALLATIO.

CAP. I.

Allatius a Christo edoctus vnionem inter Græcos & Pontificios vrget, & non temere. Neque id probauit Hottingerus, nec vnquam probabit, qui cum a sacris abhorreat, de iis iudicium ferre non potest.

QVAS mihi Ioannis Henrici Hottingeri ex Ecclesiasticæ Historiæ seculo xvi. misisti de Ecclesia Orientali pagellas, diu multumque expectatas, tandem præter spem reddidit N.N. Harum ego lectioni, remotus ab omni alio negotio, nec somniculose institi. Risi homi-

nis conatus, ingenium deploraui, admiratusque sum eum, qui sibi scribendæ Historiæ onus assumpsit, adeo manifeste in rebus apertissimis, & pueris notissimis cæcutire, & mendacia rerum veritate neglecta opere tanto, ne quid peius dicam, sequi: ne de maledicentia in eos, quos venerari debuerat, verba faciam. Idque vt videas non singula, sed quæ de Græcorum Ecclesia nouus hic Dogmatista mendacia diuendit, examinabo, indeq; initium sumam.

Scribit, *Allatium temere nimis Græcam cum Latina Ecclesia conglutinare, & sub idem Papismi regimen reuocare studere*. Id plane ego, nec inficias iuero, veritate coactus, quam multorum improbitate & mendacijs contaminatam, & malitia sectariorum, necnon Neotericorum maleuolentia penitus oppressam conspicatus, ex fallacijs nec infeliciter eductam, in libertatem manumisi, vt omnibus innotesceret, cuius in negotio religionis causa potior esset, & cum quibus Græci concordarent, cum Ecclesiane Romana, an cum Heterodoxis? Sic Heterodoxorum dolos aperui, quibus Græcos in suam sententiam trahere, & sibi vnire á Romanis abalienatos vnum perpetuumque studium fuit. Quod illis cum infeliciter cessisset, machinis diuulgatis, totoque Orbe conclamitatis

 per-

pernegatum est. Conatus itaque hic meus laudabilis fuit. Consensionem & concordiam procuraui. Non puto piaculum esse, pacem inter Christianos disseminare, quam Christus suo aduentu mundo impertitus est, & Ecclesia a Christo edocta, id vnum semper accurrauit, vt omnes suos in vnitate animorum sententiarumque colligaret. Sed ne ipse morosus sim, quæ Theologi Vvirtembergenses de Stanislao Socolouio procuratam ab illis concordiam cum Græcis obijciente stylo signarunt, Hottingero reponam; *An vero studium pacis & concordia displicet, qui nos propter discordiam exagitas? Sed hoc tibi cũ tuæ fecis hominibus dolet, quod per Dei gratiã huius concordiæ formula vanissimi vestri clamores, & calumniæ, & hæc plausibilis oratio atq; argumentum de nostrorum dissidijs sint adempta, mendacijsque conuicta, quibus nos proscidistis, & proclamastis, Sycophantæ*. Hæc tibi Hottingere, qui Leonis cum Romana Ecclesia Græcorum consensionis studium criminaris, tua sint, & ex tuis.

Sed, *Allatius id fecit temere nimis*. Hoc vero probandum erat, quod non probasti, nec probabis vnquam in posterum, licet dies noctesque in euoluendis Græcorum libris oculos defatigaueris, & animo dirumparis, & quas tu somnias ineptias ad disseminanda dissidia inter Græcos & Pontificios nusquam

reperies. Quare ergo rem, vti erat, exponens *temere nimis* feci? Temeritas eſt, aut falſum ſentire, aut quod non ſatis explorate perceptum ſit & cognitum, ſine vlla dubitatione defendere, aut damnare quod neſcias, quæ in conſenſione Allatij locum non habent. Nanque ipſum vera ſentire, & ſibi explorata & cognita defendere, ſibique nota damnare libris illis ſuis, & teſtimonijs Doctorum, & hiſtorijs minime dubijs, & rationibus in rebus demonſtrationi non ſubiectis, vti haberi potuerunt, confirmauit, quæ ſi non obſeruaſti, aut non intellexiſti, tua inſcitia fuerit. Et vt videas, en argumentum, Hottingerus ſcribit, *Allatium temere nimis feciſſe*. Ergo Allatius temere nimis fecit. Lepidum ſane caput! Si tale argumentorum genus in diſputationibus introducatur, in quo neque modus adhibetur, neque conſuetudo ſeruatur, & cauſa non defenditur, nemo ab aduerſariorum iniuria, & inſane iactatis iaculis ſaluus fuerit. Vis iſta eſt; & ruina quædam, atque tempeſtas, & quiduis potius quam iudicium, aut diſceptatio, aut quæſtio, vt cum illo loquar. *Allatius id fecit temere nimis*. Quis eſt hic, qui fundit oracula, cuius dicto, vel ſimplici fides habenda eſt? Ille eſt, qui tractanda ſuſcepit, quæ nec didicit, nec ſcit, nec intelligit, vt demonſtrabitur. Pace tua di-

xero, Hottingere. Et quanam ratione tu de rebus sacris, & ritibus Græcorum & Pontificiorum sententiam ferre potes, atque dijudicare, quantum rebus diuinis, religionique tribuendum sit, cui & sacra & diuina & religio ipsa tantundem odio sunt: & eorum vel solo auditu animo exhorrescis, tantum abest, vt cara habeas; & si quando ea videndi facultas facta fuerit, ea inimico aduersoque vultu intuearis. Ego non puto te ad tantam impietatem peruenisse, tantumque Catholicorum templa abhorruisse, vt nunquam in ea ingressus sis: nam ad templa ab Hæreticis profanata aditum tibi fuisse non moror; sed ab his sacra omnia procul sunt, ab infamissimis Hæroticis vti sceleratæ abominationes, & spurcissimæ & perniciosissimæ imposturæ sublata. Quare de Catholicorum templis, & sacris, alijsque diuinis ritibus, & multo minus de Græcis, cum ea plane ignores, sententiam ferre non potes. Ideoque cum tua defendis, & aliena damnas temere nimis facis, & non Allatius, qui in illis a puero versatus est & innutritus, & libros tum Pontificios, tum Græcos de his ijsdem rebus tractantes diligenter accurateq; euoluit. Et cum de illis scripsit, de rebus sibi bene cognitis scripsit, non aliunde emendicando notitias, sed de suis promens: nec vnquam

adeo fuit incogitans atque impudens, vt præsumpserit dictis suis, nisi testimonijs Doctorum Ecclesiæ confirmatis, & stabilitis credendum esse. Et nihilominus *temere nimis fecisse* reputatur ab Hottingero, quia Hottingeri impietatem, & a vera religione casum pessimum demonstrat. Non dici potest, quantum perplaceat Allatio, nouatorem & Ecclesiæ Catholicæ Deique hostem suis scriptis dolore, eoque magno, & vix consolabili affici.

CAP. II.

Nunquam in Ecclesia Græca defuerunt Pappomastiges. Hi tamen Ecclesiam Græcam non constituunt: nec ipsi Patriarchæ ἀπτωσίαν possident. Ecclesia nauis est, & continuo varijs Hæreseon fluctibus iactatur, nunquam tamen mergitur.

PLerosque Orientales *παππομάστιγας, &* *παππισυγχωρῦτας hoc etiam seculo fuisse, quis ignorat?* Hoc neque ignorauit Allatius, sed palam aperteq; fassus est, etiam eorum Commentarijs indicatis. & alios etiam fuisse, quos ignorauit Allatius, ingenue fateor: ideoque nec recensuit. Sed quid hoc est ad Hottingeri mentem? Singulares personæ, licet in dignitatibus constitutæ in Græcorum Ecclesia,

clesia, Ecclesiam Græcam non faciunt. Neque quia in ea Ecclesia alia atque alia hæresis exorta est, & disseminata, Ecclesia illa hæretica audijt; cum ipsa reiectis hæresibus, & dissipatis erroribus intacta, atque immaculata remanserit; & nunquam vniuersa, vel in suis fidei professionibus, vel in libris Ritualibus, quos continuo in Ecclesia legit, hæresim profiteatur vllam, a Synodis vel Ecclesia Romana condemnatam. Etiam si quatuor Patriarchæ in vnum coierint, & errorem in fide diuulgauerint, si illum vniuersi non receperint, Ecclesia Græca non dicetur errare. Quis decreuit ἀπτωσίαν, & infallibilitatem Patriarchis? Certe nullus. Quare & in hæresim prolabi possunt, & in posterum, quod Deus auertat, prolabentur. Ideoque nulla sit in illa læsio fidei. Neque propterea ab Ecclesia Romana disiungi dicetur, si in ea plerique, vel hæresim veterem, vel de nouo exortam alijs propinant, & contra Papismum scriptis editis deblaterant, nisi vnanimi omnes consensu corde hæresim excipiant, & ore profiteantur; quod in ijs quæ particulares homines iactant in Romanam Ecclesiam nunquam reperies. Quid enim malum, aut damnum Ecclesiæ Romanæ dedêre priscis temporibus Marcionistæ, Dositheani, Sabelliani, & subsecutis Ariani, Nestoriani,

Macedoniani, Eutychiani, Dioſcoriani, Iconoclaſtæ, & poſtmodum nunc demum Huſſitæ, wiclefiſtæ, Luterani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, & ſimilia immaniſſima, & fœdiſſima hæreſcon monſtra? Plane nullum. Multo minus poſt Photium, & ſchiſma Græcorum Eccleſia Græca iniuriam, & detrimentum accipiet, ſi contra eiuſdem dogmata, & decreta aſſurrexerunt Stethatus Niceta, Nilus Cabaſila, Marcus Epheſius, Ioſephus Bryennius, Macarius Ancyranus, Amyrutius, Gemiſtus, Scholarius, Coreſius, & ſimiles, qui dum Græcæ partes tueri ſimulant, vulnus in Romanam ac Pontificiam impingere tentant, & maledicentiæ venenum vulneri, ſed inani, & puerili opere adfundunt. Nauis eſt Eccleſia Catholica non in portum ſubducta, non ſemper habens ventos ſecundos, neque mare ſemper ad nauigandum tempeſtiuum. Hinc neceſſario maximas mutationes ſentit, & reflantibus ventis de ſtatu dimota, ſæuiſque fluctibus preſſa ſaxis illiditur, & imbribus deſuper, & infra aquarum inualeſcentium turbinibus tantum non obruta, curſum ſuum tenet: ſed nunquam, quod diuinum eloquium prædixerat, naufragio perit, vel vndis abſorbetur, ſed recta quos in ſe claudit fideles, ſaluos, & a malis innoxios, ſtellam polarem Chriſtum veritatem nempe

do-

dogmatum sequens in portum peruehit salutis. Si quis fastiditis fluctibus ea neglecta, in mare se vti tutiorem stationem proiecerit, & pedem in vndam imposuerit, næ ille vel statim aquis obrutus, vel incerto cursu non diu post defatigatus vitam amittet; salutis suæ manifeste proditor. Frustra ergo abs te hic ad minuendam Pontificiam dignitatem, & dogmatum certitudinem improbandam aduocantur, plerique tales παππομάστιγες, & παπποστυγοῦντες. Si sana tibi mens fuisset, adduxisses, qui multo plures fuere, παπποφίλους φιλαλήθεις. Sed quid expectandum erat a παππομάστιγα? Asinus asino, & sus sui pulcher est. καλὸς πίθηκος, καλὸς.

CAPVT III.

Ritus, & Consuetudines in rebus sacris peragendis non scindunt Ecclesiam, sed Dogmata, Papp omastigum etiam decreto. Quare licet in nonnullis differant Græci a Pontificijs, in Dogmate tamen, & in Consuetudinibus quamplurimis concordant. Quos in sui fauorem laudat Hottingerus, non intellexit.

NOn in ritibus tantum, quod Leo Allatius in consensu suo Orientalium cum Occidentalibus

talibus vrget: sed & cum primis negato Papæ primatu, quem errorem in Papatu errare periculosum est. Allatius si bene legisti, non ex professo egit de Ritibus. Neque enim ipsum fugit, ritus in Ecclesia a sui principio non semper eosdem fuisse: sed nouis emergentibus caussis pro arbitrio Præsulum mutatos fuisse: qui tamen Ecclesias non scindunt, neque ab vnione discludunt. Et rem minime dubitandam in contentionem non posuit. Imo hoc ipsum multorum tum Orientalium tum Occidentalium testimonijs reddidit testatissimum. & hinc concludebat, non quia in Orientalibus, & Occidentalibus non sunt semper ijdem ritus, sed alio atq; alio modo hic Missæ sacrificium peragit, ille Baptismum ministrat, si potissima, formæ scilicet, ministri, & materiæ firma remanent, parum curandum esse de reliquiis; dum tamen illa non peraguntur, vt aliquam de nouo ortam hæresim, vel errorem in animos fidelium intromittant: tum enim æque atque hæresis ipsa vel error profligandi sunt. Et hoc non inter Orientales & Occidentales vsu venisse compertum est, sed etiam inter Pontificios ipsos nunc pro more esse conspicitur; vt quis quis Romanæ Ecclesiæ, & Mediolanensis, & multorum Religiosorum Ordinum in sacris peragendis, & officijs recitandis ritus diuersos

ſos in vnum conferat, in quibus animorum diſſentio nulla eſt, non obſcure videbit. In Eccleſiaſticis enim conſuetudinibus ſaluberrima illa regula retinetur, ita decernente Auguſtino Epiſtola 119. ad Ianuarium; *Vt quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum ſit*. Et Epiſtola 118. ad eundem: *Faciat ergo quiſque quod in ea Eccleſia, in quam venit, inuenerit. Non enim quicquam eorum contra fidem fit, aut contra mores hinc vel inde meliores. His enim cauſis, ideſt aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel inſtitui quod non fiebat.* De ieiunijs varie ab Orientalibus obſeruatis, multa Irenæus, Socrates, & alij. Theodorus Antidorum Epiſcopus in expoſitione Miſſæ. Ὁ μέν γε τύπος τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων παρὰ πάντων ὁ αὐτὸς ἀπαραλλάκτως ἐπιτελεσιουργεῖτο, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε. μετὰ δὲ τοὺς θεηγόρους Ἀποστόλους τινὲς τῶν θείων πατέρων ἰδιαζόντως ἕκαστος, εὐχὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐκφωνήσεις, καὶ ἀπηρτισμένας ἀκολουθίας, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος. πάντες δ' ὅμως ἐκ

τῶν

τῆρος πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξῆλθεν, οὐχὶ δ' αἷμα
μόνον. οἷα καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκεν, εἰπών, εἷς
τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν τοῦ Κυρίου ἔνυξε.
καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. τούτου χάριν,
καὶ ἐπιχεόμενον ὕδωρ πρὸς ὑπόδειγμα τοῦ συναπορρυέν-
τος ὕδατος καὶ αἵματος, τῆς τοῦ Κυρίου πλευρᾶς
αἷμα, καὶ ὕδωρ ἐξῆλθε μόνον. ὥσπερ καὶ εἴρηται.
*In calice vero quid erat? Vinum sine aqua, vel
aqua separatim videbantur? Et interea Discipuli
non videbant, si solum vinum, illudque purum
esset, aut aliter se haberet. Quodsi id est, unde-
nam aquam infundere in calicem, o Latine, tibi
accepisti; cum Christus tantum in illo vinum,
commonstrasset, dixissetq;, Hoc est corpus meum,
noui testamenti? &c. Quod dixit, ex Saluatoris
latere sanguis & aqua exiuit, et non sanguis so-
lus, ut qui vidit, testimonium perhibuit, dicens:
Vnus ex militibus lancea latus Domini perfora-
uit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Propte-
rea infundimus aquam ad ostendendum aquam
& sanguinem, quæ simul effluxerunt ex Domini
latere. Sanguis & aqua exiuit solum, uti dictum
est.* Et infra; Ἐπεὶ πλεῖστα καὶ ἕτερα ὁ μὲν Κύ-
ριος ἐνετείλατο. οἱ δέ γε θεῖοι Ἀπόστολοι καὶ οἱ λοι-
ποὶ πατέρες ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἐλλαμπόμενοι πνεύματος
ἐπεξειργάσαντο εἰς οἰκοδομὴν χάριτος. ὡς ἔστιν ἰδεῖν
περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. τοῦ γὰρ Κυρίου ἁπλῶς εἰρη-
κότος, βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ
υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μηδέν τι πλέον προσ-

τιθέ-

τιθεμένης ὕστερον παρὰ τῶν θείων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων παρεδόθη, καὶ ἐλαίῳ ἀλείφεσθαι, καὶ ἐμφυσᾶσθαι παρὰ τῶν ἱερέων, καὶ μύρῳ χρίεσθαι, καὶ ἐξορκίζεσθαι, εἰς μετάληψιν πάντως συμβολικῶς τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος, οὕτως ἄρα γέγονεν, καὶ ἐπὶ τῶν ἀχράντων καὶ θείων μυστηρίων. *Quandoquidem pleraq; alia Dominus imperauit, diuini vero Apostoli, & reliqui Patres a Spiritu sancto illustrati in ædificationem gratiæ accuratius persoluerunt, vt videre est in sacro Baptismate. Cum enim Dominus simpliciter dixisset: Baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, nihilque aliud addidisset, postea a diuinis Apostolis, & sanctis Patribus traditum est, & oleo inungi, & Chrismate, & exorcizari, & insufflari a Sacerdotibus ad participandam omnino symbolice gratiam sanctissimi Spiritus. Pari modo quoque factum est in immaculatis diuinisq; mysterijs.* Ioannes Phurnes ad Gregorium Antigonitem Epistola; Ἀλλὰ μὲν καὶ τὸν ἄρτον τῆς εὐλογίας ὁρῶμεν ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων ἁγιαζόμενον ἐν τῷ μόνον ἁπλῶς ἐπιλέγεσθαι, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ διδασκάλου δηλαδὴ παρειλήφεισαν, αὐτὴν τῆς νῦν γινομένης εὐτάκτως ἱεροτελεστικῆς ἀκολουθίας τῶν τε τῶν προαναφωνουμένων προφητικῶν ἀλαλαγμάτων, ἀποστολικῶν τε, καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, καὶ τῶν προλεγομένων καὶ ἐπιλεγομένων ἱερῶν εὐχῶν, καὶ τὰ μὲν

ὡς

reperies. Quare ergo rem, vti erat, exponens *temere nimis* feci? Temeritas est, aut falsum sentire, aut quod non satis explorate perceptum sit & cognitum, sine vlla dubitatione defendere, aut damnare quod nescias, quæ in consensione Allatij locum non habent. Nanque ipsum vera sentire, & sibi explorata & cognita defendere, sibique nota damnare libris illis suis, & testimonijs Doctorum, & historijs minime dubijs, & rationibus in rebus demonstrationi non subiectis, vti haberi potuerunt, confirmauit, quæ si non obseruasti, aut non intellexisti, tua inscitia fuerit. Et vt videas, en argumentum; Hottingerus scribit, *Allatium temere nimis fecisse*. Ergo Allatius temere nimis fecit. Lepidum sane caput! Si tale argumentorum genus in disputationibus introducatur, in quo neque modus adhibetur, neque consuetudo seruatur, & causa non defenditur, nemo ab aduersariorum iniuria, & insane iactatis iaculis saluus fuerit. Vis ista est; & ruina quædam, atque tempestas, & quiduis potius quam iudicium, aut disceptatio, aut quæstio, vt cum illo loquar. *Allatius id fecit temere nimis*. Quis est hic, qui fundit oracula, cuius dicto, vel simplici fides habenda est? Ille est, qui tractanda suscepit, quæ nec didicit, nec scit, nec intelligit, vt demonstrabitur. Pace tua dixero

xero, Hottingere. Et quanam ratione tu de rebus ſacris, & ritibus Græcorum & Pontificiorum ſententiam ferre potes, atque dijudicare, quantum rebus diuinis, religionique tribuendum ſit, cui & ſacra & diuina & religio ipſa tantundem odio ſunt: & eorum vel ſolo auditu animo exhorreſcis, tantum abeſt, vt cara habeas; & ſi quando ea videndi facultas facta fuerit, ea inimico aduerſoque vultu intuearis. Ego non puto te ad tantam impietatem perueniſſe, tantumque Catholicorum templa abhorruiſſe, vt nunquam in ea ingreſſus ſis: nam ad templa ab Hæreticis profanata aditum tibi fuiſſe non moror; ſed ab his ſacra omnia procul ſunt, ab infamiſſimis Hæreticis vti ſceleratæ abominationes, & ſpurciſſimæ & pernicioſiſſimæ imposturæ ſublata. Quare de Catholicorum templis, & ſacris, alijſque diuinis ritibus, & multo minus de Græcis, cum ea plane ignores, ſententiam ferre non potes. Ideoque cum tua defendis, & aliena damnas temere nimis facis, & non Allatius, qui in illis a puero verſatus eſt & innutritus, & libros tum Pontificios, tum Græcos de his ijſdem rebus tractantes diligenter accurateq; euoluit. Et cum de illis ſcripſit, de rebus ſibi bene cognitis ſcripſit, non aliunde emendicando notitias, ſed de ſuis promens: nec vnquam

adeo fuit incogitans atque impudens, vt præsumpserit dictis suis, nisi testimonijs Doctorum Ecclesiæ confirmatis, & stabilitis credendum esse. Et nihilominus *temere nimis fecisse* reputatur ab Hottingero, quia Hottingeri impietatem, & a vera religione casum pessimum demonstrat. Non dici potest, quantum perplaceat Allatio, nouatorem & Ecclesiæ Catholicæ Deique hostem suis scriptis dolore, eoque magno, & vix consolabili affici.

CAP. II.

Nunquam in Ecclesia Græca defuerunt Pappomastiges. Hi tamen Ecclesiam Græcam non constituunt: nec ipsi Patriarchæ ἀπτωσίαν possident.

Ecclesia nauis est, & continuo varijs Hæreseon fluctibus iactatur, nunquam tamen mergitur.

PLerosque Orientales *παππομάστιγας, & παπ-πισυζομῖτας hoc etiam seculo fuisse, quis ignorat?* Hoc neque ignorauit Allatius, sed palam aperteq; fassus est, etiam eorum Commentarijs indicatis. & alios etiam fuisse, quos ignorauit Allatius, ingenue fateor: ideoque nec recensuit. Sed quid hoc est ad Hottingeri mentem? Singulares personæ, licet in dignitatibus constitutæ in Græcorum Ec-

clesia, Ecclesiam Græcam non faciunt. Neque quia in ea Ecclesia alia atque alia hæresis exorta est, & disseminata, Ecclesia illa hæretica audijt; cum ipsa reiectis hæresibus, & dissipatis erroribus intacta, atque immaculata remanserit; & nunquam vniuersa, vel in suis fidei professionibus, vel in libris Ritualibus, quos continuo in Ecclesia legit, hæresim profiteatur vllam, a Synodis vel Ecclesia Romana condemnatam. Etiam si quatuor Patriarchæ in vnum coierint,& errorem in fide diuulgauerint,si illum vniuersi non receperint, Ecclesia Græca non dicetur errare. Quis decreuit ἀπτωσίαν, & infallibilitatem Patriarchis? Certe nullus. Quare & in hæresim prolabi possunt, & in posterum, quod Deus auertat, prolabentur. Ideoque nulla fit in illa læsio fidei. Neque propterea ab Ecclesia Romana disiungi dicetur, si in ea plerique, vel hæresim veterem, vel de nouo exortam alijs propiñant, & contra Papismum scriptis editis deblaterant, nisi vnanimi omnes consensu corde hæresim excipiant,& ore profiteantur; quod in ijs quæ particulares homines iactant in Romanam Ecclesiam nunquam reperies. Quid enim malum, aut damnum Ecclesiæ Romanæ dedêre priscis temporibus Marcionistæ, Dositheani, Sabelliani, & subsecutis Ariani, Nestoriani,

Macedoniani, Eutychiani, Dioſcoriani, Iconoclaſtæ, & poſtmodum nunc demum Huſſitæ, wicleſiſtæ, Luterani, Caluiniſtæ, Anabaptiſtæ, & ſimilia immaniſſima, & fœdiſſima hæreſcon monſtra? Plane nullum. Multo minus poſt Photium, & ſchiſma Græcorum Eccleſia Græca iniuriam, & detrimentum accipiet, ſi contra eiuſdem dogmata, & decreta aſſurrexerunt Stethatus Niceta, Nilus Cabaſila, Marcus Epheſius, Ioſephus Bryennius, Macarius Ancyranus, Amyrutius, Gemiſtus, Scholarius, Coreſius, & ſimiles, qui dum Græcæ partes tueri ſimulant, vulnus in Romanam ac Pontificiam impingere tentant, & maledicentiæ venenum vulneri, ſed inani, & puerili opere adfundunt. Nauis eſt Eccleſia Catholica non in portum ſubducta, non ſemper habens ventos ſecundos, neque mare ſemper ad nauigandum tempeſtiuum. Hinc neceſſario maximas mutationes ſentit, & reflantibus ventis de ſtatu dimota, ſæuiſque fluctibus preſſa ſaxis illiditur, & imbribus deſuper, & infra aquarum inualeſcentium turbinibus tantum non obruta, curſum ſuum tenet: ſed nunquam, quod diuinum eloquium prædixerat, naufragio perit, vel vndis abſorbetur, ſed recta quos in ſe claudit fideles, ſaluos, & a malis innoxios, ſtellam polarem Chriſtum veritatem nempe

do-

dogmatum sequens in portum peruehit salutis. Si quis fastiditis fluctibus ea neglecta, in mare se vti tutiorem stationem proiecerit, & pedem in vndam imposuerit, næ ille vel statim aquis obrutus, vel incerto cursu non diu post defatigatus vitam amittet; salutis suæ manifeste proditor. Frustra ergo abs te hic ad minuendam Pontificiam dignitatem, & dogmatum certitudinem improbandam aduocantur, plerique tales παππομάστιγες, & παπποστυγοῦντες. Si sana tibi mens fuisset, adduxisses, qui multo plures fuere, παππφίλοις φιλαλήθεις. Sed quid expectandum erat a παππομάστιγα? Asinus asino, & sus sui pulcher est. καλὸς πίθηκος, καλὸς.

CAPVT III.

Ritus, & Consuetudines in rebus sacris peragendis non scindunt Ecclesiam, sed Dogma, Papponastigum etiam decreto. Quare licet in nonnullis differant Græci a Pontificijs, in Dogmate tamen, & in Consuetudinibus quamplurimis concordant. Quos in sui fauorem laudat Hottingerus, non intellexit.

NOn in ritibus tantum, quod Leo Allatius in consensu suo Orientalium cum Occidentalibus

talibus vrget: sed & cum primis negato Papæ primatu, quem errorem in Papatu errare periculosum est. Allatius si bene legisti, non ex professo egit de Ritibus. Neque enim ipsum fugit, ritus in Ecclesia a sui principio non semper eosdem fuisse: sed nouis emergentibus causis pro arbitrio Præsulum mutatos fuisse: qui tamen Ecclesias non scindunt, neque ab vnione discludunt. Et rem minime dubitandam in contentionem non posuit. Imo hoc ipsum multorum tum Orientalium tum Occidentalium testimonijs reddidit testatissimum. & hinc concludebat, non quia in Orientalibus, & Occidentalibus non sunt semper ijdem ritus, sed alio atq; alio modo hic Missæ sacrificium peragit, ille Baptismum ministrat, si potissima, formæ scilicet, ministri, & materiæ firma remanent, parum curandum esse de reliquiis; dum tamen illa non peraguntur, vt aliquam de nouo ortam hæresim, vel errorem in animos fidelium intromittant: tum enim æque atque hæresis ipsa vel error profligandi sunt. Et hoc non inter Orientales & Occidentales vsu venisse compertum est, sed etiam inter Pontificios ipsos nunc pro more esse conspicitur; vt quis quis Romanæ Ecclesiæ, & Mediolanensis, & multorum Religiosorum Ordinum in sacris peragendis, & officijs recitandis ritus diuer-

sos

-ſos in vnum conferat, in quibus animorum diſſentio nulla eſt, non obſcure videbit. In Eccleſiaſticis enim conſuetudinibus ſaluberrima illa regula retinetur, ita decernente Auguſtino Epiſtola 119. ad Ianuarium; *Vt quæ non ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicunque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum ſit*. Et Epiſtola 118. ad eundem: *Faciat ergo quiſque quod in ea Eccleſia, in quam venit, inuenerit. Non enim quicquam eorum, contra fidem fit, aut contra mores hinc vel inde meliores. His enim cauſis, ideſt aut propter fidem, aut propter mores, vel emendari oportet, quod perperam fiebat, vel inſtitui quod non fiebat.* De ieiunijs varie ab Orientalibus obſeruatis, multa Irenæus, Socrates, & alij. Theodorus Antidorum Epiſcopus in expoſitione Miſſæ. Ὁ δέ γε τύπος τῆς παραδόσεως τῶν μυστηρίων παρὰ πάντων ὁ αὐτὸς ἀπαραλλάκτως ἐπιτελεσιουργεῖτο, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦτον παρέδωκε. μετὰ δὲ τοὺς θεηγόρους Ἀποστόλους τινὲς τῶν θείων πατέρων ἰδιαζόντως ἕκαστος, τὰς εὐχὰς ἐποιοῦντο, καὶ ἐκφωνήσεις, καὶ ἀπηρτισμένας ἀκολουθίας, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Ἐπιφανὴς Ἐπιφάνιος, καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος. πάντες δ' ὅμως ἐκ

τῶν ναμάτων τῆς ζωηῤῥύτου πηγῆς τοῦ Παρακλήτου ἠρύσαντο τὰ διδάγματα. ἅπερ ἡ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησία, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ λεχθέντα τε, καὶ πραχθέντα ἐδέξατο. καὶ νῦν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ θεία ἱερουργία τοῦ μεγάλου Βασιλείου, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου κρατεῖ μετά γε τὴν προηγιασμένων, ἣν τινὲς μὲν Ἰακώβου φασὶν εἶναι τοῦ ὀνομασθέντος ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, ἕτεροι δὲ Πέτρου τοῦ κορυφαίου, καὶ ἄλλοι ἄλλων. *Typus autem traditorum mysteriorũ absque vlla sui immutatione apud omnes eodem modo obseruabatur qualem Dominus noster Iesus Christus Discipulis tradiderat. Sed post diuiniloquos Apostolos, quidam ex sanctis Patribus separatim vnusquisque preces componebat tum secreto, tum alta voce recitandas, & sacrificij faciendi continuatam seriem, vti sanctus perillustris Epiphanius, magnus Basilius, & Ioannes Chrysostomus. Omnes nihilominus ex aquis vitam effluentis fontis Spiritus Paracleti instructionem hauriebant; quam orthodoxa Ecclesia vti ab ipso Christo dictatam, effectuque præstitam accepit. Et nunc præ alijs magni Basilij, & Ioannis Chrysostomi vsu præualet, post eam quæ dicitur Præsanctificatorum, quam quidem ferunt esse Iacobi fratris Domini, alij principis Apostolorum Petri, alij aliorum.*
Et ante hunc Photius Epistola ad Nicolaum Papam; Ὅρα δὲ εἰ βούλει πρὸς τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν ἑτερότητας, τὰς ἐν ταῖς εὐχαῖς, τὰς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσι, τὰς ἐν τάξει καὶ ἀκολουθίᾳ,
τὰς

ταῖς ἐν τῷ τοῦ χρόνου μήκει, καὶ τῇ βραχύτητι, ταῖς ἐν πλήθει, καὶ ὀλιγότητι, καὶ τὸ δι' αὐτῶν, ὢ τοῦ θαύματος, ὁ κοινὸς ἄρτος εἰς σῶμα Χριστοῦ μεταβάλλεται, καὶ ὁ κοινὸς οἶνος αἷμα χρηματίζει τοῦ λύτρον ἡμῖν ἐξ οἰκείας πλευρᾶς τοῦτο σὺν ὕδατι βλύσαντος. καὶ ἡ τῶν εἰρημένων ἑτερότης τε καὶ παραλλαγὴ τὴν ἑνοειδῆ καὶ θεοποιὸν χάριν τοῦ πνεύματος ἀπληθυντώς τε καὶ ἀπαραλλάκτως ὑποδέξασθαι τὰ ἀφ' οἷς ταῦτα τελεῖται, οὐ διεκώλυσεν. *Ad hæc aſpice, ſi vis, & Miſſarum varietates in ordine & conſequentia, in temporis diuturnitate & breuitate, in multitudine et paucitate. Et quidem in illis, o miraculum, communis panis in corpus Chriſti mutatur, & commune vinum ſanguis eius fit, quem in redemptionem pro nobis de proprio latere effudit, & horum diſcrimen, ac varietas vniformem deificamque Spiritus gratiam multipliciter, & inuariabiliter ſuſcipi ab ijs, propter quos hæc geruntur, non prohibuit.* Sed Ottingerus Pappomaſtigas poſcit. Indulgendum eſt alieno ab Eccleſia viro. Nicolaus Hydruntinus de Azymis contra Latinos. Ἐν δὲ τῷ ποτηρίῳ τί ἦν; οἶνος χωρὶς ὕδατος, ἢ ὕδωρ κεχωρισμένως φαινόμενα. καὶ τέως οὐκ ἐθεώρουν οἱ μαθηταὶ, ἢ μόνον οἶνον. καὶ ἄκρατος ἦν, ἢ καὶ οὔ; εἰ δὲ τοῦτο, πόθεν ὕδωρ ἐπιχέειν τῷ ποτηρίῳ, ὦ λατῖνε, παρέλαβες, τοῦ Χριστοῦ μόνον ἐν ἐκείνῳ οἶνον οἷον ἐνδείξαντος, καὶ εἰπόντος, τοῦτο ἐστὶ τὸ αἷμά μου τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, καὶ τὰ λοιπά. διότι φησὶν ἐκ τῆς τοῦ Σω-

τῆς πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξῆλθεν, οὐχὶ δ' αἷμα μόνον. οἷα καὶ ὁ ἱστορικὸς μεμαρτύρηκεν, εἰπὼν, εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν τοῦ Κυρίου ἔνυξε. καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. τούτου χάριν, καὶ ἐπιχεόμενον ὕδωρ πρὸς ὑπόδειγμα τοῦ συναπορρυέντος ὕδατος καὶ αἵματος, τῆς τοῦ Κυρίου πλευρᾶς αἷμα, καὶ ὕδωρ ἐξῆλθε μόνον. ὥσπερ καὶ εἴρηται. *In calice vero quid erat? Vinum sine aqua, vel aqua separatim videbantur? Et interea Discipuli non videbant, si solum vinum, illudque purum esset, aut aliter se haberet. Quodsi id est, undenam aquam infundere in calicem, o Latine, tibi accepisti; cum Christus tantum in illo vinum commonstrasset, dixissetq;, Hoc est corpus meum, noui testamenti? &c. Quod dixit, ex Saluatoris latere sanguis & aqua exiuit, et non sanguis solus, ut qui vidit, testimonium perhibuit, dicens: Unus ex militibus lancea latus Domini perforauit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Propterea infundimus aquam ad ostendendum aquam & sanguinem, quæ simul effluxerunt ex Domini latere. Sanguis & aqua exiuit solum, uti dictum est.* Et infra; Ἐπεὶ πλεῖστα καὶ ἕτερα ὁ μὲν Κύριος ἐνετείλατο. οἱ δέ γε θεῖοι Ἀπόστολοι καὶ οἱ λοιποὶ πατέρες ὑπὸ τοῦ ἁγίου ἐλλαμπόμενοι πνεύματος ἐπεξειργάσαντο εἰς οἰκοδομὴν χάριτος. ὡς ἔστιν ἰδεῖν περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. τοῦ γὰρ Κυρίου ἁπλῶς εἰρηκότος, βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μηδέν τι πλέον προστιθε-

τιθε-

τιθεμένα ὕστερον παρὰ τῶν θείων Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων παρεδόθη, καὶ ἐλαίῳ ἀλείφεσθαι, καὶ ἐμφυσᾶσθαι παρὰ τῶν ἱερέων, καὶ μύρῳ χρίεσθαι, καὶ ἐξορκίζεσθαι, εἰς μετάληψιν πάντως συμβολικῶς τῆς χάριτος τοῦ παναγίου Πνεύματος, οὕτως ἄρα γέγονεν, καὶ ἐπὶ τῶν ἀχράντων καὶ θείων μυστηρίων. *Quandoquidem pleraq; alia Dominus imperauit, diuini vero Apostoli, & reliqui Patres a Spiritu sancto illustrati in ædificationem gratiæ accuratius persoluerunt, vt videre est in sacro Baptismate. Cum enim Dominus simpliciter dixisset: Baptizate in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, nihilque aliud addidisset, postea a diuinis Apostolis, & sanctis Patribus traditum est, & oleo inungi, & Chrismate, & exorcizari, & insufflari a Sacerdotibus ad participandam omnino symbolice gratiam sanctissimi Spiritus. Pari modo quoque factum est in immaculatis diuinisq; mysterijs.* Ioannes Phurnes ad Gregorium Antigonitem Epistola; Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν ἄρτον τῆς εὐλογίας ὁρῶμεν ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων ἁγιαζόμενον ἐν τῷ μόνον ἁπλῶς ἐπιλέγεσθαι, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ διδασκάλου δηλαδὴ παρειλήφεισαν, αὖ δὲ τῆς νῦν γινομένης εὐτάκτας ἱεροτελεστικῆς ἀκολουθίας, τῆς τε τῶν προαναφωνουμένων προφητικῶν ἀλαλαγμάτων, ἀποστολικῶν τε, καὶ εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων, καὶ τῶν προλεγομένων καὶ ἐπιλεγομένων ἱερῶν εὐχῶν, καὶ τὰ μὲν

ὡς

ὡς ἤδη γεγονότα σαφῶς δεικνυούσης, τὰ δὲ πάλιν ὡς ἐσόμενα συμβολικῶς ὑποτυπούσης. πολλὴν γὰρ καὶ μεγάλην ἔχει ταῦτα πρὸς σωτηρίαν διὰ τῆς πνευματικῆς θεωρίας συντέλειαν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Βάπτισμα τότε μὲν δι' ὕδατος ἁπλῶς μόνον, κατιόντος ἀοράτως τοῦ πνεύματος. νῦν δὲ καὶ δι' ἐλαίου, καὶ μύρου, καὶ τῶν ἄλλων παρακολουθημάτων. κατὰ ταῦτα καὶ τὰς προβολὰς τῶν Ἐπισκόπων ἐπὶ τὸ βέλτιον μετενεχθείσας εὑρίσκομεν ὑπὸ τοῦ πάντα κανονίζοντος χρόνου. ἕκαστος γὰρ τῶν Ἐκκλησίας τινὸς προϊσταμένων ἀρχιερέων ἀπαίρειν ἤδη τοῦ βίου, καὶ πρὸς τῷ τέλει γενόμενος, ἑαυτοῦ διάδοχον ὃν ἂν ἥρειτο τῇ Ἐκκλησίᾳ ἠφίει. ἐπεὶ δὲ κατὰ μικρὸν εἰς τὸ κακόζηλον προῆλθε τὸ πρᾶγμα χάριτος ἀνθρωπίνης, ἢ συγγενικῆς σχέσεως μεταβαλούσης εἰς τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας ἡ ψῆφος, καὶ μάλιστα τοῖς ναζιραίοις κατέπεσε, καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ τῆς ἐκλογῆς γινομένης διήρκεσεν. ἐπεὶ δὲ καὶ πάλιν ἐκ τούτου σχίσματα συνέβαινεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τὸ ἓν διῃρεῖτο σῶμα καὶ διετέμνετο, τῶν μὲν τόνδε, τῶν δὲ τόνδε προαιρουμένων, ἐπαύθη καὶ τοῦτο δικαίως ὡς στάσεως μᾶλλον καὶ σχίσματος αἴτιον. ἀπεκληρώθη δὲ ῥητοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελθοῦσιν, ἐπιλογὴν μὲν τριῶν ποιουμένοις, μικρὸν ἢ οὐδὲν κατ' ἀρετὴν ἀλλήλων διαφερόντων. τὸ μέντοι κῦρος τῆς ἐξουσίας τοῦ προκαθημένου τῆς μητροπόλεως ἔχοντος, καὶ ὅμως οὐδ' οὕτως ἁπλᾶ καὶ ἄδολα τὰ τῶν ψήφων προβαίνουσιν, ἐν οἷς ἡ θεία χάρις ἐπιψηφίζεται. *Quinimo et panem benedictionis videmus ab Apostolis consecra-*

secra-

secratum illis solummodo verbis; Hoc est corpus Domini nostri Iesu Christi, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum, sicuti a Magistro acceperunt, absque ea, quæ nunc fit ordinate sacrosanctæ initiationis serie, in qua prædicantur Prophetica oracula, Apostolicæ, & Euangelicæ prædicationes, & ea, quæ ante & post sacræ preces enunciantur, & partim quidem vti facta clare demonstrantis, partim rursus vti futura symbolice præfigurantis. Multam siquidem ac magnam ad salutem comparandam per Spiritualem contemplationem hæc possident vtilitatem. Sic quoque Baptismus: tum siquidem per aquam simpliciter solum, descendente inuisibiliter spiritu, nunc vero etiam per oleum & chrisma, aliaque subsequentia. Nec aliam ob causam Episcoporum promotiones in melius digestas comperimus a tempore omnia innouante. Quicunque enim Ecclesiæ alicuius præses Episcopus, vita decedens, cum finem sibi instare pertimesceret, successorem sui, quem ipse vellet, Ecclesiæ relinquebat. Sed cum paulatim res vel propter respectus humanos, vel cõsanguinitatis affectum in malam processisset promotionem, in complementum Ecclesiæ calculus potissimum in Nazarenos, Monachos scilicet cecidit. Et hoc ad multum tempus in electione facienda perdurauit. Cum vero rursus ex hoc dissidia in Ecclesia exorirentur, & vnum corpus discinderetur ac diuideretur, his

 hunce

hunce, alijs alium eligentibus, hoc quoque merito vti tumultus, schismatisque potius causa cessauit: concessumque est præscripto Præsulum numero, qui in vnum conuenirent, & trium electionem facerent, inter quos parum aut nullum in virtute discrimen esset; ius vero auctoritatis haberet Metropoli præsidens. & nihilominus calculi neque ita simplices, aut sine dolo procedunt, in quibus diuina gratia decernitur. Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses postquam multa ab antiquis perquam optime vsitata, & potissimum de sepulturis & alijs Ecclesiasticis narrasset, addit: Νῦν δὲ πάντα τῇ ἀμελείᾳ παρεχωρήθη τὰ εὐλαβῆ, καὶ τὰ τῆς τάξεως καταλέλυται, καὶ πάντα γίνεται φύρδην, καὶ γὰρ ἡ ἀταξία τῇ ὑπερηφανείᾳ συζεύγνυται ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ σὺν αὐτῇ τῇ φιλοκερδείᾳ, καὶ τὰ κοσμικὰ φρονήματα πλέον διὰ τὰ ἑκάστου πάθη, καὶ τὰ τῶν ἁγίων κρατεῖ, καὶ πολλοὶ ἐν τούτοις ἀφιλοσόφως φιλοσοφοῦσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀλόγως. καὶ τί τοῦτό ἐστι; λέγουσιν, καὶ τί ἐκεῖνος; καὶ διατί μὴ καὶ τὸν λαϊκὸν ἔνδον εἰσάγουσιν; οὐκ ἔστι Χριστιανός; ναὶ Χριστιανὸς, ἀδελφὲ, ἀλλ᾽ οὐχ ἱερεύς. ἕτερον γὰρ ἱερεὺς, καὶ ἕτερον λαϊκός. εἰ δὲ οὐδέν. καὶ ὁ λαϊκὸς λοιπὸν βαπτίσει, καὶ ἱερουργήσει, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελεύσεται. ἀλλὰ πῶς τοῦτο φημί; οὗτοι οἱ πάντα συγχέοντες, καὶ ἀναμὶξ ποιοῦντες, μηδὲν διαστέλλοντες ἀναμέσον ἱεροῦ τε καὶ ἀνιέρου, καὶ τοῦτο τολμῶσι ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ ἱερῷ βήματι τοὺς μὴ ἀξίους τοῦ βήματος εἰσιέναι συγχωροῦσιν, καὶ δίχα σφραγῖδος

ἀρχιε-

ἀρχιερατικῆς κελεύουσιν ἀναγινώσκειν τὰς ἱερὰς ἐπ' Ἐκκλησίας γραφάς, καὶ τοσοῦτόν γε τοῦτο εἰς νομὴν ἦλθε πονηροτάτην, ὡς καὶ εἰς ἔθος τὴν ἀταξίαν προβῆναι, καὶ οὐ χρείαν πολλοὺς ἔχειν σφραγῖδος ἱερᾶς, ἀλλὰ μόλις ἐν τῷ μέλλειν χειροτονεῖσθαι, τότε ζητεῖν, καὶ μόλις τότε, ὡς κατὰ συνήθειαν τι λαμβάνουσιν αὐθέρωπα. μικρὰ ταῦτα λογίζῃ; καὶ οὐδὲν τῶν Πατέρων ὅρους παραλογίζῃ οὐδὲν ἄνωθεν παραδεδομένους; οὐδὲν μικρὸν ἐν τῇ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ. οὐδὲν δίχα λόγου, ὅτι αὐτοῦ τοῦ ζῶντος Λόγου ἡ Ἐκκλησία. διὸ μετὰ λόγου πάντα μεγίστου. *At nunc pietatis omnia ſocordia neglecti nobis ſunt, & rerum ordo diſſolutus, omniaque confuſim peraguntur: nanque inconditus rerum ſtatus cum ſuperbia coniungitur ab initio, & cum ipſa auaritia, ipſæ laicales cogitationes magis ac magis propter vniuſcuiuſque paſſiones ſacrorum dominium tenent, & multi in ipſis abſque philoſophia, vel, vt potius dicam, abſque ratione philoſophantur. Et quid hoc eſt? inquiunt. Et quid ille eſt? Et quare non & laicum introducunt? Nonne Chriſtianus eſt? Chriſtianus eſt, o frater: verum non Sacerdos. Aliud vero eſt ſacerdos, aliud laicus. Quodſi nullum eſt inter hos diſcrimen, baptizabit & laicus, & ſacrum faciet, & in altare ingredietur. Sed quomodo id pronuncio? Hi qui omnia confundunt, & ſuſque deque omnia præuertunt, nullam differentiam inter ſacrum & profanum facientes,*

 etiam

etiam hoc audent agere, & in sacrum Bema, illis qui Bematis indigni sunt, ingredi concedunt, & absque sigillo sacro sacras in Ecclesia scripturas legere imperant, quod in adeo improbissimam improbitatem prouectum est, vt inconditus ordo in consuetudinem venerit, & non opus sit permultos sacro signaculo consignatos esse, sed vix cum ordinandi sint, tum postulent, & vix quoque tum, quasi consuetudo esset, accipiant, mi homo. Hæc ne parua esse reputes: nanque sic Patrum decreta prauertis, quæ a multo iam tempore tibi tradita sunt? Nihil paruum est in magna Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi Ecclesia. Nil absque ratione; quod ipsius viuentis Verbi Ecclesia est. Quapropter cum ratione eaque maxima omnia sunt. Id nec negarunt Vvirtembergenses contra Ficlerum; *Diuersitatem quoque ordinationum Ecclesiasticarum nobis exprobat difficilis & morosus iste censor, singulas etiam Ecclesias, peculiares excogitasse. An vero ignoras tu ἀδιάφορα hæc esse, & variare pro locorum, temporum, & personarum circumstantiis? & pro libertate Christiana, Ecclesias posse in his statuere, quæ ad ordinem, & ædificationem faciunt?* Et diuersitatem ieiunij quadragesimalis ex Irenæo ad Victorem Pontificem Romanum adducunt. In tanta ergo rituum atque consuetudinum mutatione nunquam ea Ecclesia a seipsa discessit, neque alia

atque

atque alia facta est, & multo minus a Latina, cum similes consuetudines non essent contra fidem, nec contra bonos mores, neque destruant essentialia, quod ex alijs quoque consuetudinibus probauit Allatius, cum in ritibus etiam vt plurimum, & momenti alicuius conueniat cum Pontificijs, quod duxit muneris sui esse comprobare, ideoque non in ritibus tantum, sed quod potissimum est in dogmate consensum apertissime demonstrauit, ipsis etiam Schismaticis asserentibus, vt singula examinanti patebit.

Sed & cum primis negato Papæ primatu, quem errorem in primatu errare periculosum est. Imo hæresis manifesta, quod etiam ab Allatio fuse probatum fuisse, si oculi plumbei tibi non fuissent, plane vidisses. Sed quanam hoc ratione se habeat, ex ijs, quæ infra dicemus, condisces.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Schismatica quippe per quingentos fuit habita annos. Vide Brerevvodum Scrutinij cap. 6. & nonnunquam plane hæretica. Græca scilicet a Romana. Hic tu Brerevvodum minus intelligens, in ipso limine offendis, & inuersa sententia Brerevvodo imponis. Scribit ille a Græca habitam schismaticam Latinam, non a Latina Græcam. En verba; *Ecclesiam vero Latinam pro schismatica per hos quingentos annos; vt ex Sigiberto, & Leonis Noni Epistolis*

 videre

videre est habuere, & adhuc habent, eandemque a communione excludunt. Græci scilicet. Sic in referendis aliorum sententijs, verbisque digerendis religiosus es. vt prorsus nulla tuis apud alios fides habenda sit. Dices minutiora hæc esse. fateor. Attamen alijs appingere tua, & in leuissimis labi, vitiosi animi est, qui alios in errorem compellere testimonio falso conatur. Licet id quoque mendacium sit, a Græcis & Græcorum Ecclesia Ecclesiam Latinam vnquam vti schismaticam, & hæreticam condemnatam fuisse, etiam post additionem *Filioq;* in actis Synodalibus vel in Symbolo, quod alibi fusius ex ipsis rerum gestarum monumentis luculenterq; probauimus. Et infra nonnulla addemus. Vt vero nunc magis tuum mendacium pateat, animaduertendũ est illud, *plane hæretica*. *Plane* de tuo addis Brerevvodo, apud quem *plane* nullum est. Et hæc est conspicua fides Hottingeri. *Hanc schismaticam & plane hæreticam cum Latina conglutinare, & sub idem Papismi regimen reuocare studet*, Allatius. Alterum hoc tuum mendacium est. Nunquam simile quid studuit Allatius, quem non fugit, nullam posse iniri societatem inter hæreticam & Latinam Ecclesiam. Latina Ecclesia sua luce & rectitudine hæreticorum nebulas dissipat, & longe amandat,

quod

quod emortuum in fide cognoſcit. Νυκτὶ μελαγχλαίνῳ πότε μίσγεται ἀργέτις ἠώς; *Nocti caliginoſæ quando commiſcetur aurora candida? Cum Latina conglutinare, & ſub idem Papiſmi regimen reuocare ſtudet.* Quod ab ipſo ſui principio conglutinatum eſt, temere conglutinare ſtuduiſſet Allatius, & Papiſmi regimini ſubdere. Quid Doctores Eccleſiæ de Romanæ Eccleſiæ in alias Eccleſias regimine decreuerint, candide expoſuit Allatius in Conſenſu.

CAP. IV.

Stultitia Hottingeri, qui ex aduerſarijs Pontificiorum Pontificiorum regimen probari vult. Cuius probationem prorſus excludit; cum ad illud ſtabiliendum tum ipſe, tum illi ſimiles reijciant Patres Græcos & Latinos, & tantum ad verbum diuinum prouocent, cuius expoſitionem ſibi ſolis vindicant: & licet Patres verbis exoſculari videntur, re tamen ipſa conſpernantur.

Sed tu, qui non credis Concilijs, non credis Patribus, non credis Eccleſiæ, ſolum iactas, te diuino Verbo credere, arguтaris, cum in diuino verbo nihil tale ſit, ergo regimen hoc Papiſmi fictitium eſt, &

merum commentum. Ante quam disputationem ineam statuenda mihi quædam sunt, in quibus Hottingere tuum assensum exposco, vt disputatio recte expediteque procedat. Primum scias, me nunc non id intendere probare, verum ac certum esse simile Papismi regimen, quod iam ab alijs probe & accuratissime factum est, quibus nec tu nec alij eiusdem conditionis homines adhunc diem solide responderunt, nec respondebunt in posterum, sed tantum Græcorum & Pontificiorum in dogmate asserendo consensum, quod tum plane confirmabitur, si eadem esse Doctorum Ecclesiæ Græcæ & Latinæ dicta & testimonia illud ipsum expresse tradentia demonstrabitur. quem consensum ad tuendum nomen Allatij sufficientem fore, si melior mens tibi adfuerit, non negabis. Respondebis, sed obtuse nimis eos, qui dictum regimen agnoscunt ex posterioribus, esse mancipia Pontificum, offis opiparis saginatos ad demerendum sibi Pontificum fauorem, similia scribere. Annon duram mihi conditionem præscribis? cum enim a coniunctorum auctoritate recedendum est, & omnes regimen agnoscentes inter amicos & mancipia reputentur, ad quosnam prouocabimus? Ad eos ne qui regimen oppugnant? Sed hostium testimonia suspe-

ſuſpecta ſunt. Quare tua ſententia teſtimonia omnia reijcientur. Quid ergo nobis teſtimonijs tantum aduerſariorum inductis inſultas? Si iudicium tibi ſoli aſſumis, impudens es. Quis enim te in re tanti momenti conſtituit iudicem? & vt rideas ineptias,

Ex Patribus fere nullus eſt, niſi quem tui ſimiles, & peſſimi μηχανοῤῥάφοι ſuæ doctrinæ aſſertorem iudicant, a quo teſtimonium ſumendum ſit. DIONYSIVS Areopagita clamat Martinus Luterus, *Multa garrit de diuinis nominibus, de Eccleſiaſtica & cœleſti Hierarchia; ſed meræ ſunt fabulæ. Nihil in eo eſt ſolidæ eruditionis; ſed omnia ſunt prope ſomnijs ſimillima. Nihil vel auctoritate vel ratione probat.* Ioannes Caluinus; *Dionyſii cœleſtis Hierarchia non modo multis inſulſis, & monachalibus nugis referta eſt, ſed etiam multis abſurdis commentis, & impijs ſpeculationibus ſcatet.* Ioannes Bugenhagius; *Dionyſium eius ſcripta conuincunt fuiſſe aſinum Cumanum.* Barptolomæus Cauſæus vocat *Dionyſium delirum ſenem & ſomniorum cõfictorem.* IGNATII Epiſtolam ſcribit Caluinus, *vix quiſpiam Monachus pro ſua agnoſcere dignaretur. Sciunt, qui legerint nugas illas.* &, *Nihil nænijs illis, quæ ſub Ignatij nomine editæ ſunt, putidius; quo minus tolerabilis eſt eorum impudentia, qui talibus laruis ad fallendum ſe inſtruunt.* CLE-

MEN-

MENTEM D. Petri successorem Causæus *superbum, nequam, & a Diabolo fascinatum*: IRENÆVM, scribunt Magdeburgenses, *opiniones incommodas, seu stipulas quasdam non exiguas habuisse, ex scriptis cerni posse*. ORIGENEM *dudum diris deuouit* Luterus. *Illius Commentaria meræ sunt nugæ & ineptiæ*, Hic, censore Bugenhagio, *suis deprauationibus, & ignorantiæ tenebris obscurauit solem, legem, Euangelium Dei, idest totam Scripturam vsque ad hodiernum diem*. Est Theodoro Bezæ, *Selectum Diaboli organum, Apostolicæ doctrinæ funditus euertendæ natum. Impurissimus scriptor; de manibus lectorum excutiendus, qui Paulum nunquam, nisi vt eius doctrinam deprauaret, inspexerat, ijsdem furijs olim agitatus, quibus hodie Anabaptistæ. Homo omnium, qui vnquam de sacris rebus scripserunt, impurissimus*. Tilmanno Heſſuſio, *Homo nullius iudicij, quod ad verum intellectum sacrarum Scripturarum attinet. Vix vllam Pauli sententiam absque insigni deprauatione expressit*. CLEMENS ALEXANDRINVS, eodem Heſſuſio, *vsque adeo in doctrina Christiana rudis, vt neque doctrinam de peccato originis, neque promissionem Euangelij intelligat*. Magdeburgensibus, *Peccatum originis non satis intellexit. in Protreptico corruptionem naturæ adeo ignorauit, vt nunquam non liberum arbitrium*
asserat

afferat; & viribus hominum nimium tribuat. CYPRIANVS, Philippo Melanchthone teſte, *Sentiebat commodius quam locutus eſt, tamen illi errores non ſunt leues, ſed admodum denſæ ſtipulæ obſcurantes puram doctrinam de beneficijs Chriſti.* Lutero, *Infirmus eſt Theologus.* TERTVLLIANVS Lutero, *Inter Doctores merus eſt Calſtadius.* Cauſæo, *Delirus, ſtupidus, ſpiritu Dei deſtitutus, & ea propter indignus, cui fides habeatur:* eodemq; gradu ſunt Cauſæo Cyprianus, Damaſcenus, & Auguſtinus. BASILIVS Lutero, *nihil valet. totus eſt Monachus, ne pilo quidem illum redimeret.* Melanchthoni, *Addidit monaſticam tanquam ſtipulas, & laudat hoc vitæ genus immodicis & falſis præconijs, cum quidem ab Epiſcopo ſuo reprehenderetur.* AMBROSIVS apud Magdeburgenſes, *Libro de viduis per multa craſſa habet de inuocandis mortuis.* apud Cauſæum, *Diabolica viſione faſcinatus, & Cacodæmonis voce deluſus Martyrum Geruaſij & Protaſij reliquias ſepulturæ donauit:* apud Luterum, *Sex libros ſuper Moſe ſcripſit, ſed quam frigide? In HIERONYMI ſcriptis de vera religione & doctrina nec verbum quidem extat,* inquit Luterus. *Scripſit Commentaria in nonnullos noui teſtamenti libros, ſed quam frigide? Inter Eccleſiæ Doctores numerari non debet: nam fuit Hæreticus. Nullum ſcio, cui æque*

inſen-

infensus sim ac Hieronymo. Nihil docet nec de fide, nec de spe, nec de charitate, nec de bonis operibus fidei. Multa ea fuit oscitantia & hebetudo eius. in scripturis intelligendis inepte scribit. Homo nullius neque iudicij neque diligentiæ. Cum indignatione admiratur, *quomodo Hieronymus nomen Doctoris Ecclesiæ post Apostolos meruerit, cum in eo non facile tres versus inuenias de fidei iustitia docentes.* cumq; conculcat cum sua Bethleem, cuculla, & deserto, & concludit; *Impia & diabolica vox est Hieronymi.* Nec Lutero melius Caluinus; *Hieronymus natura fuit cucullatus. Lusit perpetuo in corrumpenda scriptura. Nulla fuit ei religio, huc & illuc torquere Scripturæ locos.* & Beza; *Hieronymus Apostolo iniurius, aperte blasphemus, sceleratus, impiusque, qui audacia intolerabili scripturas palam detorserit.* &, *Hieronymum quis ferre posset adeo deprauantem Apostoli verba?* Magdeburgenses; *Hieronymus hoc immoderatissime; homo natura acer & vehamens duobus Vigilantium breuibus scriptis adortus est, sed conuitijs magis & importunitate, quam argumentis & rationibus pugnauit.* Causæus vocat eum, *Hominem furiosum, mente alienatum, præcipitem, Scripturæ corruptorem; quod stolidus, rabidus, insanus, & infelices sententias suas confirmet, atque si in sententia perseuerasset, sanctum non* dicen-

dicendum, ſed æque damnatum atque Diabolum. & Brentius; *Ignotum non eſt, quibus aniculis & hypocritis exhibeat ſe in talibus argumentis conductitium Rhetorem.* NAZIANZENVM notant Magdeburgenſes, *in quibuſdam partibus non ſatis commode locutum eſſe, & particularibus luſiſſe opinionibus.* AVGVSTINVM Luterus, *nihil ſingulare habere de fide*, repetitque; *Quis nos coget Auguſtino credere? Qua auctoritate eius verbum eſt articulus fidei? Deus errare & fallere non poteſt, Auguſtinus & Cyprianus, ſic vt omnes electi errare potuerunt, & errauerunt.* De GREGORIO Pontifice Luterus; *Gregorij conciones nec teruncium quidem valent. Diabolus enim eum in Dialogo ſuo craſſe decepit.* &; *Admodum leuiter agnoſcit Chriſtum & Verbum Euangelij.* Melanchthon; *Gregorius ethnico more ornauit ſtatuas, magnæ impietatis confirmauit initia, in Eccleſias alienas ſibi imperium ſumpſit, impie diſtraxit coniugia, iniuſtus fuit erga eos, qui infantes a Monaſterijs abſtrahebant, mortuorum ſpectris credidit, lapſus denique eſt in manifeſtam impietatem & tyrannidem.* Bugenhagius; *Gregorius fuit ſuperſtitioſiſſimus erga traditiones humanas & ſuſcipiendo, & multiplicando contra iuſtitiam Dei, quæ eſt per fidem in Chriſtum.* Caſpar Peucerus; *Gregorius magnus ſuperſtitionum architectus.* Caluinus; *Gregorius homo iam multis errori-*

roribus imbutus, vt ſeculum illud valde corruptum fuit. Et tandem vt finiam de DAMASCENO, Caluinus; *Si vnciam habent ſani iudicij, non multum auctoritati Damaſceno deferent*. Vide etiam quæ de eodem ex Cauſæo ſupra adnotauimus. Et ne ſingulos recenſendo tædio ſim, Luterus, *nihil curat, ſi mille Auguſtini, mille Tertulliani, mille Eccleſiæ Henricianæ contra eum ſtarent. Auguſtinus, & Cyprianus ſicut omnes electi errare potuerunt, & errarunt*. Et; *Neque alia doctrina in Eccleſia tradi, aut audiri debet, quam purum Dei Verbum, hoc eſt ſacra Scriptura. Doctores, vel auditores alij cum ſua Doctrina anathema ſunto*. Huldaricus Zvvinglius; *Mox incipis clamare, Patres, Patres, nempe Patres ſic tradiderunt. Sed ego non Patres tibi refero, non matres, ſed Dei Verbum requiro*. Vvolfgangus Muſculus; *Vbi ex ſcriptis Patrum aliquid contra nos adferunt, palam dico nolle me ad illorum auctoritatem aſtringi, planeque ſtultiſſimus eſt, vel ſtudioſe malignus in Eccleſiam Dei quisquis illorum calculis conſcientias fidelium obſtringendas eſſe, putauerit*. Petrus Martyr. *Quandiu conſiſtimus in Concilijs & Patribus, verſabimur ſemper in ijſdem erroribus*. Ioannes Pomeranus; *Non debetis Patribus credere, quia ex eodem ore calidum et frigidum efflant*. Et cui non bilem illa tandem Luteri mouebunt? *Sancti Patres*

omnes

omnes errarunt: Ecclesia tota sæpius errauit. Doctrina mea non potest errare, quia iustissimus sum, doctrinam meam non esse meam, sed Christi. Et; *Deponite quidquid armaturæ suppeditat auctoritas Conciliorum & Pontificum: nos nihil recipimus præter Scripturas. Patrum auctoritas susque deque ferenda est.*

Vides, Hottingere, quas fidei erismas, quas columnas Ecclesiæ, quos omnium gentium Doctores a dicendo testimonio, cum illis fidem abrogant, tui similes arcent, & quibus iniurijs viros de vniuerso genere humano benemeritos impudentissime lacessunt, quorum tu quoque vestigijs inhæres, quamuis malitiose admodum aliquid auctoritatis tribuere videaris in Analectis Dissert. 8. *Patrum & fulgentium in Ecclesia primitiua luminum vsum esse insignem, nemo vtique defæcati cerebri homo inficias ibit. Inter illos qui Orthodoxiæ militant, hæc perpetua, quasi regula est. Neque enim ab illorum stant partibus, quibus nonnisi propria arrident, quasi soli veritatis essent magistri, quique propterea vllos sanctorum Patrum lectioni vacare moleste ferunt: qui non aliter improbant, damnant, repudiant, abijciunt Veterum scripta vniuersa, quam si nihil in ijs extaret dignum cognitione, & de Christo nihil vnquam docuissent, veritati sacræ Scripturæ consentaneum.* Agnosco ingenium,

&lu-

& lupum in pelle ouina. Abi hinc Hottingere, & sciolis tuis ista vendita. Non aliud tu, aliud supra laudati de Doctoribus Ecclesiæ, eorumque dictis reijciendis decernis. Si consentanea Scripturæ, nempe tuo modo scripsisse inueneris, dictum acceptas, sin minus ethnici tibi sunt, & publicani. Sic eos acceptant & Mahumetani, & reliquarum hæreseon patroni, si eorum erroribus conformia dixisse iudicantur, dicta colunt, & venerantur. Sed hoc non est dicta Patrum dignare, sed sua, eosque non vti Doctores sed vti discipulos pertractare, cum vis illos tua sequi, renuasque eorum tu vestigijs insistere. Sed de auctoritate Patrum in fidei dogmatibus & consuetudinibus Ecclesiasticis stabiliendis ex consensu Pontificiorum & Græcorum alius erit opportunior locus.

Sed esto. Excludamus Patres, eorumque testimonium improbemus, an recurrendum fuerit ad auctoritatem Synodorum, Conciliorumque saltim Generalium? Negabis hoc quoque, certo scio. quod & ante te tui confidenter pernegarunt. & Conciliorum te iudicem constitues, examinans eorum facta dictaq; quæ, si allubescunt, & auribus tuis fauorabiliter tinniunt, acceptabis; sin minus reijcies, & errasse non sine irreuerentia dices, dum sequeris Luterum; *cui venia*

iam facta est eneruandi auctoritatem omnium Conciliorum, & libere contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confirmandi quidquid sanum videtur, siue probatum siue reprobatum fuerit a quocunque Concilio. Et, *Spiritus sanctus non Concilijs, sed tantum Christianorum, quos nouit, cordibus se adesse velle promisit. Incerta sunt Concilia neq; fidendum est illis: nullum enim purum vnquam fuit, quin fidei aliquid addiderit, vel detraxerit.* Et, *Etiam si omnium Synodorum decreta per infundibulum demitti in tuum corpus possent, tamen non dum esses Christianus, quia nimis parum conferunt. Neque Papæ, neque Concilijs solis credo; cum constet eos, & errasse sæpius, & sibiipsis contradixisse.* Io. Caluinus, *Quoties Concilij alicuius decretum præfertur, expendi primum diligenter,* vult, *quo tempore habitum sit, qua de causa habitum, quo consilio, quales homines interfuerunt: deinde illud ipsum de quo agitur ad Scripturæ amussim examinare; idque in eum modum, vt Concilij definitio pondus suum habeat, sitque instar præiudicij, neque tamen examen quod dixi impediat.* Ioannes Sommerus, *Symboli Nicæni auctoritati stare non potest, quod præter verbum Dei ethnica somnia innexit.* Vrbanus Regius; *Non vnum aut alterum, sed pene omnia Concilia perniciose lapsa esse, luce clarius est.* Laurentius Humfredus;

 Quid

Quid rei nobis cum Patribus, cum carne & ſanguine? aut quid ad nos attinet, quod Epiſcoporum Pſeudoſynodi conſtituant? Sic auctoritate quoque Conciliorum per tuos ab Eccleſia eliminata, plus conferent in ea vnus Caluinus, vnus Luterus, vnus Hottingerus miniſtellus, a ſuo ſpiritu agitati, quam innumera Chriſtianorum multitudo, ab ipſa naſcente Chriſtiana Eccleſia, quæ Conciliorum, & præcipue generalium oracula vti a Deo prolata accepit, in cordibus conſeruauit, & continua eorum obſeruatione venerata eſt, vt ex communi Eccleſiarum aſſenſu luce clarius eſt.

Quid tandem? Tu ad firmandas conſuetudines Eccleſiaſticas & dogmata verbum Dei requiris? Bene ſit tibi tam pio ſanctoque homini, qui totus Deo addictus, illius tantummodo Verbum veneraris, reliqua negligis, & quæ in eo voce expreſſa non ſunt. Sed caue nugas agas; reſponde ſerio. Eritne verbum Dei, quod in Scripturis, nouo ſcilicet, & veteri fœdere continetur? Non negabis. Et hoc ne conſeruatis integrum? Quid moraris? Iam video, muſſitas, & neſcio quid dentibus frendes. Si placet, inquis, & ad ſententiam meam verbum acceſſerit: ſin minus in alia iuerit, non erit per me Verbum Dei, & ad cantilenam illam

toties

toties decantatam confugiam; Scriptum illud inter Apocrypha reponendum potius, quam ad dogmata probanda proferendum. Profectò hoc vnum remedium eſt ægrotæ ac deſperatæ cauſæ, putare ſe ſolum, ſibique quod volupe eſt, licere, nec habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem; neque quid debeas, ſed quid poſſis ponderare, & non quantum tibi commiſſum, ſed quantum ex ſtultitia mentis permiſſum meminiſſe. Si quis ergo ex Septuaginta aliquid attulerit, quod non arridet, prompte dices cum Lutero; *SEPTVAGINTA in multis locis aut inſcitia, aut improbitate hallucinati ſunt, ideo auctoritas eorum apud me parum valet.* vel cum Sebaſtiano Munſtero; *Illa editio perperam in quibuſdam locis verſa fuit, verum & per Scriptores & ſciolos plurimum corrupta: vt interim taceam illos non admodum peritos fuiſſe linguæ Hebrææ; alioquin non in tam plurimis locis tam fœde lapſi fuiſſent.* Si quid ex Deuterocanonicis, reijcies auctoritate Luteri, Vvirtembergenſium & aliorum, qui ea inter apocrypha reponunt. Et ſic non exigua ſui parte mutilabitur nouum vetuſq; Teſtamentum, & plura legendi, intelligendique labore leuabimur. Si ex Moſaicis libris auctoritas ſit, in manu eſt Luteri reſponſum; *Moſem neque audire, neque videre*

volumus; nam ille Iudaico solum populo datus est, neque quicquam ad nos pertinet. Si quis tibi Mosem cum suis legibus proponat, teque cogere volet, vt eas obserues, tum dicas; Abi ad Iudeos cum tuo Mose. Ego Iudaeus non sum. Ne me cum Mose innoluas. &, *Mosem cum sua lege non suscipiam: nam hostis Christi est.* &, *Moses omnium carnificum magister est, conscientias dire aggreditur, corda ternet, torquet, lacerat:* &, *Apage cum Mose ad pertinaces, ferosque homines, & superbos sanctos, quos terrefaciat, ac humiliet.* &, *Moses habuit labia sed profana, infoecunda, impedita, irata, in quibus non est verbum gratiae, sed irae, mortis, peccati. Colligite omnes sapientias Mosi, Gentium, Philosophorum, & inuenietis eas coram Deo esse vel Idolatriam, vel sapientiam hypocriticam, vel si est politica, sapientiam irae.* & Mansfeldensium; *Decalogus ad curiam pertinet, non ad suggestum: quibuscunque cum Mose res est, recta via tendunt ad Diabolum, imo ad malam rem cum Mose.* Si ex libro Iobi, respondet idem Luterus; *Non credere omnia ita esse gesta, vt in libro Iob narrantur:* &, *Librum Iob esse veluti fabulae argumentum ad proponendum patientiae exemplum.* Tibique suppetias ferent Anabaptistae, qui eum *Tragicomoediā Hebraeorum* appellant. Si ex Canticis, Sebastianus Castalio cum Anabaptistis sentit; *Canticum*

illud

illud esse colloquium Salomonis cum amica quadam Sulamitha. Hinc postea, *Volumen illud tanquam impuram & obscœnam cantionem ex Canone expungendum*. & repugnantes ministros atrocissimis conuitijs proscindit.

Ex nouo Fœdere si Epistolam Pauli ad Hebræos laudauerit, Luterus cum Magdeburgensibus scribit, *eam non esse Pauli, nec cuiusquam Apostoli, quod contraria Apostolicæ doctrinæ tradat*. Si ex Epistola Iacobi idem, *illam stramineam esse, si ad alias* Petri & Pauli *comparetur: non enim habet Euangelicum genium, nec Apostolicum spiritum. Iacobus delirat*. Vitus Theodorus; *Epistola Iacobi non tantum in aliquot locis reprehensibilis est, verum etiam per omnia est doctrina consuta de multis Patribus, vbi nulla alteri cohæret*. & Brentius illam inter apocrypha numerat, quemadmodum & secundam Petri. & Luterus; *Secundam Petri Epistolam non esse eius, cuius nomine prænotatur, sed incerti cuiuspiam auctoris, qui fœtus suos alieni nominis splendore illustrare voluerit*. Primam Ioannis in Biblijs plane omisit. Anabaptistæ ad dunt, *ascititijs additionibus esse falsatam*. Iudæ etsi non improbet Luterus, *non tamen*, ait, *opus est, vt in Canonem referatur, ex qua fidei sacramenta probentur*. & Brentius inter apocrypha recenset. De Apocalypsi Ioannis Luterus non

putat librum esse, *nec Apostolicum, nec Propheticum: nec vllo modo deprehendere potest, quod à Spiritu sancto confectus sit: sentiat de hoc libro quilibet, quidquid ipsi spiritus suus ingerit, meus spiritus accommodare se ad eum nequit*. Zvvinglius non multum Apocalypsi tribuit, & refert non ad auctorem Apostolum, sed ad Ioannem, quem appellat Theologum. Patent in Verbum Dei Luteri blasphemiæ. *Esto Ecclesia Augustinus, & alij Doctores. Item Petrus, Apollo, imo Angelus e cœlo diuersum doceant: tamen mea doctrina est eius modi, quæ solius Dei gloriam illustrat. Petrus Apostolorum summus viuebat & docebat extra verbum Dei*. Et, *D. Petrus Latrone in cruce non est melior*. & Brentij; *Et D. Petrus Apostolorum princeps, & Barnabas etiam post acceptum Spiritum sanctum, & simul etiam Ecclesia Hierosolymitana errarunt*. Vvilhelmus Clebitius; *Duobus testibus Matthæo & Marco plus fidei adhiberi debet, quam Lucæ, qui synaxi non interfuit, quemadmodum Matthæus*.

Sed quid singularia commemoro? Thomas Muncerus scribit; *Scripturam externumque Verbum, non esse verum Dei verbum, sed solum testimonium veri Verbi: hoc autem internum & cœleste esse, & immediate ex ipso Dei ore prodire: & hoc interius docere oportere, non autem scripturis & concionibus*. Dauit Georgius

docuit;

docuit; *Omnem doctrinam hactenus à Deo per Mosem, Prophetas, ipsum Iesum Christum, eiusque Apostolos & Discipulos traditam, esse mancam, imperfectam, et inutilem ad perfectam consequendam felicitatem: suam autem doctrinam perfectam esse et efficacem ad hominem, qui eam susceperit, beandum.* Gaspar Svenckfeldius; *Deum non agere nobiscum per scripturas: et fidem nostram non debere dirigi iuxta sacram Scripturam, sed sacra Scriptura regatur iuxta fidem nostram. Scriptura est humana vox, sonitus, strepitus, & mortua litera.* Et, *Doctrina Euangelij est humanum Euangelium. Scriptura est incerta & flexibilis doctrina, quæ patitur se in varios sensus trahi.* Carolus Molinæus; *Hæc verba limitant, vt tantum Christus audiatur, idest verbum eius solius prædicetur, & cum ait Christus, qui vos audit, me audit, non loquitur de quibusuis verbis Apostolorum, sed de præscripto mandato legationis tuæ.* Et ex Caluino Quintinus Heduus Libertinus; vnumquemque Apostolorum aliquo scommate notauit, Paulum *vas fractum*, Petrum *Christi abnegatorem*, Ioannem *Iuuenem stolidum*, Matthæum *Fœneratorem* vocans. Ioannes Brentius exponit illud; *Qui vos audit, me audit; Non loquitur de quibusuis verbis Apostolorum; sed de præscripto mandato legis tuæ.* Sed quis tuorum similium Hottingere in san-

ctos Ecclesiæ Doctores, sacram Scripturam, & illius auctores impie dicta, & ad conuellendam eorum auctoritatem & fidem ineptias & blasphemias in vnum recolliget, & vno in volumine concludet? Non negabis hanc doctrinam a Diabolo tuis traditam, fundatamque quam tu profiteris Ecclesiam, non in petra solida & firma, sed in nutante, vario, mendacique hominum alastorum ingenio fuisse, qui non quid sit humanitas, tantum abest, vt cultum diuinum agnoscant, & quorum religio pura lubentia est. Hæc plena sunt sceleris consilia, plena audaciæ.

Et tu horum testimonium ad tua probanda, vel quæ sunt aliorum refutanda idonea esse existimas, cogisque vt tuis hisce testibus plus quam nostris credamus? Nostri sunt in omnibus vitæ partibus honesti, atque integri, existimatione innocentiæ florentes, in laboribus pro veritate impigri, ad pericula fortes, ad consilia prudentes, disciplinarum periti, ideoque in monumentis rerum gestarum incisam, ac notatam gloriam habent, quam cum Luterus maligne imminuere tentat, apud prudentes catosque homines Luterus omnium malorum sentina suo testimonio in cœlum euehit. *Omnis eorum sanctitas in eo consistit, quod multum orarunt, & ieiunarunt: quod multos labores sustinuerunt,*

duri-

duriter cubuerunt, & asperiori vestitu vsi sunt: omnem eorum sanctitatem vel canis, vel porcus quotidie exhibere potest. Et maiorem in Catholicis sanctitatem quærit Luterus, qui sanctitatem omnem pessundat? Illud profecto non capio, quomodo canes & porci orent, ieiunent, labores sustineant pro Christo, corpus castigent, duriter cubent, & asperiori vestitu vtantur, qui Christum nesciunt, nec ab illo accepta salutis suæ beneficia recognoscunt. ni dicere velimus fidem Luteranam & caninam & porcinam vnam eandemq; esse. Catholici non ita animati sunt, vt se, si vnum diem ieiunent, noctem continuo sequentem non posse viuere reputent. Sed de his alias.

CAP. V.

In testibus, vt credantur, requiritur sanctitas morum, fides integra, veritas, constantia, bona fama, vita laudabilis, quæ in Pappomastigibus desiderantur ab omnibus bonis, & quærendo inuestigantur, sed non inueniuntur, ipsis etiam asserentibus.

TEstes ergo tui, Hottingere, in omni opere bono peccant, nesciunt iustitiam actiuam, precantur Deum, vt in fide

sine

ſine omnibus operibus bonis ad finem vſque conſtantes perſeuerent, & pie ſanctеque geſta pro reiectamentis & damnis ſalutis deputant. quanto ſceleratiores ſunt, eo citius diuinam gratiam demerentur, & cum ſacris delubris bella gerunt, tum ſanctiores exiſtimantur, & quam ipſi percolunt Eccleſiæ, ſi tamen vlla Eccleſia apud illos eſt, cum nulla ſanctitate decoretur, non tantum ob tetram ſpurcitiem, ſed etiam propter turpiſſimam obſcænitatem, aſpectum prorſus abhorrentes, irreuerenter prætereunt. Teſtes, quibus fides, decus, pietas, poſtremo honeſta atq; inhoneſta omnia quæſtui ſunt, vt de ſemet mihi cum Haidelbergæ cõmorarer faſſi ſunt pleni ſeipſis viri. Teſtes inquam, quos inclementer ſepticeps Diabolus inuadens, deteriores effecit, quam in Papatu fuerunt, tam inſigniter maligni facti ſunt in gratiam Euangelij, cuius virtute ex captiuitate Pontificis, agnoſce verba Hottingere, in gratiam aſſerti ſunt. & ab eo tempore, quo primum pura Euangelij doctrina eſt reuocata, mundus de die in diem deterior euaſit, & Chriſtiana libertate quilibet ad libitum abutitur, non ſecus ac ſi cuilibet quidlibet facere conceſſum ſit: & poſt reuelatum Euangelium virtus eſt occiſa, iuſtitia oppreſſa, temperantia ligata; veritas a canibus dilacerata, fides

clauſa

clausa, nequitia quotidiana, deuotio pulsa, hæresis relicta. Deploranda sunt quæ de illis scribit Musculus; *Cum nobis Luteranis hoc tempore ita agitur, vt si quis videre volet ingentem turbam nebulonum, hominum turbulentorum, fallacium, impostorum, fœneratorum, ciuitatem aliquam adeat, in qua Euangelium pure (Luterane) prædicatur, cateruatim ibi tales reperiet. Nam meridiana luce clarius est, quod hominum effrænatorum & indomitorum, apud quos omnis virtus & honestas penitus extincta est, apud quos pro peccato nihil reputatur, nusquam plures, ne quidem apud Ethnicos, Turcas, & alios infideles, quam apud Euangelicos, apud quos omnia fræna laxata sunt, reperiuntur.* Et Vvigandus tribuit *Iuuentuti effrænem & inauditam petulantiam. & maledicentiam, qua a prosopolatris imbuta, magis atque magis quotidie furere, dira conuitia in Ecclesiæ Doctores euomere, fœda, obscæna, crudelia, impia & scelerata scripta, pasquillos, & picturas effundere, certare inter se impudentissimis mendacijs, qualia Diabolos ipsos puderet, proferre: & vt quisque in his artibus magis excellit, ita suis præceptoribus esse gratiorem, & ad maiores honores euehi.* & tandem Caluinus *Suæ sectæ homines,* ait, *omnium mortalium esse sceleratissimos, & facinorosissimos, & cum verba illorum sceleribus satis congrua inuenire nō possit, tetra monstra, &*

malos

malos genios humanam formam indutos appellat. Et huius sortis hominum testimonium tu in dogmatibus, alijsque probandis admiseris? Nec tu licet illis parissimus, & similium decretorum patronus, ad tuto reponenda mensis pocula vtereris. Conclude ergo in ea domo, vel sodalitio, pudet enim dicere, Ecclesia, in quo optimates & megistanes, & reliquum famulitium meretricio more viuunt, in quo nihil geritur, quod foras ad laudem proferendum sit, in quo omnia inaudita vitia atque flagitia, in quo denique fidei, honestati, probitatique, atque iustitiæ exilium imperatum est, non posse alijs infallibilis veritatis regulam esse, & ad cultum diuinum alios inoffenso pede ducere. Quare, cum relictis Pontificijs, & Orientalibus Patribus, & Concilijs ad Pappomastigas prouocas, quorum dictis tuam sententiam firmare, & tua obducere præsumis, probatissimorum iudicio perfatuus es, & præter æquum & bonum impius. Alia est lux solis, veritatis stabilis nempe, alia lychnorum iam iam ob defectum olei, diuinæ scilicet gratiæ, extinctorum, fumidum fœtidumque ellychniorum, & carbone nondum prorsus extinctum in se lumen aliquando fuisse quasi per indicium enunciantium.

Dices, inter Pontificios etiam scelera indignis-

dignissima, hominesque flagitiosissimos inueniri. Sed non negabis apud eos similibus pœnas inferni esse indictas, pœnis temporalibus castigari, & si non resipiscant, & bonis operibus gratiam non demereantur, nullam in Christum fidem tanti esse, vt eos a pœnis inferni liberare possit. Certumque id haberi delicta similia gratiam diuinam vulnerare, iniustitiam non esse iustitiam, pro iniuste patratis indolendum esse, nullum ob petulantiam sola fide gratiam consequi, si opera bona non adfuerint. Hinc iuuentus parcit pudicitiæ suæ, non spoliat alienam, non incurrit in alterius domum atque famam, non probrum castis, labem integris, infamiam bonis infert: non abutuntur homines auctoritate ad quæstum, suo omnes contenti aliena non surripiunt, quidquid diuinus cultus imperat, proni atque obedientes audiunt, & superioribus morigeri omnia iustitiæ iura inuiolata conseruant. Sin minus vehementem ac durum iudicem inueniunt, idque firmiter tenent, si hic pœnas effugerint, post hanc vitam alibi, nullum vnquam finem habituras sese persoluturos. Hinc viuendi rationem diuersam inter tuos & Pontificios & Græcos agnoscis.

Præterea humanæ atq; diuinæ leges testes respuunt inimicos eius, in quem dicturi sunt

CAPVT VI.

Græci etiam Pappomaſtiges agnoſcentes obſcuritatem in ſacris literis, pro earum intelligentia ad Patres & Concilia, & Traditiones confugiunt. Fatuitas Hottingeri detegitur, qui cum Patres primitiuæ Eccleſiæ appellat, eodem quo et alios modo reijcit. Allatij ſcopus in Libris de Conſenſione & alijs eſt, non agere neque de veritate Dogmatis, neque de rectitudine Conſuetudinum, ſed tantum de Conſenſione in illis Græcorum, & Pontificiorum.

AVdi, & animo fige. Græci etiam Schiſmatici, & Pappomaſtiges ipſi, Patrum & Doctorum Eccleſiæ inſiſtentes veſtigijs, certos ſibi fines terminoſque conſtituunt, extra quos egredi ſibi non permittunt, etiam ſi maxime velint, ne extra rectos limites exturbati, ex altiſſimo dignitatis veritatiſque gradu, in errores dilapſi, vt tu tuique ſimiles, ad exitium præcipitentur: ſed æque atque Pontificij ante omnia vetus nouumque Teſtamentum in omnibus amplectuntur, & vti diuina eloquia cordibus infixa venerantur & tenent, ſceluſque reputant maximum, ſi ex ijs vel apice ſolo diſceſſerint: & cum illis non omnia clara apertaq;

ſint, ſed pleraq; vel ſermonis obſcuritate, vel ſententiæ difficultate occultentur, & ita vt ingenij acies etiam magna penetrare non poſſit, ad veritatem expiſcandam, non ad proprium cerebrum, & male ſanam, atque procaciſſimam ſpiritus proprij præſumptionem, ſed ad ſacroſancta Concilia generalia & localia, & Eccleſiæ Doctorum monumenta, in quibus diuinum Spiritum adfuiſſe exiſtimant, certoque tenent, vti eiuſdem religionis alumni haurientes legitimum ſenſum, & a maioribus ſibi traditas per manus traditiones recurrunt. Quibus confirmati hæreſes, erroreſque longe pellunt, & petræ ſuper quam fundata eſt Eccleſia, innixi, ſuo dogmate gloriantur, ac prope triumphant. Multa de hoc argumento & Patrum & Imperatorum dicta ſuppetunt, quibus in ea Eccleſia & Patrum & Conciliorum, necnon Traditionum auctoritas comprobatur; ſed ne eos vt Pontificios repellas, ex Schiſmaticis ipſis & Pontificiæ dignitatis aduerſarijs diſcito. Non omnia, ne volumen in molem excreſcat, ſed paucula apponam. Theophylactus in cap. 11. primæ ad Corinth. Ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι καὶ ἀγράφως πολλὰ παρέδωκε καὶ αὐτὸς καὶ οἱ λοιποὶ Ἀπόστολοι. *Hinc perſpicuum fit, haud pauca ſine ſcriptis tradidiſſe & ipſum et reliquos Apoſtolos.* & in 2. ad Theſſaloni-

censes cap. 2 Κἀντεῦθεν δῆλον ὅτι πολλὰ καὶ ἀγράφως διὰ λόγου τουτέστι ζώσῃ φωνῇ παρεδίδοσαν, οὐ μόνον δι' ἐπιστολῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ταῦτα, κἀκεῖνα, ἀξιόπιστα. ὥστε καὶ τὴν παράδοσιν τῆς Ἐκκλησίας ἀξιόπιστον ἡγούμεθα. παράδοσίς ἐστι, μηδὲν πλέον ζήτει. *Hinc quoque perſpicuum eſt, pleraque etiam ſine ſcripto per ſermonem, ideſt, viua voce tradidiſſe, & non ſolum per epiſtolas. Similiter & hæc & illa fide digna ſunt. Itaque & Eccleſiæ traditionem fide dignam exiſtimemus. Traditio eſt, nihil amplius quæras.* Oecumenius in eundem locum Apoſtoli; Εἴτε διὰ λόγου. καὶ γὰρ καὶ ἀγράφως καὶ ἐγγράφως παρέδωκαν οἱ Ἀπόστολοι. καὶ ἀξιοφύλακτα ἀμφότερα. τοιγαροῦν καὶ ἡ ἄγραφος τῆς Ἐκκλησίας παράδοσις φυλακτέα ἐστί. *Siue per ſermonem. Nam & ſine ſcriptura, & per ſcripturam tradiderunt Apoſtoli: & vtraque digna erant quæ obſeruarentur. Itaque Eccleſiæ traditio etiam citra ſcripturam obſeruanda eſt.* Demetrius Chryſoloras Dialogo Antirrhetico aduerſus Demetrium Cydonium; Ἔτι τῶν θεολογικῶν ῥητῶν οὐ δίκαιον ἄλλους καθίζειν ἐξηγητὰς, ἕως ἂν ἔχωμεν ἐξηγητὰς θεολόγους. ἐπεὶ οὖν κἀνταῦθα, οἱ μὲν τὰς τοιαύτας ἐκθέμεναι ῥήσεις, Ἀθανάσιός ἐστι καὶ Διονύσιος, ἔτι Κύριλλος καὶ Χρυσόστομος, καὶ Βασίλειος ὁ μέγας, ἔτι θεῖος Γρηγόριος, καὶ Γρηγόριος Νύσσης, καὶ θεῖος Μάξιμος, καὶ ὁ πολὺς τὰ θεῖα Δαμασκηνός. ἐξηγητὴς δὲ πάντων τῶν περὶ αὐτοῦ μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἐνίων δὲ θεό-

ὁ θειότατος Μάξιμος. πῶς ἐστι λόγον σῶζον, ἐκείνους ἀφέντας ἡμᾶς ἀντ' αὐτῶν ἀξιοῦν διδασκάλους περὶ ὧν ἡ ζήτησις. ὁ μὲν γὰρ κατέστησεν ἐξηγητὴν ἑαυτὸν τοῦ μεγάλου Διονυσίου, καὶ Γρηγορίου, καὶ ἄλλων. ὁ δὲ θεῖος Ἰωάννης ἀρχόμενος θεολογεῖν, οὐδὲν αὐτοῦ λέγειν ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ τῶν ἐκκρίτων διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας συλλέξαι. *Præterea, dictorum Theologicorum iustum minime fuerit alios interpretes constituere, dum Theologos interpretes obtinemus. Cum ergo in hac re, qui similia dicta interpretati sunt, sint Athanasius, Dionysius, Cyrillus, Chrysostomus, Basilius magnus, diuus Gregorius, Gregorius Nyssenus, diuus Maximus, & in rebus Theologicis perillustris Damascenus. Interpres vero omnium qui eum præcesserunt beatus Ioannes, aliquorum vero diuinissimus Maximus, quomodo rationi consentaneum fuerit, neglectis illis, alios conquirere Doctores in hac quæstione? Hic quidem exposuit magnum Dionysium, Gregorium, & alios: at diuinus Ioannes in ipso suorum Theologicorum Capitum initio, nihil de suo enunciare profitetur, sed ex electis Ecclesiæ Doctoribus omnia collegisse.*
Barlaamus Monachus libello de primatu Papæ ad Franciscum, cum asseruisset de quauis quæstione alicuius scientiæ propria, recte disseri ab illis, qui illius scientiæ principia obseruant, quæ si quis tollat, nullo modo posse disputari, idque in Ecclesiasticis quoque

que

que rebus obseruandum esse determinans, nam cum illis, quibus eadem in confesso non sunt, nullam institui posse disputationem, de rebus in Ecclesia controuersis, principia illla designat; Ἀναγκαῖον δὲ ἡγοῦμαι αὖθις ὑπομνῆσαι σε τῶν ἀρχῶν. εἰσὶ δὲ αὗται. τὰ τέσσαρα Εὐαγγέλια, τὰ τῶν Ἀποστόλων συγγράμματα, αἵτε καθολικαὶ Ἐπιστολαὶ, καὶ αἱ μερικαὶ, αἵτε τῶν Ἀποστόλων πράξεις, τοῦ Θεολόγου ἡ Ἀποκάλυψις, Κανόνες τῶν Ἀποστόλων. οἱ Κανόνες τῶν θείων Πατέρων ἡμῶν, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις οἰκουμενικαῖς ἑπτὰ Συνόδοις συνελθόντων. αὗται μὲν αἱ ἀρχαί. ἐκ τούτων δὲ ἐλέγχειν ἄλλους οὐ παραιτήσομαι, καὶ ἐλεγχόμενος καταδέξομαι. *Verum principiorum tibi & memoriam refricare alienum nequaquam arbitror. Sunt autem hæc, quatuor Euangelia, Apostolorum scripta, Epistolæ vniuersales & particulares, Acta Apostolorum, Ioannis Theologi Apocalypsis, Apostolorum, sanctorum item Patrum, qui in septem sacris œcumenicis Synodis conuenere, Canones. Atque hæc quidem principia sunt. Ex quibus tum alios redarguere, minime ambigam, tum redargui me facile patiar.* Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus primo Responso ad Vvirtembergenses; Ἀποκρινόμενοι οὖν, οὐδὲν οἴκοθεν λέξομεν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ Συνόδων, αἷς καὶ ὑμεῖς καλῶς ποιοῦντες, ὡς γράφετε, στέργετε καὶ ἀποδέχεσθε, καὶ κατὰ τὴν γνώμην τῶν θείων Διδασκάλων καὶ ἐξηγητῶν τῆς θεο-

θεοπνεύστου γραφῆς, οὓς ἡ τοῦ Χριστοῦ καθολικὴ Ἐκκλησία γνώμῃ κοινῇ ἀπεδέξατο, ὡς λόγοις καὶ θαύμασιν οἷάπερ ἕτερος ἥλιος τὴν οἰκουμένην ἐφώτισαν, ἅτε τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν αὐτοῖς πνεύσαντος, καὶ δι᾽ αὐτῶν λαλήσαντος, ἃ δὴ ἀπαρασάλευτα εἰς αἰῶνας ἔσται, ὡς περ τῷ τοῦ Κυρίου λόγῳ τεθεμελιωμένα. Respondebimus ergo, nihil nostrum adferentes, sed ex septem sanctis Oecumenicis Synodis, quas & vobis probari recte scribitis, & ex sententia sanctorum Doctorum, Interpretumque diuinitus inspirata scripturæ, quos Catholica Christi Ecclesia vnanimi consensu recepit: quando oratione, & miraculis tanquam alter sol, orbem terrarum illustrarunt, cum Spiritus sanctus in eis spirauerit, per eosque locutus fuerit; quæ in æternum immota manebunt, vt pote in verbo Domini fundata. Quod tamen pernegat in margine Martinus Crusius, scribens se suosque *non simpliciter probare* Oecumenicas Synodos, *sed quatenus sacris literis consonant*. Et infra, capit. 18. Κρατεῖν ὀφείλουσι τὰ ἀρχαῖα ἔθη. ὑπείκειν ὀφείλομεν τοῖς ἐξηγηταῖς τῆς γραφῆς. ἐν ἁγίῳ πνεύματι Παῦλος ἐλάλησε. περ αὐτὸ ὁ Πέτρος καὶ οἱ λοιποὶ, οἵτε ἱεράρχαι, Βασίλειος ὁ μέγας, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν Διδασκάλων χορὸς, ἀναφανέντες ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς διαλάμψαντες, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν κηρύξαντες, καὶ ἡμῖν ταῦτα πάντα καλῶς σαφηνίσαντες. *Tenere debent veteres consuetudines.*

Cedere debemus Interpretibus Scripturæ. Impulsu Spiritus sancti Paulus locutus est; eodem & Petrus, & reliqui, tum Hierarchæ Basilius magnus, Gregorius Theologus, Ioannes Chrysostomus, tum reliqui Doctores, qui tanquam luminaria in mundo fulserunt, sermonem vitæ explanarunt, Dei nostri oracula prædicarunt, et hæc omnia nobis pulchre declararunt. Et cum infra in Epilogo inculcasset, tandem concordiæ modum tradit, quem nonnisi hisce conditionibus peragi posse tradit; Ἀλλὰ ποία ἄν τις εἴποι διόρθωσις ἔσται τούτοις; ποία; Θεοῦ συναιρομένου αὕτη. Τὸ μηδὲν παρὰ τὰ διατεταγμένα τοῖς ἱεροῖς Ἀποστόλοις, καὶ ταῖς ἁγίαις Συνόδοις μεταχειρίζειν ἢ φρονεῖν. ὁ γὰρ τοῦτον τὸν ὅρον φυλάττων ὀρθῶς, συγχορευτὴς ἡμῖν ἔσται, συγκοινωνὸς, καὶ ὁμόπιστος. ὁ γὰρ τοὺς προειρημένους κανόνας ἀπαναινόμενος, καὶ κατὰ τῶν Ἀποστόλων ὁμόσε χωρῶν, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων αὐθάδην φερόμενος Ἀποστόλων, τίνα ἂν σχοίη πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν; τίς μερὶς μεθ' ἡμῶν ἔσται τούτῳ; ὅπου ὁ μὲν τῶν Διδασκάλων λέγει τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν. Ὁ λέγων παρὰ τὰ διατεταγμένα, κἂν ἀξιόπιστος ᾖ, κἂν παρθενεύῃ, κἂν σημεῖα ποιῇ, κἂν προφητεύῃ, οὗτος λύκος προβατόσχημος ἄντικρυς, φθορὰν προβάτων κατεργαζόμενος. ὁ δὲ, Εἴ τις τῶν δοκούντων τοῖς θεοφόροις πατράσι σαλεύει τι, οὐκέτι τοῦτο οἰκονομίαν κλητέον, ἀλλὰ παράβασιν, καὶ προδοσίαν δόγματος. ὁ δὲ, Χρὴ τὸν πρὸ ὀφθαλμοῦ ἔχοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, εἰδότα ὅσος κίνδυνος τοῖ

τολμῶσιν ἀφελεῖν τι, ἢ προσθεῖναι τῶν παραδεδομένων ὑπὸ τοῦ πνεύματος, μὴ παρ' ἑαυτῶν φιλοτιμεῖσθαι καινοτομεῖν, ἀλλὰ τοῖς προκαταγγελμένοις ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐφησυχάζειν. ὅπως τοίνυν τοσοῦτοι καὶ τοιοῦτοι ἡμέτεροι Θεολόγοι δοξάζειν ἄλλως κωλύουσι, μία καὶ μόνη διόρθωσις αὕτη, τὸ ταῖς ἁγίαις Συνόδοις στοιχεῖν, καὶ τοῖς τῶν Ἀποστόλων ἕπεσθαι κανόσι, καὶ οὕτω δεῖν πάντων ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ. *Sed queret aliquis; quomodo ista corrigentur? Quomodo? Deo adiuuante, sic.* Nihil *præter illa quæ a sanctis Apostolis, & sanctis Synodis instituta, et ordinata sunt, in manus sumendo, aut sentiendo. Qui enim hunc limitem terminumque recte seruat, synchoreuta, nobis erit socius & fidei consors. Qui vero prædictos Canones recusat, & contra Apostolos tendit, & irreuerenter in sanctos Apostolos fertur, quamnam haberet nobiscum communionem? Quæ huic pars nobiscum esset? Quippe Doctorum vnus ita dicit pietatis studiosis; Qui loquitur præter instituta & recepta, etiamsi fide dignus sit, etiamsi virginitatem seruet, etiamsi signa faciat, etiamsi prophetet, is lupus sub ouis habitu extra controuersiam est, ouibus perniciem machinans, alius ita; Si quis aliquid eorum, quæ Deo plenis Patribus visa sunt, concutit, non hoc iam dispensatio nominandum est, sed transgressio & proditio dogmatis. Alius ita;* Oportet *eum, qui ante ocu os habet tribunal Christi, cum sciat, quantum periculum immineat his, qui*

audent

audent aliquid detrahere, aut addere a Spiritu traditorum, non ex sese ambitiose contendere aliquid innouare. Quoniam igitur tot talesq; Theologi nostri aliter opinari & statuere vetant, vna sola correctionis ratio erit hæc, sacris cum Synodis pari passu incedere, & Apostolorum Canones sequi, atque ita per omnia comitari Christum. Et Epistola ad Iacobum Andreæ, & Martinum Crusium; Ὅμως πεπείσμεθα σοφοὺς ὄντας, πλήρεις τε παιδεύσεως καὶ φρονήσεως, μηδὲν ἄλλο προτιμήσειν ὑμᾶς, οὔτε δηλονότι νομοθεσίαν καινοτόμον, καὶ ἄντικρυς ἀντιφερομένην τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν εὐαγγελικῇ φιλοσοφίᾳ, οὔτε χρόνον, ᾧ ἄλλως ἐν ἄλλοις κατεχρήσασθε δόγμασιν, οὔτε συνηθείᾳ παραλόγῳ, ἄνθρωποι καὶ γὰρ ὄντες ἅπαντες ἐπισφαλεῖς ἔχομεν καὶ τὰς ἐπινοίας ἡμῶν, κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, τῆς ἀληθείας αὐτῆς, μᾶλλον δὲ εἰπεῖν τῆς αὐτοαληθείας, καὶ αὐτοσοφίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ οἵ τε θεῖοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ κανονικοὶ αὐτῶν καὶ σωτηριώδεις λόγοι, αἵ τε οἰκουμενικαὶ καὶ μερικαὶ τῶν ἁγίων Πατέρων Σύνοδοι, καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας θεολογικώτατοι κήρυκες ἀριδήλως συμφωνοῦσιν, καὶ τοῖς τὰ ἐκείνων ἔργῳ φυλάττουσιν ἐντάλματα, σωτηρίαν πάντως καὶ βασιλείαν οὐρανῶν προξενοῦσιν, ὥσπερ οὖν τοῖς ἀπειθέσι καὶ παραβαίνουσι τὴν αἰώνιον κόλασιν. *Tamen persuasum habemus, vos, qua sapientia, eruditione, & prudentia estis, aliud nihil prælaturos; scilicet nec sanctionem vllam nouam & aperte Euange-*

licæ Domini nostri philosophiæ repugnantem, nec tempus quo aliter in alijs abusi estis dogmatibus, nec consuetudinem absurdam: Nam homines sumus omnes, lubricas etiam cogitandi rationes habemus, vt apud sapientem Salomonem est, ante laturos veritati, vel, vt rectius dicam, ipsi veritati, & ipsi sapientiæ Domino nostro Iesu Christo; cum quo & diuini ipsius Discipuli, Apostolique, & canonica ipsorum, salutariaque scripta, & vniuersales atque particulares sanctorum Patrum Synodi, & summi Ecclesiæ Theologi, ac præcones manifeste consentiunt, & illis qui illorum mandata factis seruant omnino salutem & cœleste regnum conciliant; sicut e contrario resistentibus & transgredientibus æternas pœnas & condemnationem.

Non potuit dici aptius expressius a Patriarcha Constantinopolitano Græco, & Pappomastige ad Hæreticos Wirtembergenses pro Latinorum dogmate, de sanctorum Patrum & Conciliorum auctoritate in decernendis fidei dogmatibus. Non ipse sum, qui rem paruam verbis magnam facio. Patriarcha non loquitur solum, sed etiam personat, & sæpius. Vides quantum distent argumentationes tuæ qui dissidia inter Græcos & Pontificios disseminare intendis, ab re ipsa, atq; ab vnitate, & Allatij conatibus. Caue ne studijs tuis abutaris ad quæstum, pertinaciam & libidinem.

Theo-

Theodosius Zygomala de Obsidionibus Constantinopolitanis in fine; Σημείωσαι δὲ τοῦτο, ὅτι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων, καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως, καὶ διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, καὶ ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ Πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν· ἐπαινῶ, γάρ, φησιν ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν τὰς παραδόσεις κατέχετε. ὑμῶν δὲ ζητούντων πάντα τύπον ἔχειν ἐγγράφου μαρτυρίας, οἶμαι δυσκόλως συναινέσητε. *Hoc etiam scito. Dogmata Ecclesiæ nostræ partim testimonijs sacræ Scripturæ constare, partim Apostolorum traditione: quas traditiones tanquam mysteria accepimus, et maiores nostri citra curiosam inquisitionem silentio in his acquieuerunt. Laudo vos, inquit, quod omnia mea meministis, & quas tradidi vobis traditiones retinetis. Vos vero istic omnia ad amussim sacræ Scripturæ exigentes, difficulter assensuros puto.* Et Gabriel Seuerus Piladelphiensis Epist. ad Martinum Crusium; Εἰ δέγε τὰ ἡμέτερα πῶς ἔχει, ἐφίεσαι μαθεῖν. ἴσθι μὲν ἡμᾶς τῇ ἀληθεῖ διδασκαλίᾳ ἑπομένους, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων παραδόσεσιν, ἔτι γε μὴν τοῖς περιστροφὰς λέξεων καὶ λόγους εἰς ἀέρα χεομένοις ἐσχολακόσι, περιεργίαις τε, καὶ ἀφαιρέσεσιν ὁσημέραι περιβαλλομένοις. *Quodsi de rebus nostris scire cupis, scito nos veræ doctrinæ assectatores esse, & horum*

borum, quæ a sanctis Apostolis tradita sunt, non autem illis assentiri, quorum otium et studium in argutijs dictionum, verbisque in aërem abeuntibus consumitur, qui quotidie aliquid doctrinæ diuinæ addunt, aut detrahunt. Et tandem, vt te agnoscas inter eos, qui insaniunt, insanissimum, proferam in medium, quod ipsi Græci in suis professionibus fidei profitentur. Patriarcha Constantinopolitanus in Literis commendatitijs, quas recens ordinatus mittit ad alios; Ἀσπάζομαι τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν δογματισθέντα πάντα δέχομαί τε καὶ ἀποδέχομαι. *Amplector sacras septem Synodos vniuersales, & ab eis statuta recipio, & accepto omnia.* Et in cautione, quæ pro more præstatur a Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis tempore ordinationis; post recitationem Symboli; Πρὸς τούτοις ἀποδέχομαι τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ Συνόδους, αἵτινες ἐπὶ φυλακῇ τῶν σεπτῶν δογμάτων συνηθροίσθησαν, καθομολογῶν τοὺς ὑπ' αὐτῶν διωρισμένους στέργειν καὶ φυλάττειν κανόνας, καὶ τὰς ἁγίας διατάξεις, ὅσαι τοῖς ἱεροῖς ἡμῶν πατράσι κατὰ διαφόρους καιροὺς καὶ χρόνους ἐτυπώθησαν. πάντας οὓς ἀποδέχονται συναποδεχόμενος, καὶ οὓς ἀποστρέφονται συναποστρεφόμενος. *Præter hæc recipio sacras, et vniuersales septem Synodos, quæ conseruationis sanctorum Dogmatum causa fuere coactæ; promittens me statutos ab eis Canones amplexurum, & ser-*

& seruaturum: itidemque sacras Constitutiones, quæcunque a sanctis Patribus nostris promulgatæ sunt, diuersis occasionibus, & temporibus. omnes quas ipsi recipiunt, cum eis recipio, & quas auersantur cum eis auersor. Et Imperator ipse Constantinopolitanus antequam coronetur; Ἔτι στέργω, καὶ ὁμολογῶ, καὶ βεβαιῶ τὰς Ἀποστολικὰς καὶ θείας παραδόσεις. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς διατάξεις καὶ διατυπώσεις τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων, καὶ τῶν κατὰ καιροὺς τοπικῶν. ἔτι δὲ καὶ τὰ προνόμια καὶ ἔθιμα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. προσέτι γε μὴν βεβαιῶ καὶ στέργω, ὅσαπερ ἐδογμάτισαν καὶ ἐθέσπισαν οἱ κατὰ τόπους ἁγιώτατοι Πατέρες ἡμῶν ὀρθῶς καὶ κανονικῶς καὶ ἀνεπιλήπτως. *Præterea amplector, confiteor, & approbo Apostolicas & diuinas traditiones. Insuper etiam Constitutiones & definitiones septem œcumenicarum Synodorum, & Localium, quæ tempore suo celebratæ sunt. Ad hæc etiam privilegia & consuetudines sanctissimæ magnæ Dei Ecclesiæ. Præterea confirmo & amplector quæcunque statuerunt, & definierunt diuersis locis sanctissimi Patres nostri recte, canonice, & inculpate.* I nunc & concorda Græcos cum tuis, & aliena a Pontificijs, si potes. Sed non poteris. Finge aliquid saltem commode, vt ne plane videaris id facere, quod aperte facis. Quid plura? Græci ipsi in Synodico, quod publice in Ecclesia legunt

Domi-

Dominica Orthodoxiæ, veſtra omnia quæ contra Patrum doctrinam, ac præſcripta ſunt, damnant aperte, & anathemate iciunt. Non credis? audi Græci ipſi ſunt, qui clamant, nec diſſident a Pontificijs; Ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν Ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ ἀοιδίμων Πατέρων καινοτομηθέντα ἢ πραχθέντα, ἢ μετὰ τοῦτο πραχθησόμενα. ἀνάθεμα. *Quæcunque præter Eccleſiaſticam traditionem, & ſanctorum & præclariſſimorum Patrum doctrinam, & diſpoſitionem innouata ſunt, aut perpetrata, vel in poſterum perpetranda, anathema.* Vides? Græci omnes religione mouentur ſua. Doctores patrios, etiam aliena lingua locutos, quos a maioribus acceperunt, eorumque dicta, præcepta, traditiones colendas ſibi diligenter, & retinendas eſſe, ſi pij eſſe volunt, eorumq; perpetui, & conſtantes alumni, arbitrantur: ſi quis reſtiterit aut contra repugnauerit, illum anathemate iugulant, illum vti execrandum & deteſtabilem a communione Eccleſiaſtica, & ciuili hominum excludunt. Cogita, optime Hottingere, vereor ne te derideri putes, quod optimum te vocauerim, & potes eſſe optimus, ſi effrænatam tuam mentem ac præcipitem ad maleficia & fallacias, ad bonam frugem reduxeris, & veritatem a Chriſto, ab Apoſtolis, & Con-

cilijs & Patribus Ecclesiæ traditam, & in ipsa tot signis constabilitam exosculatus, enormia illa tua & sociorum, & dicta pudenda abijcias. Cogita, inquam, in quonam gradu apud Orientales sitis, & in quo consensu atque vnitate, qui asseritis, *Stultos fuisse Apostolos & Martyres, quod tormenta mortemq; propter Christi confessionem passi sunt.* & vecordium, ac seductorum esse sententiam, *cruce & afflictionibus salutem consequi. Quemadmodum enim nos opera nostra non saluos faciunt: ita nec cruce nec afflictionibus nostris salus nostra constat.* Et palam dicitis; *nolle vos ad Patrum auctoritatem astringi, planeque eos stultissimos esse, vel studiose malignos in Ecclesiam Dei, quisquis illorum calculis conscientias fidelium obstringendas esse putauerit. Quandiu consistimus in Concilijs & Patribus, versabimur semper in ijsdem erroribus.* & similia, quæ silentio prætereunda sunt: horret enim calamus adeo infames blasphemias percensere. In his ergo ab Orientalibus, & consequenter a Pontificijs, qui cum Græcis eadem tenent, plane discedìtis; & sic a piorum communione ab ijsdem secludimini. Sed nimium multa de re minime dubia loquor.

Patrum in primitiua Ecclesia luminum scripta te non reprobare supra vidimus, de mente vero tua aliquid diximus, nunc

non-

nonnulla alia ſuggeremus. Et vt dicam quod ſentio. Video, audio. non laudo. & plane cognoſco, licet artem mutare coneris, & candorem inſimules, niger adhuc es, nec maculas deponis, & e viperis venenum mutuatus, venenum clanculum propinas. Laudas Patrum vſum, ſed primitiuæ Eccleſiæ, quaſi vero ſubſecutorum Patrum ſcripta cõfigenda ſint, & Eccleſia primitiua defecerit, & alia facta ſit. Hoc plane Græci cum Pontificijs abnegant, & perpetuam & conſtantem ab ipſo primo ſui exortu Eccleſiam agnoſcunt, neque mentitum Chriſtum inſinuant, rogantem, ne Petri fides deficiat. Proptereaque Patres Eccleſiæ & Doctores cum ipſa Eccleſia colunt, eorumque ſcriptis mores & dogmata ſua dirigunt, & antiquorum teſtimonijs ſolidius ſtabiliunt. Antiquitas enim, quo propius aberat ab ortu, & diuina progenie, hoc melius ea quæ erant vera cernebat, tradebatque, quæ poſtea longinqua obſeruatione incredibilem ſcientiam attulere. Tertullianus; *Id verius eſt quod prius; id prius quod ab initio; id ab initio quod ab Apoſtolis*. Et ex tuis neſcio quis; *Lumen quanto ſoli vicinius eſt, eo ſplendet illuſtrius. Sic venerandi Patres, quo primis viciniores, & puritatem illius antiquitatis retinent magis, et referunt nobis fidelius; et quo propius diſtant, ab origine*

et a

et a suspicione veritatis longius absunt. Neque illud quod addis sine animaduersione prætereundum est, male eos Patrum auctoritatē reijcere eo solo nomine, quod de *Christo nihil docuerint veritati sacræ Scripturæ consentaneum*. Hinc colligis, *eorum tantum scripta esse vsurpanda, vbi de Christo loquuntur sacræ Scripturæ consentanea*, scilicet cum ea dicunt, quæ in Scriptura sunt. quæ sunt tuorum placita. sed Græci & Pontificij ea quoque discunt ex Patribus, quæ licet in diuinis literis expressa verbo non sunt, ex Scriptura tamen verbisque illius eliciuntur, & quasi succus e floribus vel fructibus percolantur, vt in multis factum cernimus; quod nec negant Schismatici; vt id probare superuacaneū fuerit. Quare tu hisce tuis Patribus auctoritatem, quam tribuere videris verbo, factis adimis: sicque ad verbum diuinum solum per te etiam recurrendum erit. Si tamen verbum diuinum apud te est. Non vendo fumos. Nanque ad eorundem auctoritatem conuellendam in illa refugis, scribisque notanda; *In Elenchticis, siue Polemicis scriptis Patres nonnunquam ita fuisse versatos, vt vitaturi Charybdim inciderint in Scyllam, & ineptissime Doctores Pontificios scripta Patrum Elenchtica, ad suorum dogmatum assertionem, & orthodoxæ confutationem in subsidium vocare*. Addis;

Exem-

Exempla, dicta, & facta Patrum tum demum imitanda nobis esse, aut ad vsum reuocanda, cum suffulta sunt Scripturæ sacræ immoto fundamento. Necnon; *Theologica ratione materiæ vel sunt dogmatica vel ἐριστικὰ, vel homilica. In dogmaticis prudentiores, in homilicis liberiores sunt Scriptores Ecclesiastici: in Agonisticis verò sæpenumero calore affectuum, aut nimio causæ, quam susceperunt defendendam, amore rapti ea vel dicunt, vel pro defensione suæ causæ congerunt, quæ absque calore illo animi, & amore nec dicturi essent, nec congesturi.* Probasque exemplo Hieronymi de Tertulliano, Tertulliani contra Praxeam de Filio Dei, & Basilij de Dionysio Alexandrino. ὦ γλώττης μελετώσης ἀσέβειαν. Stultitiamne dicam, an impudentiam singularem! Non ita Græci sentiunt, non ita Pontificij: sed omnes vno ore fatentur, post diuina eloquia auctoritatem Patrum & Conciliorum ad res Ecclesiæ comprobandas argumentum præstantissimum esse, non quid vnus aut alter solus, & singillatim dixerunt, sed quæ fere & plerunque & cum alijs concordantes tradiderunt. Hic enim consensus apprime adnotatur. Et nugaris, dum ais. *Patres in dogmaticis prudentiores, in homilicis liberiores.* Ergo quandoque in dogmaticis minus prudentes, in homilicis minus liberi. Et quis

sta-

ſtatuet, vel dijudicabit, quando prudentes, & quando liberi, abſq; eo quod ex recto exceſſerint? Nullus alius quam perpetuus vnuſq; in eodem decernendo conſenſus, ad quem reſpicientes Pontificij & Græci dogmata ſua & conſuetudines corroborant, & figunt. Et de iſta conſenſione plura hic poſſem afferre ex Patribus, ſed paucis ex Schiſmaticis additis ad reliqua me conferam; Theophylactus in cap. 17. Ioannis; *Dicit poſtea iterum de concordia, & a quo cœpit principio in eo nunc ferme concludit, ac inquit, vt omnes vnum ſint, vt pacem & concordiam habeant, & in nobis, hoc eſt, vt indiuiſam erga nos ſeruent fidem. Nihil enim ita offendit diſcipulos, vt diuelli, & non idem ſentire Doctores. Quomodo enim perſuadebunt, qui non idem ſapiunt? Propterea ipſe dicit, vt & ipſi vnum ſint in fide erga nos, ſicut tu Pater in me & ego in te.* Euthymius ibidem; *Sicut tu in mei, & ego in tui dilectione vt & ipſi in nobis, ſiue in fide, quæ eſt in nos, vnum ſunt, erunt quoque in mutua inter ſe dilectione vnum, vt mundus credat quod tu me miſeris. Vt credens Apoſtolis credat, quod tu me miſeris. Nam hoc prædicaturi ſunt: & nihil erit adeo impedimento prædicationi, ſicut diuiſos eſſe prædicatores fidei diuerſitate, & mutua inter ſe inimicitia: ſi enim inter ſe pugnauerint, dicent eos non eſſe pacifici Magiſtri diſcipulos: quod ſi*

 non

non pacifici, nec a te missi. Si vero concordes fuerint, & precepta mea custodierint omnes cognoscent, quod mei sunt discipuli, & quod tu me miseris. Nicephorus Callistus lib. 13. cap. 1. Οἵγε μὲν Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ ἑπόμενοι διὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα ἐν διχονοίαις ἦσαν καὶ διὰ ταῦτα ἐλάττους ἐγίνοντο. οἱ γὰρ πλεῖστοι μὴ ὀρθῶς αὐτοὺς δοξάζειν περὶ τὸ θεῖον οἰόμενοι, τῷ διὰ μάχης ἀλλήλοις ἰέναι, καὶ ἐρεισικῶς μάλα ἔχειν πρὸς αὐτοὺς ἐπίσης τοῖς κρατοῦσι φρονοῦντες δ᾽ αὐτοῖς μετετίθεντο. *Siquidem qui Arÿ & Eunomÿ heresim complectebantur, propter eas quas diximus causas inter se dissidebant, eaque gratia minuebantur. Plurimi nanque non recte eos de Deo sentire ex eo opinati, quod inter se vehementer contenderent, atque pugnarent, eis se statim aggregarunt, qui eandem cum Imperatoribus sententiam obtinebant.* Et auctor schismatis Photius Epistola ad Nicolaum Papain; Ἡ ἀγάπη καὶ φίλοις ἔριν ἐμπεσοῦσαν ἀπώσατο, τοὺς κοινοὺς ἅλας ἴσως φύσεως δυσωπεῖσθαι παραινέσασα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν περὶ τὸ θεῖον δόξαν κρατύνοντας, κἂν ὡς πορρωτάτω παροικοῦντες ὦσι, κἂν ὀφθαλμοῖς ἀλλήλων οὔπω ὡράθησαν, εἰς ἕνωσιν ἄγει, καὶ γνώμαις συνάπτει, καὶ φίλους ἀληθεῖς ἀπεργάζεται. *Et charitas inter amicos contentionem exortam longe repulit, communes sales eque atque naturam revereri adhortans, eosque qui in eadem vrbe de diuino numine opinionem corroborant, licet quam longissime inhabitent, & oculis*

sese

sese mutuo nunquam vsurpauerint, in vnionem cogit, & in eadem sententia coniungit; veraque amicitia conglutinat. Sed quid externa emendicamus? audi tua ex tuis. Luterus; *Sacramentariorum, & Anabaptistarum neutri inter se concordes sunt. Ita semper secta parit sectas, & vna damnat aliam. Cessante vnitate secundum Mathematicos progreditur numerus in infinitum. Sic læsa & ablata vnitate Spiritus, neq; in doctrina, neque in moribus possibile est manere concordiam; sed subinde noui errores nascuntur vsq; in infinitum*. Theologi Mansfeldenses; *Suspectã merito habemus Sacramentariorum doctrinam; primo propter nouitatem, secundo, quod Sacramentarij non definite in eadem sententia concordes, sed inter seipsos diuisi sunt, vt alij sint Carlstadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, Suenckfeldiani, Caluinistæ, & similes*. Et nodum tandem expedient Theologi Heidelbergenses; *Si vobis Ecclesiæ titulum & nomen concedere vellemus, quænam inter vos secta pro Ecclesia Dei habenda esset, cum in tam multas sectas diuisi sitis? Nam vos Ecclesiam dici non ferent Hutitæ, qui vos tanquam minime Christianos a communione sua per excommunicationem excludunt. Multo minus id ferent Mennonistæ, quorum nonnulli, nam & ij varie diuisi sunt, etiam eos rebaptizant, qui a vobis baptizati sunt. Quodsi Hutitas Ecclesiam appellare placeat, id*

neque vos neque Mennonistæ ferendum putabunt. Similiter neque vos tolerabitis, neque Hutitæ, vt Mennonistis Ecclesiæ nomen concedatur. Hinc tandem tibi reponenda sunt, quæ scriptis Vvirtembergensium fastiditus rescripsit Hieremias Patriarcha Responso tertio; Ἀξιοῦμεν δὲ ὑμᾶς τοῦ λοιποῦ, μὴ κόπους παρέχειν ἡμῖν, μηδὲ περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν καὶ ἐπιστέλλειν, οἵγε τοὺς τῆς Ἐκκλησίας φωστῆρας καὶ Θεολόγους ἄλλο τε ἄλλως μεταχειρίζεσθε. καὶ τοῖς λόγοις τιμῶντες αὐτοὺς, καὶ ἐπαίροντες, τοῖς ἔργοις ἀθετεῖτε· καὶ τὰ ὅπλα ἡμῶν ἄχρηστα ἀποδεικνύετε, τοὺς λόγους αὐτῶν τοὺς ἁγίους καὶ θείους, δι᾽ ὧν ἂν ἡμεῖς γράφειν καὶ ἀντιλέγειν ὑμῖν ἔχομεν. ὥστε τὸ καθ᾽ ὑμᾶς ἀπηλλάξατε τῶν φροντίδων ἡμᾶς. τὴν ὑμετέραν οὖν πορευόμενοι μηκέτι μὲν περὶ δογμάτων, φιλίας δὲ μόνης ἕνεκα εἰ βουλητὸν, γράφετε: *Rogamus itaque vos, ne posthac labores nobis exhibeatis, neque de ijsdem scribatis, & scripta mittatis. Nam Theologos, qui Ecclesiæ lumina fuerunt, alias aliter tractatis, & verbis quidem honoratis eos, extollitisque, factis vero reijcitis: armaque nostra inutilia nobis efficere vultis, excutere scilicet de manibus nostris, verba illorum sancta & diuina, quibus nos ad scribendum & contradicendum vobis, uti potuissemus. Quam obrem quantum ad vos attinet, liberastis nos curis. Vestram ergo viam euntes, ne amplius de dogmatibus, sed amicitiæ tantum causa, si volueritis, scribite.*

Non

Non aptius Pontificius; & consensionem quærit Hottingerus? Sic a Pappomastige deprehensi Vvirtembergenses, quod alijs atque alijs verbis circumtegere studebant, vel inuicti confiteri coacti sunt ad eundem. *Patrum scriptis eam auctoritatem concedimus, quam ipsi sibi sumpserunt, vt nimirum ea eatenus approbemus, quatenus cum Scriptura sacra conueniunt; reliqua suis auctoribus relinquamus. ipso Basilio præcipiente ἐν ἀσκητικοῖς. Oportet auditores, qui sacris literis eruditi sunt, examinare illa, quæ a Doctoribus dicuntur, & scripturis quidem consona accipere, repugnantia vero reijcere, eosque qui pertinaciter illa retinent auersari. Neque enim fides nostra ijs rebus niti potest, quæ non habent in sacra Scriptura fundamentum. & multa Christianorum millia sacra Scriptura duce viam ad æternam vitam inuenerunt, priusquam illi Patres nascerentur, quorum auctoritate humanæ traditiones propugnentur.* Possem hic plura reponere, sed ad arguendum tuorum inscitiam, vnum tantum suffecerit, si indicauero. Esto, Basilius dicit ex Doctoribus accipienda, quæ consona sunt sacræ Scripturæ, repugnantia reijcienda. Ergo absolute quidquid dicunt Patres si in sacra Scriptura expressis verbis non legitur reijciendum? Argumentum hoc, Hottingere, nec simioli admitterent. Pontifici

 item

item & Græci audientes illa Apostoli, si quis vobis aliter euangelizauerit, quidquid vbicunque illud sit, si sacro Verbo repugnat, reijciunt & detestantur. Neque propterea quidquid dicunt Patres, si in Scriptura non inuenitur, suis Auctoribus relinquent: cum multa illi scribant Scripturæ sacræ consona, licet in illa expressa non sint. Præterea tu perturbans, Hottingere, ordinem Ecclesiasticum, dicta Patrum quo pertineant non intelligis. Non de Scriptura, cui nemo ex Pontificijs, neque Græcis contradixerit, sed de sensu pugnatur. Audi stultam hanc ferocitatem Luteri frænantem Erasmum; *Fateor par esse, vt sola diuinæ Scripturæ auctoritas superet omnia mortalium omnium suffragia. Verum hic de scripturis non est controuersia; vtraque pars eandem Scripturam amplectitur, ac veneratur. de sensu Scripturæ pugna est. In cuius interpretatione, si quid tribuitur ingenio & eruditioni, quid Græcorum ingenijs acutius, aut perspicatius? Quid in literis sacris exercitatius? Nec Latinis defuit ingenium, nec literarum sacrarum peritia, qui si naturæ felicitate cesserunt Græcis, certe monumentis illorum adiuti potuerunt Græcorum industriam capere. Quodsi in hoc iudicio magis spectatur vitæ sanctimonia, quam eruditio, vides quales viros habeat hæc pars, quæ statuit liberum arbitrium. facessat*

odiosa,

odiosa, quod aiunt iure consulti, comparatio. Nolim enim quosdam istos noui Euangelij praecones cum veteribus illis conferre. Et paulo ante; *Si Lector viderit meae disputationis apparatum ex aequo pugnare cum parte diuersa, tum illud secum expendat, vtrum plus tribuendum esse iudicet, tot eruditorum, tot orthodoxorum, tot sanctorum, tot martyrum, tot veterum ac recentium Theologorum, tot Academiarum, tot Conciliorum, tot Episcoporum, tot summorum Pontificum praeiudicijs, an vnius aut alterius priuato iudicio.* Et licet in Patribus nonnulla inueniantur, quae non omnes probant, ea tamen quae in illis probauit Ecclesia, vera sunt, & diuinis eloquijs consona. Audi Hieremiam Patriarcham Constantinopolitanum Responso primo; Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον εἰπεῖν, στύλος ἐστὶ καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, ἧς πύλαι ᾅδου κατὰ τὴν θεσπεσίαν τοῦ Κυρίου ἐπαγγελίαν οὐ κατισχύσουσι, κἂν πάντες τι παρασύρωσιν ἀλλόκοτα φανταζόμενοι, αὐτὴ μὲν οὐδὲν ἧττον ἀσφαλὴς καὶ ἀκράδαντος, ἐστηριγμένη παγίως ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ οἷς ἐπεστήρικται ἡ ἀλήθεια. καὶ γὰρ οἱ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας, ὅλοι τῆς ἀληθείας εἰσί. καὶ οἱ μὴ τῆς ἀληθείας ὄντες καθάπαξ, οὐδὲ τῆς Χριστοῦ Ἐκκλησίας εἰσίν. *Ecclesia enim Christi, vt cum Paulo loquamur, columna est, & fundamentum veritatis: cui nec portae quidem inferorum, vt diuina Domini promissio habet, praeualebunt*

lebunt. Etiamsi enim aliqui monstrosa imaginatione aliquid peruertant; nihilominus tamen ea manet stabilis, & inconcussa, fundata firmiter in petra, & ijs quibus innititur veritas. Etenim qui in Christi Ecclesia sunt, totos se veritati dediderunt: & qui se non totos dediderunt veritati, nec in Christi quidem Ecclesia sunt. Digna sunt quæ tu tuique discant de auctoritate Patrum in decernendis fidei dogmatibus ex Bessarionis Nicæni Cardinalis Oratione dogmatica, siue de vnione.

His itaque Patrum, & quod magis est Pappomastigum testimonijs fultus Allatius de Græcorum & Pontificiorum sententijs pertractans, quas easdem esse ex ijsdem agnouerat, in libris de Consensione, consensionem vrget solide atque indubitate, non temere, vt tu stolidissime garris. Et, vt sapere tandem incipias, cum de dogmate siue traditione sermo est, duplex oritur difficultas; Altera an Dogma, vel Traditio, vel Consuetudo, vera rectaque sint: altera an per omnes diuulgata, vnanimi consensu ab omnibus approbentur, an scilicet in illis affirmandis vel manutenendis conueniant, vel ex pari coëant, inter quos disceptatio est. Allatius non agit neque de Dogmate, neque de Consuetudinibus, quæ iam fusissime videt a Catholicis contra Hæreticos & Schisma-

ſmaticos probata & ſtabilita, & ſic inconcuſſe fixa, vt ipſe operam ad hoc ſuam ſuperuacaneam exiſtimet, quare ad ſecundum conuertit animum, quod ſatis ſtrenue perfectum eſſe, licet tibi non arriſerit, imo doluerit. ſed ſcias alios ſtudium commendaſſe, non Catholicos modo, ſed ex Hæreticis ipſis nonnullos, & literæ de illa ad eundem datæ indicio manifeſto ſunt. Sic item in Tractatu ſuo de Purgatorio non illi mens fuit præcipua probandi Purgatorium eſſe, ſed oſtendendi inter Pontificios & Græcos in eo aſſerendo eoſdem fuiſſe conatus: cum tum Græcus, tum Pontificius eodem modo ratiocinentur, eadem afferant, ijſdemque argumentis concludant. Vterque enim orat pro mortuis, vt peccatorum veniam conſequantur, vt liberentur a pœnis & tormentis, & igne, & ſic purgati ad gloriam deferantur. Cum hæc tam Græcorum quam Pontificiorum teſtimonijs conſtent, iam non temere, ſed ſolide probauit Allatius Græcorum & Pontificiorum conſenſum: niſi tu in cerebello illo tuo gallinaceo aliud comminiſceris. Et ſic alia quoque verſauit, ſi ſingula conferre non pigebit.

CAP.

Efficaciam ministerij non pendere a Ministro, etiam Pappomastigum testimonijs. Et insulse ab Hottingero inter Capita dissidij hoc recenseri, cum id idem fateantur Pontificij.

SEd examinentur quæ tu Dissensionis capita affers. *Vocem Papæ in explicatione Scripturæ sacræ non audiunt.* Hoc purum putum mendacium est. Papæ siquidem vocem Græci non in explicāda sacra Scriptura modo, sed etiam in decernendis dogmatibus, & in instituendis ac firmandis consuetudinibus, vt vocem diuinam, & vocem Petri exceperunt, & venerati sunt, & modo excipiunt & venerantur. Sed cum infra de auctoritate Pontificis Romani sermonem iterum inculcabis, ne eadem sæpius repetamus, ibidem tibi responsum expecta.

Subdis; *Virtutem & efficaciam a Ministro non suspendunt.* Cum virtus & efficacia ministerija ministri probitate vel improbitate non pendeat, non videtur necesse quod illam suspendant. Joannes Patriarcha Hierosolymitanus de Azymis. Cum Latinus opposuisset; Εἰ δὲ χεῖρον ὁ λόγος ἔδειξε τοῦ ἐνζύμου τὸ ἄζυμον, ἀλλὰ Θεὸς δὲ τοῦτο προσίεται ὅπως διδόμενα ταῦτα. προσίεται γὰρ

καὶ

καὶ ἱερέα μεμολυσμένον τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ οὐδὲν ἐμπο-
δὼν καθέστηκε τὰ τοῦ ἱερέως προσφέροντος ἁμαρτήματα.
*Si oratio peius esse demonstrauit azymum fer-
mentato: sed id quoque excipit quam libentissime
Deus. Excipit enim & Sacerdotem iniquitati-
bus commaculatum, & nulli impedimento sunt
Sacerdotis offerentis scelera.* Respondet Græ-
cus; Κἀγὼ ἔφην, ὡς ἄλλο τὸ προσφερόμενον ἐστὶ
καὶ ὁ προσφέρων ἕτερος. τῷ γὰρ προσφερομένῳ
πλέον προσέχεται ὁ Θεὸς, ἤπερ τῷ προσφέροντι. εἰ-
γοῦν δύο τινές εἰσιν, ὁ μὲν τὴν ὄψιν τερπνὸς, ὁ δὲ ἀ-
καλλής. καὶ ὁ μὲν ὡραῖος ὕδωρ εἰς πόσιν σοι προσά-
ξει πικρὸν, ὁ δὲ δυσειδὴς διειδὲς καὶ γλυκύτατόν τε καὶ
πότιμον· τῶν προσφερομένων πάντως ποιήσεις διάκρισιν
τοῖς προσφέρουσι δὲ προσέξεις κατ' οὐδέν. τὰ γὰρ προ-
σφερόμενα ἢ προσίεται, ἢ προσοχθίζει ὁ προσιέμε-
νος. καὶ μᾶλλον ὅτι τὸ ἐνταυθοῖ προσφερόμενον εἰς
σῶμα λαμβάνεται τὸ δεσποτικόν. *Dixi etiam ipse
aliud esse quod offertur, & aliud offerens: nan-
que magis Deus intendet oblato quam offerenti.
Quare si duo fuerint, hic quidem aspectu deco-
rus, ille indecorus, & decorus quidem tibi aquam
amaram propinauerit, indecorus vero limpidam,
& dulcem, & potioni aptam, oblata prorsus di-
scernes, & propinantibus nullo modo animum
aduertes. Oblatis nanque aut delectatur, aut
molestatur qui excipit; & potissimum quod hoc
loco oblatum in corpus Dominicum acccipitur.*
Theophylactus in cap. 20. Ioannis; *Vide
insuper*

insuper Sacerdotum dignitatem; quod diuina sit: Dei enim est remittere peccata. Sic igitur illi honorandi sunt, vt Deus. Nam quamuis indigni sunt, quid ad hoc? Diuinorum donorum ministri sunt, & gratia operatur per eos, sicut & per asinam Balaam locutus est. Non enim indignitas nostra gratiam prohibet: atque ita quia per Sacerdotes gratia suppeditatur honorandi sunt. Euthymius Zygadenus ad Caput 11. Ioannis; *Caiphas non quod dignus esset, vaticinatus est, sed quod Pontifex esset anni illius: non propter propriam virtutem, sed propter Pontificalem dignitatem. Adhuc enim diuina gratia in templo permanebat, quæ ore illius vtens, cor non tetigit.* Nicetas in Orat. 40. Nazianzeni; *Quemadmodum duo annuli alter auro, alter ferro confectus, vnam eandemque Principis imaginem insculptam habentes, ac deinde ceram imprimentes, tametsi materia differat: aurum enim splendore ferrum antecellit, tamen vtraque impressio eandem Principis formam refert. Consimili modo de ministris Baptismi existimandum est. Quamuis enim morum & vitæ ratione alius alium superet, quemadmodum illic aurum ferro præstat, tamen vis Baptismi eadem est, non secus atque sigillorum nota: omnisque Sacerdos Christianus baptizandi munere fungens, eum qui baptizatur, rite initiat.* Nicolaus Cabasila in expositione Missæ cap. 46.

Oἱ δὲ

Ὁ δ' ἑκάστοτε ἱερουργῶν ὑπηρέτης ἐστὶν ἐκείνης τῆς χάριτος. εἰσφέρει γὰρ οὐδὲν οἴκοθεν, οὐδέ τι τολμᾷ ποιεῖν ἢ λέγειν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κρίσεως καὶ τῶν λογισμῶν, ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον ἃ παρέλαβεν ἐκεῖθεν, εἴτε πρᾶγμά ἐστιν, εἴτε λόγος, εἴτε ἔργον, κατὰ τὸν τρόπον ὃν ἐκελεύσθη, κομίσας ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ. καὶ οὕτω τὰ δῶρα κατὰ τὸ ἀρέσκον τῷ Θεῷ ἀεὶ προσφερόμενα ἀνάγκη ἀρεστὰ αὐτῷ. καὶ ἀεὶ δεκτὰ εἶναι. τί γὰρ εἰ καὶ καθ' αὑτὸν φαῦλός ἐστιν ὁ κομίζων; οὐ γὰρ προστίθησιν οὐδὲν ἡ φαυλότης ἐκείνου τοῖς δώροις, οὔτε χείρω ποιεῖ τὴν προσαγωγήν. ὥσπερ οὐδὲ ἰατρικὸν φάρμακον κωλύεται εἶναι ὑγιεινὸν. ὅτι ἰδιώτης ἄνθρωπος καὶ τῆς τέχνης οὐδὲν ἐπαΐων αὐτὸ συνέθηκεν, εἰ μόνον ἰατροῦ κελεύσαντος καὶ τὴν κατασκευὴν ἅπασαν ἐκδόντος αὐτῷ συνέθηκε. γένοιτο γὰρ ἂν οὐ διὰ τὴν ἀμαθίαν τοῦ ὑπηρετήσαντος μάταιον, ἀλλὰ διὰ τὴν τέχνην τοῦ ἐκδεδωκότος σωτήριον. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ ὑπηρέτου ἀνεπιστημοσύνης οὐδὲν ἔλαβεν. ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ ἰατροῦ τέχνης πᾶσαν ἐδέξατο τὴν κατασκευήν. οὕτω κἀνταῦθα τὸ πᾶν ἡ χάρις ἐργάζεται. ὁ δὲ ἱερεὺς ὑπηρέτης ἐστὶ μόνον, οὐδ' αὐτὸ τὸ ὑπηρετεῖν οἴκοθεν ἔχων. καὶ τοῦτο γὰρ παρὰ τῆς χάριτος αὐτῷ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἱερωσύνη, δύναμις ὑπηρετική τις τῶν ἱερῶν. *Qui autem quotidie ſacrificat, eſt illius miniſter: nihil enim domo affert, neque aliquid audet facere, vel dicere ex ſuo iudicio, vel ratione; ſed illa ſolum quæ illinc accepit, ſiue res eſt, ſiue ſermo, ſiue factum eo quo iuſſus eſt modo offerens, Deo reddit: & ita dona, quæ prout ei placet, Deo ſemper offerunt,*

ferunt, necesse est semper ei esse accepta. Quid tum enim, si is qui offert, in iis quæ ad se pertinent malus est. Illius enim improbitas donis nil adiicit, neque reddit oblationem deteriorem, sicut nec medicamentum salutare esse prohibetur, quod simplex, & idiota, & qui artem nil callet, hoc composuit, si modo iubente medico, & eam compositionem tradente id composuit. Fuerit enim non propter eius cui inseruit imperitiam vanum, sed propter artem eius qui tradidit, salutare. A ministri enim inscitia nihil accepit, ab arte autem medici omnem suscepit compositionem. Ita hic etiam gratia vniuersum efficit. Sacerdos autem solum est minister, nec ipsum quidem ministerium domo prolatum habens. Nam id etiam habet a gratia: hoc est enim Sacerdotium, potestas quædam ministratrix sacrorum. Simeon Thessalonicensis in Responsionibus ad Gabrielem Pentapolitanum; Τῆς ἐνάτης, καὶ δεκάτης, ἑνδεκάτης τε, καὶ δωδεκάτης ἐρωτήσεων εἷς ἐστι νοῦς, καὶ ἅμα περὶ πασῶν κατὰ δύναμιν, ὡς ἀπὸ τῶν ἁγίων παρελάβομεν. ὡς καὶ πάντας μὲν χειροτονεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ πάντων δὲ ἐνεργεῖ. λοιπὸν ἀρχιερεύς τε καὶ ἱερεὺς καὶ πνευματικόν τις ἔχων λειτούργημα, καὶ πᾶς ἄλλος κληρικὸς κανονικῶς χειροτονηθεὶς, καὶ Θεοῦ ἐστὶν ἀληθῶς ὑπηρέτης, καὶ σωτηρίας τοῖς ἀνθρώποις διάκονος, καὶ ἄγγελος ἄλλος Θεοῦ, καὶ ἁγιασμοῦ μεταδοτικός τε, καὶ πλήρης, καὶ ὅλος θείου φωτισμοῦ τε καὶ χάριτος, καὶ

τὸν

τὸν μισθὸν τῆς διακονίας ἐκεῖσε πολὺν λήψεται παρὰ Θεοῦ, καὶ μᾶλλον ὅσον σπουδαστής ἐστι πρὸς τὰ θεῖα καὶ μὴ ῥαθύμως πρὸς ταῦτα ἔχων μήδ' ἀμελῶς διακείμενος διὰ δοκοῦσαν εὐλάβειαν. οὐ γὰρ εὐλάβεια τὸ ἀργεῖν. ἀλλ' εἴγε μόνον κανονικῶς ἔλαβε τὸ λειτούργημα, ἐνεργείτω ὅτι σωτήριον αὐτῷ τε καὶ πᾶσι πιστοῖς, ζῶσί τε καὶ τεθνεῶσιν. εἰδ' οὐ, δώσει λόγον τῆς ἑαυτοῦ ἀργείας τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο φησὶν ὁ θεοφάντωρ Βασίλειος. πᾶς δὲ μὴ κατὰ κανόνας χειροτονηθεὶς ἀρχιερεὺς, ἢ ἱερεὺς, ἢ κληρικὸς, ἢ πνευματικοῦ λειτουργήματος ὑπηρέτης ἐνεργεῖ μὲν ἐν αὐτῷ τῇ χειροτονίᾳ ἡ χάρις διὰ τὴν τῶν προσερχομένων σωτηρίαν, καὶ ἕκαστος κατὰ τὴν πίστιν λαμβάνει, καὶ οὐδεὶς ἄμοιρος, καὶ οἱ χειροτονούμενοι παρ' αὐτῶν κεχειροτονημένοι εἰσὶ καὶ λυόμενοι τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ δεσμούμενοι, λελυμένοι ἢ δεδεμένοι, καὶ τὰ μυστήρια εἰσὶ πάντα μυστήρια. οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἐνεργεῖ, ἀλλὰ δι' ὀργάνου ἡ χάρις. οὐαὶ δὲ τῷ ὀργάνῳ ἐκείνῳ, εἰ παρὰ γνώμην τοῦ ἐνεργοῦντος ἐνεργεῖ. καὶ οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ τῷ καταφρονητῇ τηλικούτων. καὶ εἰ τὰ κάτω καὶ τὰ ἀνθρώπινα, ἤτε μὴ δεδομένα, μηδὲ ἄξια λαμβάνων εἰς ἑαυτὸν, τοιαύτης ἄξιος καταδίκης, ὡς κλέπτης ὢν καὶ ληστὴς καὶ τολμητίας, καὶ ἅρπαξ, καὶ τῆς ὑπὲρ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ περιφρονητής. πόσῳ γε μᾶλλον κατακριθήσεται ὁ ἐν τοῖς θείοις καὶ οὐρανίοις καταφρονῶν, καὶ μάλιστα τοῖς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μόνου ἔργοις, καὶ εἰ ὁ ἀναξίως κοινωνῶν μόνον κατάκριτος, ὁ καὶ ἀναξίως ἐνεργῶν πόσῳ μᾶλλον; καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν χειροτονίαν δεξαμένων, οἵ τινες εἴτε πρότερον, εἴτε ὕστε-

ρον

ρον ἢ μέτριον ἀνάξιοι πάντες. καὶ εἴγε μετανοήσωσι καὶ σωθῆναι μέλλοι αὐτοῖς, ἀποστήτωσαν ἐνεργεῖν τὰ τῆς ἱερωσύνης ἁγιώτατα ἔργα, καὶ ἐν ἐξομολογήσει καὶ πένθει τὸν Θεὸν ἑαυτοῖς ἱλεούσθωσαν. οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι αὐτοῖς εἰς μετάνοιαν, εἰ μὴ πρῶτον παύσωνται τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργεῖν. *Nonæ, decimæ, undecimæ, & duodecimæ Interrogationum unus est ſcopus. Et ſimul de omnibus pro viribus, ut ab ipſis ſanctis accepimus, diſſeremus. Non omnes promouet Spiritus ſanctus, ſed per omnes operatur. Quare Pontifex, Sacerdos, & qui aliquod ſibi miniſterium habet commiſſum, & quicunque alius Clericus legitime ordinatus, Dei verus eſt adminiſter, & ſalutis hominibus miniſtrator, & alius Angelus Dei, & ſanctificationis ſuppeditator, & plenus, & totus diuinæ illuminationis & gratiæ, & mercedem ille miniſterij inde multam a Deo accipit, eoque magis quanto accuratius res diuinas pertractauerit, non negligenter circa illas conuerſans, neque propter apparentem pietatem animum deſpondens: neque enim pietas eſt ceſſare ab opere; ſed ſi ſolum canonice accepit miniſterium operetur, quod ipſi omnibuſque fidelibus viuis & mortuis ſaluti fuerit; Sin minus reddet rationem Deo ceſſationis. Et hoc dicit diuinorum reuelator Baſilius. Omnis vero Pontifex, ſiue Sacerdos, ſiue Clericus, ſiue Spiritalis miniſterij adminiſter ſecundum Canonum præſcripta ordinatus operetur in ipſa ordinatione*

tione gratiam propter accurrentium ſalutem; & vnuſquiſque ad menſuram ſuæ fidei accipit, & nullus abit expers. Et qui ab ipſis ordinantur ſunt ordinati, & qui abſoluuntur a peccatis aut ligantur, ſunt abſoluti & ligati, & ſacramenta omnino ſacramenta: Neque enim homo eſt, qui operatur, ſed per inſtrumentum gratia. Væ autem inſtrumento illi, ſi præter operantis mentem operatur; & væ homini illi, qui ſimilia negligit. Sed ſi inferiora hæc atque humana, aut non conceſſa, aut indigna accipiens in ſemetipſum tanta condemnatione dignus eſt, tanquam qui latro, & prædo, & temerarius, & raptor, & eorum, quæ ſupra ipſum ſunt, deſpector eſt, quanto magis condemnabitur, qui in diuinis ac cœleſtibus negligenter ſe gerit, & præcipue in operibus Dei ſolius. Etſi qui indigne tantum communicat condemnatur, quanto magis qui indigne operatur. Et hæc quidem de illis, qui ad ordines promoti ſunt, qui ſiue antea, ſiue poſtmodum deliquerunt, indigni ſunt omnes. Quodſi propriæ pœnitentiæ, ſalutiſque curam habent, ceſſent ab operibus ſanctiſſimis Sacerdotij: neque enim ipſis aliquid ad pœnitentiam agendam auxiliabitur, niſi prius ceſſauerint a ſacerdotali miniſterio. Hieremias Patriarcha Reſponſo I. ad Vuirtembergenſes; Συλλόγου ὄσης τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν καὶ ἁγίων, ἐὰν δὲ καὶ φαύλων καὶ ὑποκειμένων ὑπηρετοῦνται τὰ μυστήρια. κατ᾽ οὐδὲν

 βλά-

βλάπτει τὸ ἁγιαζόμενον κατὰ τὸν, ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Φαρισαῖοι, καὶ τὰ λοιπά. Φαμὲν οὖν καὶ αὐτά, εἰ δι' ἀναξίων ὑπηρετοῦνται τὰ μυστήρια, καὶ αὐτοὶ οὐδὲν ὠφελοῦνται, ἀλλ' οἱ λαμβάνοντες ἁγιάζονται καὶ ὠφελοῦνται. ἡ γὰρ θεία χάρις καὶ δι' ἀναξίων ὑπηρετῶν ἐνεργεῖ, καὶ τὰ μυστήρια τελεῖ. *Cum Ecclesia sit congregatio fidelium & Sanctorum, si a malis & hypocritis administrentur sacramenta, nihil inde nocere ei, qui sanctificatur. Ratio adfertur hæc. In Cathedra Mosis, sederunt Pharisæi, & cætera. Affirmamus itaque & nos, etiamsi ab indignis peragantur mysteria, nihilque ipsi inde iuuentur, sed potius damno afficiantur, tamen eos qui recipiunt sanctificant & iuuant. Nam etiam per indignos ministros gratia diuina est efficax, & mysteria perficit.* Et infra; Οὐκ οἶδας φησὶ τί ἐστιν ἱερεύς; ὅτι Ἄγγελος Κυρίου ἐστί. μὴ γὰρ τὰ ἑαυτοῦ λέγει; εἰ καταφρονεῖς αὐτοῦ, οὐ καταφρονεῖς τούτου, ἀλλὰ τοῦ χειροτονήσαντος αὐτὸν Θεοῦ. καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι Θεὸς αὐτὸν ἐχειροτόνησεν; εἰ μὴ ταύτην ἔχεις τὴν πίστιν καὶ ὑπόληψιν ἡ ἐλπίς σου κεκένωται. εἰ γὰρ μηδὲν ὁ Θεὸς ἐνεργεῖ δι' αὐτοῦ, οὔτε λουτρὸν ἔχεις, οὔτε μυστηρίων μετέχεις, οὔτε εὐλογιῶν ἀπολαύεις. οὐκ ἄρα Χριστιανὸς εἶ. τί οὖν; πάντας ὁ Θεὸς χειροτονεῖ καὶ τοὺς ἀναξίους; πάντας μὲν ὁ Θεὸς οὐ χειροτονεῖ, διὰ πάντων δὲ αὐτὸς ἐνεργεῖ, εἰ καὶ αὐτοὶ εἰσιν ἀνάξιοι διὰ τὸ σωθῆναι τὸν λαόν, εἰ γὰρ δι' ὄνου καὶ διὰ Βαλαὰμ μιαροῦ ἀνθρώπου τοῦ λαοῦ ἕνεκα ἐλάλησε, πολλῷ μᾶλλον

διὰ

δὲ τοῦ ἱερέως. Nescis, inquit Chrysostomus, quis sit sacerdos? Nuncius Domini est. Num illa sua dicit? Si contemnis hunc, non contemnis ipsum, sed qui eum ordinauerat, Deum. Vnde patet eum a Deo ordinatum esse? Si non credis hoc, nec hanc existimationem habes de ipso, spes tua vana est. Si enim Deus nihil per ipsum operatur, tum nec lauacrum habes, nec mysteria participas, nec benedictionibus frueris. Non ergo Christianus es. Quid igitur omnes Deus ordinat etiam indignos? Non omnes ille quidem ordinat, per omnes tamen quamuis indignos ad salutem populi operatur. Si enim per asinam & per Balaam hominem sceleratum populi causa locutus est, quanto magis per Sacerdotem? Hæc licet sint Pappomastigum verba & decreta, sunt tamen ex veterum Patrum commentarijs excerpta. Nec diuersa sunt, quæ habet Bessario Cardinalis de Sacramento Eucharistiæ. Recte itaque apposuisti, Græcos non suspendere virtutem & efficaciam ministerij a ministro. Si sensus est, Græcos non dubitare de virtute & efficacia Sacramentorum; etiamsi administri vita & doctrina pessima sint, si modo iuxta institutum, & formam Ecclesiæ suo munere fungantur, verum dicis. Sed quid hoc ad probandum dissidium? Eadem Pontificij tenent, & cum Græcis vnum sunt, & exhorrescunt, cum audiunt;

Si Episcopus, vel Sacerdos est in mortali peccato, non conficit, non ordinat, non baptizat, non consecrat. Et Græcos omnes etiam Pappomastigas a Pontificijs stare, firmissimum argumentum est, cum eadem insinuent. Ministri mali mores, atque improbitatem nullo modo virtuti & efficaciæ ministerij officere, quod æque apud Pontificios indubitatum est. Abes ergo tu a bona mente, Hottingere, cum quam ipse nescias semitam, alijs ostendere præsumis, quod non intelligis, alijs inculcare. Sed quid expectandum erat abs te, qui scelere hæresis nefario, & mendacijs prodigiosis omnia humana iura atque diuina polluis?

CAP.

CAP. VIII.

Multa mendacia Hottingeri in administratione Missæ redarguuntur. In ea licet sacrificium eucharisticum, commemoratiuum, & recordatiuum sit, etiam esse propitiatorium, expiatorium, satisfactorium pro peccatis viuorum & mortuorum, probatur testimonijs Græcorum Patrum, librorum illius Ecclesiæ Ritualium, & quod magis est, Pappomastigum: & id fieri pro peccatis viuorum & mortuorum. Et supina ignorantia, & male sana mens Hottingeri in pluribus detegitur, & nunquam illum libros Græcorum Ecclesiasticos legisse euincitur.

PErgis; *Græci in Liturgia, & administratione sacræ cœnæ profitentur sacrificium non propitiatorium, expiatorium, satisfactorium pro peccatis viuorum & mortuorum; sed tantum mysticum, recordatiuum, commemoratiuum, eucharisticum pro redemptione generis humani per vnicam Christi victoriam semel partam.* Hæc quoque plena mendacijs sunt, nescio an ex malitia, an ex ignorantia, Hottingere. Vellem siquidem & maxime, vt sententiam quam adamas, & pugnacissime defendis, non impudenti mendacio, non inconsiderata pertinacia, sed veritate inge-

nua defenderes. Ne te modo pudeat ex ijs, quæ inconſulto ſcribis, fatuam tuam inſcitiam profiteri. Aiebat ille; *Non parum cognoſcere, ſed in parum cognito ſtulte & diu perſeueraſſe, turpe eſt.* Vnde ſcis, *Græcos in Liturgia & Cœnæ ſacræ adminiſtratione profiteri ſacrificium non propitiatorium?* &c. Si Liturgiam vnquam legiſti, næ tu plane in literis & potiſſimum Græcis plumbeus es, qui non vides, quod videas, & quod legis non intelligas. Si non legiſti, quamnam temeritatis, & fatuitatis notam non exceſſeris, de ijs ſtatuens, quæ non vidiſti, vel viſa non intellexiſti? Si vis, vt rectum iuſtumque ſit quid quid tibi etiam furenti viſum fuerit, abſolue tandem hunc vomitum, ne & nos & tuos enices, & mendacijs tuis ac falſitatibus inhæreas. Diſcito Græcos hoc incruentum Sacrificium confiteri myſticum, recordatiuum, commemoratiuum, euchariſticum pro redemptione generis humani; ſed ante omnia & præcipue propitiatorium, expiatorium, ſatisfactorium pro peccatis viuorum & mortuorum, cum id agatur eo ſcopo, vt peccatorum fideles viui mortuique veniam conſequantur. Et attento animo ſis. Ioannes Chryſoſtomus in Matthæum; Ἐκεῖνο ἐξεχύθη εἰς σωτηρίαν τῶν πρωτοτόκων, τοῦτο εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. τί οὖν χρὴ

ποιεῖν κἀκεῖνο; τὸ παλαιὸν φησὶν οὐδαμῶς. διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, τοῦτο ποιεῖτε, ἵνα ἐκείνου ἀπαγάγῃ. εἰ γὰρ τοῦτο ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἐργάζεται, ὥσπερ οὖν καὶ ἐργάζεται, περιττὸν ἐκεῖνο λοιπόν. *Ille effusus in salutem primogenitorum, hic in remissionem peccatorum totius orbis. Quid igitur faciendum est? illum antiquum, ait, nusquam. Propterea dixit, hoc facite, vt ab illo abstraheret. Etenim si hic remissionem peccatorum operatur, quemadmodum & operatur, superuacaneus itaque ille est.* Cyrillus Alexandrinus Orat. de mystica Cœna; Πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τὸ ἅγιον εἰς ἱλασμὸν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ μέθεξιν τῆς ἐν αὐτῷ ἀθανασίας. *Bibimus illius sanctum sanguinem in propitiationem nostrorum delictorum, & participationem immortalitatis, quæ in eo est.* Theodorus Antidorum Episcopus in Expositione Missæ; Δεῦτε προσκυνήσωμεν αὐτῷ, πιστεύοντες ὡς Θεῷ. προσπίπτοντες ὑπὲρ ὧν ἡμάρτομεν. προφθάσωμεν δὲ καὶ προκαταλάβωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει καὶ συντριβῇ καρδίας, ἵνα αὐτὸν ἐκεῖθεν ἵλεων εὕρωμεν κρίνοντα. ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. διὸ χρὴ νῦν καὶ προκαταλαβεῖν καὶ προφθάσαι. *Venite adoremus eum, credentes illi vt Deo, procidentes pro quibus deliquimus. Præoccupemus, & ante comprehendamus faciem eius in confessione & contritione cordis, vt eundem ipsum inde propitium inueniamus iudicem. In inferno enim nulla est*

 con-

confessio, quapropter nunc eum ante comprehendere, & praeoccupare debemus. Idem ibidem, Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰρήνην πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις, καὶ τὴν τῶν αὐτοῦ πλημμελημάτων συγχώρησιν ἐξαιτεῖ. *Et Pontifex vniuersis Ecclesiis pacem & delictorum veniam exorat.* Idem ibidem; Ἐννοοῦντες οἱ θεσπέσιοι Πατέρες, ὁποίαν εἶναι χρὴ τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ μέλλοντος ἅπτεσθαι τοῦ παναχράντου σώματος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ὅτι καθαρωτέραν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ταύτην τυγχάνειν τὰς ὑπὲρ τῆς συγχωρήσεως τούτων εὐχὰς διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ ἐσομένης ἐξέθεντο. *Considerantes sancti Patres qualem oportet esse animam & manum illius, qui tacturus est immaculatissimum corpus Christi Dei nostri, puriorem nempe radijs solaribus, supplicationes pro horum venia propter humanitatem Dei adfuturam tradiderunt.* Et infra; Ἐκφωνοῦντος τοῦ διακόνου τὰ δίπτυχα τῶν ζώντων, ὁ ἀρχιερεὺς εἰρήνην πάσαις ἐπεύχεται, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πλημμελημμάτων ἐξαιτεῖ. *Alta voce recitante Diacono diptycha viuorum, Pontifex omnibus Ecclesiis pacem precatur, & veniam delictorum exorat.*

Sed tu Pappomastigas quæris. Beamus te. Samonas Gazæus de corpore Christi, interrogatus a Saraceno; Διατί ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς ἐμπαίζετε τοὺς Χριστιανοὺς, τὸν ἐξ ἀλεύρου ὀπτώμενον ἄρτον αὐτοῖς κατὰ βραχὺ μερίζοντες, καὶ σῶμα Χριστοῦ ὀνομάζοντες, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχειν αὐτὸν τοῖς

μετα-

μεταλαμβάνουσι δυνάμενον διαβεβαιοῦντες. *Quam-obrem vos Sacerdotes Christianis illuditis, dum panem ex farina coctum eis minutim partientes, corpuſque Chriſti nominantes, remiſſionem peccatorum exhibere poſſe eis, qui eum recipiunt, confirmatis?* Reſpondet; Τούτου τοίνυν τοῦ σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνομεν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, τοῦ δεσπότου ἡμῶν εἰρηκότος, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἔχει ζωὴν αἰώνιον. *Hoc igitur corpus & ſanguinem aſſumimus in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam, Domino noſtro dicente; Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam:* Et infra. Διὰ τοῦτο δεῖται ὁ ἱερεὺς ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ πολλῶν εὐχῶν. καὶ πρότερον μὲν ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἀγνοημάτων, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος Παῦλος. *Propterea indiget multis precibus, & primum quidem pro ignorantÿs proprÿs, deinde pro peccatis populi, vt ait Apoſtolus.* Et infra; Τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος τοῖς πιστοῖς ἀξίως μεταλαμβάνουσι γίνεται. *Corpus & ſanguis Chriſti in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam, & in tutelam animæ & corporis digne illa cum ſincera fide aſſumentibus, fit.* Nicolaus Cabaſila in Expoſitione Miſſæ ipſo initio; Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἔργον μὲν ἡ τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα με-

ταβο-

ζαβολή. τέλος δὲ τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι δι' αὐτῶν, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν, καὶ τὰ τοιαῦτα λαβόντας. *Sanctæ sacrorum mysteriorum celebrationis opus & effectus quidem est, donorum in diuinum corpus et sanguinem mutatio. Finis autem, vt fideles per ipsa sanctificentur, peccatorum remissione, & regni cælorum hæreditate simul acceptis.* Et Capit. 10. Αἱ εὐχαὶ, καὶ ψαλμοὶ, καὶ ἄλλο ἱερὸν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ γίνεται ἁγιάζουσι διχῶς, ἕνα μὲν τρόπον καθ' ὃν ἀπ' αὐτῶν τῶν εὐχῶν ὠφελούμεθα, καὶ τῶν ψαλμῶν, καὶ τῶν ἀναγνωσμάτων. αἱ μὲν γὰρ εὐχαὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστρέφουσιν, καὶ ἁμαρτιῶν ἄφεσιν προξενοῦσιν, αἵτε ψαλμωδίαι ὁμοίως αὐτὸν ἡμῖν ἐξιλεοῦσι, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐπισπῶνται ῥοπήν. *Preces, Psalmi, & quidquid sacrosanctum in Missa fit, dupliciter sanctificant. vno quidem modo, quo ab ipsis precibus iuuamur, & Psalmis, & Lectionibus. Preces enim ad Deum conuertunt, & peccatorum remissionem conciliant. & Psalmodiæ eum nobis efficiunt propitium, & quod illinc dependet momentum attrahunt.* Ibidem; Καὶ τί τὰ δῶρα βούλεται; εὐχαριστίαν πρὸς τὸν Θεὸν, ἱκεσίαν, τὰς ἀφορμὰς, τὰ αἴτια τῆς τῶν δώρων προσαγωγῆς. ἔχει γὰρ οὕτως, οὐδὲν δῶρον δίδοται μάτην, εἴτε Θεὸν θεραπεύειν, εἴτε τοὺς ἀνθρώπους χαρίζεσθαι δεῖ, ἀλλ' ἀγαθοῦ τινος ἕνεκα, ἢ γινομένου, ἢ ἐλπιζομένου. ἢ γὰρ ὑπὲρ ὧν ἐλάβομεν, ἀμειβόμεθα τὸν εὐεργέτην δώροις, ἢ τῶν μήπω γινομένων ἡμῖν. ἵνα

τύχωμεν, τὸν δοῦναι δυνάμενον θεραπεύομεν, ταῦτα δὲ τὰ δῶρα καὶ ἀμφοτέρων ἕνεκα τῷ Θεῷ προσαγόμενα φαίνεται, καὶ ὅτι ἐλάβομεν, καὶ ἵνα λάβωμεν, καὶ εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ ἱκετεύοντες αὐτὸν. εὐχαριστοῦντες ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν, ἱκετεύοντες, ἵν' εὖ πάθωμεν. ὥστε τὰ αὐτὰ δῶρα ἐστὶ καὶ εὐχαριστήρια, καὶ ἱκέσια. ἀλλὰ τίνα τὰ ἤδη δοθέντα ἡμῖν ἀγαθὰ, τίνα δὲ τὰ ζητούμενα; τὰ αὐτὰ πάντως, ἄφεσις ἁμαρτιῶν, βασιλείας κληρονομία. ταῦτα γὰρ αὐτὸς ἐκέλευσε περὶ πάντων αἰτεῖσθαι. ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἔλαβεν ἡ Ἐκκλησία ἤδη. ταῦτα καὶ ὑπὲρ ὧν ἱκετεύει.

Et quid dona sibi volunt? Gratiarum apud Deum actionem, supplicationis materiam & occasionem, & causam donorum oblationis. Ita enim habet. Nullum donum frustra datur: siue Deum colere, siue hominibus gratificari oportet. sed alicuius boni gratia, quod vel factum est, vel speratur. Vel enim pro ijs quæ accepimus benefactori donis gratiam referimus, vel si nulla adhuc fuerint, eum qui dare potest, vt assequamur, colimus & obseruamus. Hæc autem dona propter vtrunque Deo offerri videntur, & quia accepimus, & vt accipiamus. Dona itaque & in gratiarum actione & in supplicatione versantur. Sed quænam sunt, quæ nobis data sunt; quæ vero quæruntur? Eadem omnino, remissio peccatorum, regni hæreditas. Hæc enim ipse iussit petrante omnia. Ea sunt quæ iam accepit Ecclesia, ea sunt pro quibus supplicat. Idem

ibi-

ibidem; Ὕστατα δὲ πάντων ποιεῖται τὴν ἱκεσίαν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ψυχῶν ἀνάπαυσιν, καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτούμενος. τοῦτο γὰρ εὐγνωμοσύνης τοῦ Θεοῦ ἐντυγχάνοντας μὴ τὴν χρείαν εὐθὺς λέγειν, μηδὲ τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὧν ἤδη λαβόντες ἔχομεν πρῶτον μεμνημένους εὐχαριστεῖν καὶ δοξολογεῖν, καὶ οὕτω περὶ τῶν ἀναγκαίων ἡμῖν τὰ Θεοῦ ποιεῖσθαι δοξολογίαν. *Ultimo autem loco facit supplicationem petens remissionem peccatorum, & requiem animarum, & alia huiusmodi. Hoc est enim grati animi, non quid opus sit statim dicere, non quod deest postulare: sed potius ea quæ iam accepimus, primum memoria repetentes, pro eis illi gratias agere, & illum gloria afficere, & sic ijs, quæ sunt nobis necessaria, Dei gloriam præferre.* Idem ibidem; Ὁ ἱερεὺς περὶ μὲν τῆς ὑμνήσεως ταύτης, ἱκετεύει τὸν Θεὸν δέξασθαι τὸν ὕμνον καὶ χάριν δοῦναι τοῖς ὑμνηταῖς. καὶ τίνα χάριν; τῷ ὕμνῳ κατάλληλον· ἁγιάσαι αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα, συγγνώμην παρεχόμενον τῶν ἁμαρτημάτων. ὥστε ἐν ὁσιότητι λατρεύειν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας. *Sacerdos autem ante hanc laudationem Deum supplicat, ut hymnum suscipiat, & laudatoribus gratiam retribuat. Et quamnam gratiam? hymno conuenientem; ut sanctificet ipsorum animas & corpora, data peccatorum venia, ut eum in sanctitate colant omnibus diebus.* Idem ibidem; cap. 33. Ὁ ἱερεὺς ὑπὲρ ἑαυτοῦ εὔχεται ὑπὸ τῶν δώρων ἁγιασθῆναι. τίνα ἁγιασμόν; ἄφεσιν λαβεῖν τῶν

ἁμαρ-

ἁμαρτιῶν. τοῦτο γὰρ τὸ προηγούμενον ἔργον τούτων τῶν δώρων. καὶ πόθεν δῆλον; ἐξ ὧν ὁ Κύριος εἶπε τοῖς Ἀποστόλοις, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. καὶ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου ὁμοίως. μνήσθητι κύριε, φησὶ, καὶ τῆς ἐμῆς ἀναξιότητος, καὶ συγχώρησόν μοι πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. καὶ μὴ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας κωλύσῃς τὴν χάριν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπὸ τῶν προκειμένων δώρων. ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δίδωσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς τῶν δώρων κοινωνοῦσιν. αὕτη ἡ χάρις, φησὶ, μὴ κωλυθήτω ἀπὸ τῶν δώρων διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας. *Sacerdos pro se orat, vt a Donis sanctificetur. Quanam sanctificatione? Vt accipiat remissionem peccatorum. Hoc enim est donorum principale officium. Et vndenam potest hoc sciri? Ex ijs quæ Dominus dixit Apostolis panem ostendens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. & in Calice similiter. Memento, inquit, Domine etiam meæ indignitatis, & condona mihi omne delictum voluntarium & inuoluntarium. & ne propter mea peccata probibueris gratiam sancti Spiritus a donis propositis. Remissionem peccatorum dat sanctus Spiritus ijs, qui sunt donorum participes. Hæc, inquit, gratia in me ne prohibeatur ex donis propter mea peccata.* Et infra; Ταύτην τὴν χάριν, εἴτε ἄφεσις τῶν ἁμαρτιῶν ἐστι μόνον. εἴτε μετ' ἐκείνης καὶ ἄλλη δωρεὰ διδομένη τοῖς μετὰ καθαροῦ συνειδότος τὸ ἱερὸν τοῦτο διακονοῦντων

δεῖπνον, εὔχεται ὁ ἱερεὺς μὴ κωλυθῆναι δι' αὐθρωπίνην κακίαν. ταύτην τὴν εὐχὴν εὔχεται. καὶ μετ' ὀλίγα σὺν πάσῃ τῷ πλήθει κοινῇ. *Hanc gratiam, siue est solum remissio peccatorum, siue cum illa etiam aliud donum, datur ijs, qui cum pura conscientia sacram hanc Cœnam sumunt. orat Sacerdos, ne a donis prohibeatur, vt quæ possint prohiberi per humanum vitium. Hanc facit orationem etiam paulo post, cum vniuersa communiter multitudine.* Et infra; Εἶτα καὶ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ἡσυχῇ εὔχεται, περὶ τῶν αὐτῶν τὸν Θεὸν ἱκετεύων, ὥστε μεταλαβεῖν μὲν τῶν φρικτῶν μυστηρίων μετὰ καθαροῦ συνειδότος, ἀπολαῦσαι δὲ τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης, ἁμαρτιῶν ἄφεσιν, πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν, βασιλείας κληρονομίαν, καὶ μὴ εἰς κρίμα, ἢ εἰς κατάκριμα. *Deinde ipse quoque per se submisse orat de ijsdem, Deum precans, vt sint venerabilium mysteriorum participes cum bona conscientia, fruantur autem sacra mensa peccatorum remissione, Spiritus sancti participatione, regni hæreditate, & non in iudicium, vel in condemnationem.* Idem de vita in Christo lib. 3. Οὐ γὰρ ἡ τελετὴ μάτην, ἀλλὰ καθάπερ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου λουτροῦ, καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης Χριστοῦ κομιζόμεθα σῶμα, καὶ οὐκ ἂν παύσαιτο ταῦτα μέχρις ἂν αὐτὸς φανερῶς ἡ τούτων ὑπόθεσις ἐπιστῇ τὸν ἴσον τρόπον, καὶ τὰ ἑξῆς. *Neque enim hoc altaris sacrificium frustra fit, sed sicuti remissionem peccatorum a diuino lauacro, sacraque Christi mensa corpus susci-*

suscipimus. & hæc non cessabunt, quousque ipse palam horum argumentum aduenerit; pari modo. &c. Idem ibidem lib. 4. Οὐκοῦν τὸ δῶρον ὡς μὲν καθάρσιον καὶ πρὸς τοῦτο συσταὶν ἐξ ἀρχῆς μολυσμοῦ παντὸς ἀπαλλάττει. *Itaque donum vti expurgatiuum, & ad hoc ab initio institutum ab inquinamento omni liberat.* Et; Τοῦτον τὸν τρόπον ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς τὴν ἐσχάτην ἡμέραν ἁμαρτιῶν ἀπαλλάττει, καὶ εὐθυνῆς ἀφίησι, καὶ ῥύπου τὰς ψυχὰς ἀποκλύζει. καὶ γὰρ αὐτός ἐστιν, ᾧ καθαίρει. *Hoc eodem modo ex eo tempore ad postremum vsque diem a peccatis liberat, a pœnis absoluit; & ab immunditia animas expurgat. Ipse siquidem est, quo purgat.* Necnon; Τὸ γὰρ ἐκλείποντας καὶ νεκρουμένους ἁμαρτίαις αὖθις ἀναβιώσκεσθαι, μόνης τῆς τραπέζης ἔργον τῆς ἱερᾶς. οὐ γάρ ἐστιν ἀνθρωπεία δύναμις τὸν ἄνθρωπον ἀναστῆναι πεσόντα, οὐδὲ κακίαν ἀνθρώπων ἀναλυθῆναι δικαιοσύνῃ. τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν φέρει τὴν ὕβριν. διὰ τῆς παραβάσεως γάρ φησι τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζεις. καὶ δὴ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον ἀρετῆς, ἢ τὸ ἔγκλημα δυνήσεται λύσαι. *Nanque deficientes & peccatis demortuos rursus in vitam reuocare, solius mensæ sacræ opus est. Neque enim humana facultas lapsum hominem resurgere, neque malitiam hominum implecti cum iustitia potis est facere, Nanque peccare in ipsum Deum iniuriam defert. per præuaricationem enim, inquit, legis Deum inhonoras. Et*

plane

plane maioris quam humana est virtutis res est, quæ peccatum soluere possit. Et infra; Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν τῶν φύσεων λέγων τὴν ἀνθρωπείαν, ὁ διπλοῦς Ἰησοῦς τὸν πατέρα ἐτίμησε, καὶ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον στέφανον ἔπλεξε τῷ πατρί. διὰ ταῦτα μόνον μὲν ἐστι τῆς ἁμαρτίας φάρμακον τὸ τοῦ Χριστοῦ σῶμα, μόνη δὲ λύσις ἁμαρτημάτων τὸ αἷμα. καὶ γὰρ διὰ τοῦτο συνέστη τὴν ἀρχὴν, ἵνα τὸν πατέρα δοξάσῃ. καὶ ἣ φησιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, εἰς τοῦτο γεγένηται, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον, μόνον μὲν τὸ περὶ τοῦτο φέρον ἅπαν ἐτέλεσεν ἔργον, μόνον δὲ τὸν ὑπὲρ τούτου ὑπομεμένηκε πόνον. *Quando vero secundum aliam naturam, humanam inquam, duplex Iesus Patrem honorauit, & corpore suo ac sanguine admirandam illam coronam implexuit. Propterea sola est peccati medicina Christi corpus, sola peccatorum solutio sanguis: ad hoc enim institutum est ab initio, vt Patrem glorificaret. Et vt Saluator ipse ait, ad hoc factum est, & ad hoc venit in mundum & tempus quod subsequetur vniuersum solum opus ad hoc pertinens peregit, & pro eo laborem sustinuit.* Et infra; Ἄλλως τε τῶν ἱερῶν ἓν καὶ τοῦτο μυστήριον ὄν· περὶ ὧν ἐξήμαρτον μεταγνόντας, καὶ προσαγγείλαντας ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι πάσης ἀπολύεσθαι δίκης παρὰ Θεῷ δικαστῇ. ἐκοινοῦ οὐδὲ τούτῳ γενέσθαι αὐ τυχεῖν ἐνεργοῦ, μὴ τὸ ἱερὸν δειπνήσαντας δεῖπνον. διὰ τοῦτο καλούμεθα μὲν ἅπαξ, προσίεμεν δὲ τῇ

τρα-

τραπέζῃ πολλάκις. ὅτι συμβαίνει μὲν ἑκάστοτε τὸν Θεὸν προσκρούειν ἀνθρώπους ὄντας. *Alio quoque modo, & hoc vnum est ex sacris mysterijs, eos qui ob delicta commissa pœnitentia ducuntur, & semetipsos Sacerdotibus denunciauerunt, apud Deum iudicem omni exsolui iudicio. Quare neque illud consequenter efficax, ni sacram Cœnam cœnauerint. Propterea que semel quidem vocamur, ad mensam vero sæpius accedimus. Quod singulis diebus contingat nos cum homines simus, Deum offendere.* Et lib. 6. Καὶ μὴ τὸ μὴ σφόδρα προσιέναι τοῖς μυστηρίοις, πλέον ἢ προσῆκε τῆς τραπέζης ἀπεχομένοις, ἀσθενεστέραν καὶ χείρω τοῖς ὅλοις ἐργάσασθαι τὴν ψυχήν. ἀλλὰ περὶ τῶν ἁμαρτημάτων προσιόντας τοῖς ἱερεῦσι τῶν καθαρσίων πίνειν αἱμάτων. *Et ne nimio ad mysteria accedendi vsu plus quam addecet ab mensa abstinentes infirmiorem ac peiorem animum efficiant, sed propter peccata Sacerdotes conuenientes expiatoriorum sanguinum participes fiant.* Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus de Azymis; Ἐκεῖνο τὸ ἄζυμον ἀνάμνησιν εἶχε μόνον ἐλευθερίας, οὐχὶ καὶ τὴν ἐλευθερίαν παρέχετο, οὐδὲ ζωῆς τῆς ἐς τὸ ἐπιὸν αἰωνίας πρόξενον ἦν, οὐδὲ πρὸς ἀναμαρτησίαν ἐδίδου βοήθειαν τοῖς μετέχουσι. τοῦτο δὲ παρ᾽ ἡμῶν, ἐπεὶ τὸ σῶμα Χριστοῦ, τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται. τοῦτο τῶν φαύλων ἔργων δωρεῖται τὴν ἄφεσιν. τοῦτο τῆς αἰωνίου ζωῆς καθέστηκεν αἴτιον. τοῦτο τὴν καρδίαν ἡμῶν στηρίζει, μὴ ἐξολισθαίνειν ῥᾳδίως πρὸς τὰ κακὰ, εἰ μὴ ἐσ-

θυμήσωμεν. *Azymum illud*, nempe veteris Fœderis, *memoriam tantummodo libertatis, non tamen libertatem præſtiterat, neque vitam futuram ſempiternam conciliabat, neque illius participibus ad non peccandum opem ferebat. Hoc vero quod apud nos eſt, cum corpus Chriſti ſit, libertatem donat. hoc peruerſorum operum veniam elargitur. hoc ſempiternæ vitæ cauſa exiſtit. hoc cor noſtrum confirmat, ne facile ad mala, niſi animo deſpondeamus, prolabamur.* Simeon Theſſalonicenſis Dialogo contra Hæreſes: Ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς λειτουργίας ἡ ὀπισθάμβωνος εὐχή, ὡς ἱλαστική τε καὶ ἀπολυτική, καὶ δεήσεως, εὐχομένη ἡμᾶς ἰδεῖν τὴν ἀνάστασιν, ἐνταῦθα τε πανηγυρίσαι κἀκεῖ. *In fine Miſſæ Oratio poſt Ambonem recitatur, uti propitiatoria, & abſolutoria, & ſupplicatoria, deprecans, ut nos reſurrectionem videamus, & illic quemadmodum hic diem feſtum agamus.* Hieremias Patriarcha primo Reſponſo ad Vvirtembergenſes; Ὅσον γὰρ τὸ κέρδος ἐντεῦθεν, καὶ ὅπως αἱ φρικώδεις αὗται ἱερουργίαι τὸν Θεὸν καταλλάσσουσιν ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις ἡμῶν, αὐτὸς ἔκπαλαι πρὸ τῶν ἄλλων ἔδειξεν ἐναργῶς ὁ Θεός. ὁ γὰρ δίκαιος ἐκεῖνος Νῶε μετὰ τὴν τοῦ κατακλυσμοῦ παῦλαν, θυσίαν ἤνεγκε τῷ Θεῷ, ἵνα τοῖς ἐσομένοις ἐν ἀσθενείᾳ συγγνώμονά τε καὶ γαληνὸν περιεργάσηται τὸν Θεόν, ὡς ὁ μέγας διέξεισι Κύριλλος, ἵνα μὴ πάλιν μία κατὰ πάντων ἐπέλθῃ ψῆφος δευτέρῳ κατακλυσμῷ τὸ

αὐ.

ἀνθρώπινον ὑποθεῖσα γένος. *Quantum enim inde commodi emergat, & quantopere hæc veranda ſacrificia apud Deum delicta noſtra expient, ipſe in primis iam olim manifeſte demonſtrauit Deus. Iuſtus enim ille Noë poſtquam terrarum eluuies deſiiſſet, ſacrificia Deo obtulit; vt placatum hunc poſterorum infirmitati, lenemque ante redderet, vt magnus explicat Cyrillus, vt ne rurſus vna eademque ſententia vniuerſum hominum genus condemnatum, altera vniuerſali aquarum inundatione ſubmergeretur.* Et infra; Τοὺς δὲ ἔργον μὲν ποιουμένους τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων, τὴν τῶν δώρων εἰς τὸ θεῖον σῶμα καὶ αἷμα μεταβολήν, τέλος δὲ τὸ τοὺς πιστοὺς ἁγιασθῆναι δι' αὐτῶν, ἁμαρτιῶν τε ἄφεσιν, καὶ βασιλείας κληρονομίαν καὶ τὰ τοιαῦτα λαμβάνειν πιστεύοντας μακαρίζομεν. *Contra qui operationis ſanctorum myſteriorum proprium opus hoc ſtatuunt, vt dona in diuinum Christi corpus & ſanguinem tranſmutentur: finem vero hunc vt fideles ijs ſanctificentur, peccatorumque ſe remiſſionem, regni hæreditatem, & id genus alia accipere credant, nos tales beatos prædicamus.* Et rurſus; Διττῶς δὲ ἁγιάζουσα φαίνεται ἡ θεία αὕτη καὶ ἱερὰ τελετή, ἕνα μὲν τρόπον τῇ μεσιτείᾳ. προσφερόμενα γὰρ τὰ δῶρα αὐτῷ τῷ προσφέρεσθαι ἁγιάζει τοὺς προσφέροντας, καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρουσι, καὶ ἵλεων αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν Θεόν. ἕτερον δὲ τῇ μεταλήψει. ὅτι βρῶσις ἡμῖν καὶ πόσις κατὰ τὸν τοῦ

Κυρίου λόγον ἀληθινόν. Τούτων τῶν τρόπων ὁ μὲν πρότερος κοινὸς γίνεται ζῶσι καὶ τεθνηκόσι. καὶ γὰρ ὑπὲρ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἡ θυσία προσφέρεται. ὁ δὲ δεύτερος μόνοις ἐστὶ τοῖς ζῶσιν. *Bifariam porro sanctificare conspicitur diuina hæc & sancta actio. vno modo mediatione. Dum enim offeruntur dona, eo ipso quod offeruntur, sanctificant, tum eos qui offerunt, tum alios pro quibus offeruntur; propitiumque eis Deum faciunt. Altero modo ipsa perceptione: quia cibus nobis est & potus verus, vt Christus dixit. Horum duorum modorum prior communis fit viuis & mortuis, quia pro vtrisque sacrificium hoc fit: alter ad solos viuentes pertinet.* Gregorius Protosyncellus Chius in Synopsi Dogmatum, de nominibus Liturgiæ; Λέγεται προσφορὰ, διατὶ προσφέρεται εἰς τὸν Θεὸν θυσία διὰ τοὺς ζωντανοὺς καὶ ἀπεθαμμένους. λέγεται ἀπολόγου μας διὰ τοὺς ζωντανοὺς, καὶ ἀποθαμμένους. *Dicitur oblatio, quod offeratur Deo sacrificium pro viuis & mortuis. Dicitur supplicatio, quod fit a nobis pro viuis & mortuis.* Et tandem Cyrillus Lucaris, ille tuus τοῦ κακίστου κόμματος aduersus Hebræos, Hebræorum sacrificia cum sacrificio Christianorum comparans scribit; Οἱ Χριστιανοὶ λατρεύουσι τὸν Θεὸν ὄχι μὲ θυσίαις καὶ μὲ αἵματα ζώων, μόνον μὲ μίαν θυσίαν λογικὴν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σαρκωθέντος υἱοῦ καὶ Λόγου, ὁποῦ ἀπέθανεν εἰς τὸν σταυρὸν. ἡ ὁποῖα θυσία λέγεται ἱλαστικὴ, καὶ

εὐχα-

εὐχαριστικὴ, ἤτοι εἰρηνική. *Christiani Deo adseruiunt non sacrificijs, & animalium sanguinibus, sed solummodo sacrificio rationali per sanguinem incarnati Filij & Verbi, qui in cruce obijt. Quod sacrificium dicitur propitiatorium, & eucharisticum, siue pacificum.* Et infra; Τούτη λοιπὸν εἶναι ἡ καθολικὴ θυσία τῶν Χριστιανῶν, ὁποῦ δὲν θέλουν θυσίαις ἀλόγων ζώων, ἀλλὰ τὴν θυσίαν τὴν λογικὴν, ἡ ὁποῖα σὰν ἐπροεῖπα, ἀλλὰ πάλιν δευτερόνω, διὰ νὰ καταλάβῃ κάθε εἷς, μία φορὰ ἔγινε πραγματικῶς, καὶ τὴν οἴδαμεν, ἀμὴ τώρα τὴν θεωροῦμεν μὲ τὸν νοῦν, καὶ θεωροῦντας τὴν εἶναι καὶ ἐνεργεῖ σὰν νὰ ἐγίνετον τὴν ὥραν ἐκείνην, ὁποῦ τὴν κατανοεῖς. ὅθεν εἶναι φανερὸν, πῶς ἡμεῖς ἔχομεν τὴν ἀληθινὴν θυσίαν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *Hoc igitur est verum Christianorum sacrificium, qui a sacrificijs animalium ratione carentium abstinent, & rationale sacrificium admittunt, quod, vt iam antea dixi, & nunc rursus repeto, vt vnusquisque intelligat, aliquando reipsa fiebat, illudque vidimus, sed nunc illud mente conspicimus, & dum illud conspicimus, est, operaturque ac si ea ipsa hora fieret, qua illud intelligis. Hinc plane colligitur, nos habere verum sacrificium in remissionem peccatorum.*

Sunt hi Pappomastiges, quos tu requiris Hottingere. Sed, vt vides, sunt potius Caluinomastiges, & Luteromastiges. An aptius? an melius? an clarius dici potuit, in

Liturgia, & adminiſtratione ſacræ Cœnæ fieri ſacrificium propitiatorium, expiatorium, ſatisfactorium pro peccatis? Hoc nec amentem hominem fugiſſet: & tu tamen impudentiſſime negas. Sed, vt exactius res conſpiciatur, examinentur ſingula, & ex ipſa Græcorum Liturgia, quæ nunc in quatuor Patriarchijs Græciæ ſingulis diebus recitatur, nec ab vllo Græcorum in dubium vertitur, ponderentur. In Miſſa ergo Græcorum ſacrificium incruentum offertur pro viuis & mortuis. Mortui intelliguntur, vel qui iam beatitudinem conſecuti, viſione Dei fruuntur, ſancti & iuſti, vel qui nondum a peccatis expurgati, in tormentis ac pœnis, & illis temporarijs cruciantur. Viui vel ij qui miniſtrant altari Pontifices, Presbyteri, Diaconi, Clerici, vel qui extra Bema ſunt Chriſtifideles, & ſacrificio aſſiſtunt, vel alio in loco degunt, in communione tamen fidelium recenſiti. Sit ergo tibi præ manibus Liturgiæ ordo, & rem ipſam comperies ex ijs, quæ prudens non negaueris. Supplicatur pro viuis, vt veniam delictorum conſequantur, in Protheſi, dum particulas & calicem præparant. Statim enim in ipſo initio tum Sacerdos, tum Diaconus poſt reuerentias dicunt; Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* In ipſa immolatione;

tione;

tione; Θύεται ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας. *Immolatur agnus Dei, qui tollit peccatum mundi pro mundi vita & salute.* In accessu ad altare ad Spiritum sanctum; Καὶ καθάρισον ἡμᾶς ἀπὸ πάσης κηλῖδος. *Et purga nos ab omni inquinamento.* In oratione Trisagij, quæ secreto dicitur; Ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῇ χρηστότητί σου. συγχώρησον ἡμῖν πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον, ἁγίασον ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. *Respice nos in bonitate tua. Condona nobis omne peccatum voluntarium, & inuoluntarium. sanctifica animas nostras & corpora.* Oratione Catechumenorum ante sanctam oblationem; Καταξίωσον αὐτοὺς ἐν καιρῷ εὐθέτῳ τοῦ λουτροῦ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. *Et dignos facias ipsos in tempore opportuno lauacro regenerationis, remissione peccatorum, & indumento incorruptionis.* Oratione prima fidelium; Εὐχαριστοῦμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς παραστῆναι τοῖς οἰκτιρμοῖς σου ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων. καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. *Gratias agimus tibi qui dignos fecisti nos tuis miserationibus pro peccatis nostris, & populi ignorantijs vt procidamus.* Orat. 2. fidelium; Πάλιν καὶ πολλάκις σου δεόμεθα, ὅπως ἐπιβλέψας ἐπὶ τὴν δέησιν ἡμῶν, καθαρίσῃς ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. *Iterum & sæpius te rogamus*

mus, ut respicias ad supplicationem nostram, purges animas nostras & corpora ab omni inquinamento carnis & spiritus. Oratione dum canitur Hymnus Cherubicus; Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ τὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ ἀχρεῖον δοῦλόν σου, καὶ καθάρισόν μου τὴν ψυχὴν, καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς. *Respice in me peccatorem & inutilem seruum tuum, & purga animam meam & cor a conscientia mala.* Et cum suffumigat sacra, Diaconus dicit; ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *Deus propitius sis mihi peccatori.* Et repositis sacris in altare, hoc idem & Sacerdos & Diaconus repetit. Oratione oblationis; Καὶ ἱκάνωσον ἡμᾶς προσενεγκεῖν σοι δῶρά τε καὶ θυσίας πνευματικὰς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. *Et fac nos idoneos ad offerendum tibi dona & sacrificia spiritualia pro nostris peccatis & populi ignorantijs.* Postmodum in precibus Diaconus; Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. *Indulgentiam & remissionem peccatorum & delictorum nostrorum a Domino petamus.* Et Sacerdos recitans verba Christi; Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Hic est sanguis meus, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum.*

rum. Et post consummationem denuo & Sacerdos & Diaconus repetunt; Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *Deus propitius esto mihi peccatori*. tũ addit Sacerdos; Ποίησον ὥστε γενέσθαι τοῖς μεταλαμβάνουσιν εἰς νῆψιν ψυχῆς, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Fac vt fiant accipientibus in sobrietatem animæ, in remissionem peccatorum, & in communicationem sancti Spiritus*. In commemoratione viuorum; Ὑπὲρ σωτηρίας, ἐπισκέψεως, ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ τοῦ δεῖνος. *Pro salute, protectione, & remissione peccatorum serui Dei N.* Oratione secreta; Παρακαλοῦμεν, καὶ δεόμεθα, καὶ ἱκετεύομεν. καταξίωσον ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἐπουρανίων σου καὶ φρικτῶν μυστηρίων μετὰ καθαροῦ συνειδότος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς συγχώρησιν πλημμελημάτων, εἰς πνεύματος ἁγίου κοινωνίαν. *Rogamus, oramus, & supplicamus, vt supercœlestium & tremendorum mysteriorum cum pura conscientia mereamur esse participes in remissionem peccatorum, in condonationem delictorum, in Spiritus sancti communionem*. Et paulo post; Συγγνώμην καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τῶν πλημμελημάτων ἡμῶν παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτησώμεθα. *Veniam & remissionem peccatorum, & delictorum nostrorum a Domino petamus*. Et tum subsequitur illud ter denuo repetendum a Sacerdote & Diacono; Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *Deus propitius*

sis

ſis mihi peccatori. Et infra Sacerdos ad Diaconum; Μεταδίδωμί σοι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν αἰώνιον. *Impartior tibi pretioſum corpus Domini & Dei in remiſſionem peccatorum, in vitam æternam.* Et poſt communionem; Ὁ Θεὸς ἡμῶν ἄνες, ἄφες, συγχώρησόν μοι τὰ παραπτώματά μοι, ὅσα σοι ἥμαρτον, εἴτε ἐν γνώσει, εἴτε ἐν ἀγνοίᾳ, εἴτε ἐν λόγῳ ἔπραξα, πάντα μοι συγχώρησον ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. *Deus meus condona, relaxa, remitte mihi delicta mea quæcunque ſciens, vel ignorans, ſiue verbo, ſiue opere patraui. Indulge mihi cuncta vt bonus & clemens.* Et poſt ſumptionem calicis; Τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας μου. καὶ τὰς ἁμαρτίας μου περικαθαρεῖ πάντοτε. *Hoc tetigit labia mea, & auferet iniquitates meas, & peccata mea expurgabit ſemper.* Et cum porrigit calicem Diacono; Μεταλαμβάνεις διάκονε τὸ τίμιον σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν σου καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. τοῦτο ἥψατο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαρεῖ. *Communicas Diacone pretioſum corpus & ſanguinem Domini & Dei, in remiſſionem peccatorum tuorum, & in vitam æternam. Hoc tetigit labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit.* Et tandem Sacerdos Miſſam claudit, ſæpius illud repetitum inculcans; Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. *Deus propitius ſis mihi peccatori.* Vt a te conclu-

cludatur totum hoc ſacrificium propitiatorium eſſe, expiatorium, & ſatisfactorium pro peccatis viuorum & mortuorum.

Et quod magis attente, bonaque tui venia animaduertendum eſt, Græci ipſi in Liturgia Præſanctificatorum inſtitutum hoc & ſacrificium pro peccatis a Deo poſitum humano generi confitentur; Ὁ τῶν ἀῤῥήτων καὶ ἀθεάτων μυστηρίων Θεὸς, ὁ τὴν διακονίαν τῆς Λειτουργίας ταύτης ἀποκαλύψας ἡμῖν, καὶ θέμενος ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς διὰ τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν, εἰς τὸ προσφέρειν σοι δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων, αὐτὸς ἀόρατε Βασιλεῦ διὰ τῶν προκειμένων φρικτῶν μυστηρίων, πάσης ἡμᾶς καὶ τὸν πιστόν σου λαὸν ἐλευθερώσας ἀκαθαρσίας, ἁγίασον πάντων ἡμῶν τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώματα ἁγιασμῷ ἀναφαιρέτῳ. καὶ τὰ ἑξῆς. *Ineffabilium, & inaſpectabilium myſteriorum Deus, qui miniſterium huius ſolemnis officij nobis reuelaſti, & conſtituiſti nos peccatores propter multam miſericordiam tuam, ad offerendum tibi dona & ſacrificia pro peccatis noſtris & populi ignorantijs. Tu Rex inuiſibilis per propoſita terribilia myſteria ab omni impuritate nos, populumque fidelem tuum liberans, ſanctifica omnium noſtrorum animas & corpora ſanctificatione ſtabili.* &c. His addi poſſunt verba Dominicæ Orationis, quam in Liturgia continuo recitant; *Dimitte nobis*

debita

debita nostra. Nec enim alia sunt debita nostra, quam peccata nostra. ni tu debita æs alienum esse intelligas, cuius solutionem a Deo petat, cum tamen creditoribus soluendum sit. Nicolaus Cabasila libro 1. de vita in Christo; Κύριε ἄφες ἡμῖν τὰ χρέα ἡμῶν, τουτέστι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὰ πλαίσματα, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ πταίουσιν εἰς ἡμᾶς ἀδελφοῖς ἡμῶν. *Domine dimitte nobis debita nostra, idest peccata nostra & lapsus, sicut & nos dimittimus omnibus delinquentibus in nos fratribus nostris*. Et Gregorius Protosyncellus in Synopsi Dogmatum; Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. καὶ καλὰ καὶ ζητοῦμεν νὰ μᾶς συγχωρήσῃ τὰ σφάλματά μας. ἀμὴ λέγομεν νὰ μᾶς τὰ ἀφήσῃ ἔτζη, ὅτι καθὼς ἡμεῖς συγχωροῦμεν τοὺς ἐχθρούς μας τῶν ἀλλονῶν, ἔτζη καὶ αὐτὸς ὁ ἐλεήμων Θεὸς νὰ μᾶς συγχωρέσῃ, καὶ νὰ μὴ μᾶς ὀργισθῇ εἰς ὅσα ἡμάρτομεν ἐναντιόν του. καὶ ἀπὸ τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι ὁ Θεὸς δὲν συγχωρεῖ ταῖς ἁμαρτίαις μας. ἂν δὲν συγχωρήσωμεν ἡμεῖς περιτήτερα τὰ σφάλματα τῶν ἐχθρῶν μας. *Dimitte nobis debita nostra. Et licet rogamus vt condonet errores nostros, dicimus tamen ita nobis condonare, sicuti nos condonamus inimicis nostris, eodem modo ipse misericors Deus nobis condonare, & non irasci propter ea quæ in ipsum deliquimus. Et ex hoc discimus, Deum nostra peccata non condonare, ni prius nos condonemus inimicis nostris*.

Et hæc de viuis. iam video. Quid de mortuis? non alia. In prothesi, dum præparat panem; Ὑπὲρ μνήμης καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀειμνήστων κτητόρων τῆς ἁγίας μονῆς ταύτης. *Pro memoria & peccatorum remissione, qui semper colendi sunt, huiusce sanctæ ædis conditorum.* & postmodum; Καὶ ἁπάντων τῶν ἐπ᾽ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου τῇ σῇ κοινωνίᾳ κεκοιμημένων ὀρθοδόξων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν φιλάνθρωπε Κύριε συγχώρησον. *Et omnium qui in spe resurrectionis vitæ æternæ obdormierunt, orthodoxorum Patrum & fratrum nostrorum, quibus misericors Domine veniam indulge.* Nicolaus Cabasila in Interpretatione Missæ cap. 42. Προσφερόμενα τὰ δῶρα αὐτῷ τῷ προσφέρεσθαι ἁγιάζει τοὺς προσφέροντας, καὶ ὑπὲρ ὧν προσφέρουσι, καὶ ἵλεων αὐτοῖς ἐργάζονται τὸν Θεόν. *Oblata dona eo ipso quod offeruntur, eos qui offerunt sanctificant, & eos pro quibus offerunt, & Dominum illis propitium efficiunt.* Idem cap. 45. Ἔχουσι δέ τι πλέον εἰς ἁγιασμὸν αἱ γυμναὶ τῶν σωμάτων ψυχαί. καθαίρονται μὲν γὰρ καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν λαμβάνουσι διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ἱερέων, καὶ τῆς μυστείας τῶν δώρων, τῶν ἔτι ζώντων οὐδὲν ἔλαττον. ἁμαρτάνουσι δὲ οὐδὲν, οὐδὲ προστιθέασιν ἐγκλήματα νέα τοῖς παλαιοῖς. ὥσπερ τὸ πλεῖστον ἔχει τῶν ζώντων, ἀλλὰ μόνον ἢ παντελῶς ἀφίενται πάσης αἰτιάσεως, ἢ γοῦν ἀφαιροῦσι τῶν ἐγκλημάτων ἀεί. καὶ ἔτι πρὸς τὴν μετουσίαν τοῦ Σωτῆρος, ἑτοιμότερον ἔχουσι καὶ κάλλιον, οὐ μόνον τῶν

πλεό-

πλειόνων ἐν σώματι ζώντων, ἀλλὰ καὶ σφῶν αὐτῶν, εἰ μετὰ σώματος ἦσαν. *Nudæ autem corporibus animæ plus habent commodi ad ſanctificationem, quam eæ quæ viuunt in corporibus. Purgantur enim, & peccatorum remiſſionem accipiunt per orationes Sacerdotis, & donorum interceſſionem nihilo minus quam eorum qui viuunt. Sed non peccant amplius nec noua veteribus crimina adijciunt, vt faciunt vt plurimum viuentium animæ, ſed tantummodo vel nulli ſunt rationi reddendæ obnoxiæ, vel ſemper vtique de criminibus detrahunt: & ita ad Saluatoris participationem promptius & melius ſe habent pluribus in corpore viuentibus, atque adeo etiam ſeipſis, ſi eſſent cum corpore.* Et cap. 47. Οὕτω δεκτὰ τῷ Θεῷ τὰ δῶρα, καὶ μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς. διὰ τοῦτο ἁγιάζουσιν ἀεὶ πάσας Χριστιανῶν ψυχὰς καὶ ζώντων καὶ τεθνεώτων, τὰς ἀτελεῖς ἔτι δεομένας ἁγιασμῶν. οἱ γὰρ τελειωθέντες ἅγιοι μετὰ τῶν Ἀγγέλων ἑστῶτες, καὶ εἰς τὴν οὐράνιον ἱεραρχίαν ἤδη τελέσαντες, οὐκέτι δέονται τῆς ἐπιγείου ἱεραρχίας. *Ita ſunt dona Deo accepta, & tam inſigniter: propterea ſemper ſanctificant omnes Chriſtianorum animas & viuorum & mortuorum, quæ ſunt adhuc imperfectæ, & egent ſanctificatione. Sancti enim perfecti & conſummati ſtantes cum Angelis in cœleſtem Hierarchiam iam adoptati, non egent amplius Hierarchia terreſtri.* Simeon Theſſalonicenſis Dialogo de Hæreſibus. Εἶτα καὶ τῶν

νενόμισμένα ποιοῦσι. προηγουμένως τὴν καθ' ἡμέραν ἀναίμακτον θυσίαν, ἧς οὐδὲν τῷ κοιμηθέντι λυσιτελέστερον, οὐδ' ἄλλο κατ' αὐτὸ εὐφροσύνης καὶ φωτισμοῦ, καὶ Θεοῦ ἑνώσεως αἴτιον. αὐτοῦ τοῦ αἵματος τοῦ Κυριακοῦ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀχρείων ἐκχεομένου, καὶ τοῦ θείου σώματος θυομένου, καὶ ταύτην τὴν θυσίαν οἵτε προσήκοντες κατὰ σάρκα, οἵτε κατὰ πνεῦμα ἑνούμενοι τῷ πνεύματι διηνεκῶς, καὶ καθ' ἡμέραν προσφέρουσιν, ὅλον τε τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ζωὴν, καὶ ὅσον πλέον προσφέρουσιν ὠφελοῦσιν καὶ ὠφελοῦνται. τί γὰρ ἄλλο ἐπωφελέστερον τοῦ θύεσθαι τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν. εἰ δὲ καὶ ὅσον ἰσχύουσί τε καὶ προαιρέσεως ἔχουσιν, οἱ δὲ ἄχρι τὸ ἐλάχιστον καὶ ἡμερῶν τεσσαράκοντα προσάγουσι καθ' ἡμέραν. ἐπεὶ καί τις τῶν ἁγίων πατήρ. Γρηγόριος δὲ οὗτος ὁ Ῥώμης, ὁ καὶ τὸν Διάλογον ἐκθέμενος, ἀδελφόν τινα λέλυκε τῆς κολάσεως ἐν τεσσαράκοντα προσφέρων ἡμέραις ὑπὲρ αὐτοῦ. *Postmodum consueta faciunt, & ante alia sacrificium incruentum illius diei, quo nihil vtilius obdormiscenti accidere potest, nec aliud quod illi gaudium, illuminationem, & cum Deo vnionem magis conciliet, ipso sanguine, qui pro nobis inutilibus effunditur, & diuino corpore, quod sacrificatur. Et hoc sacrificium tum qui secundum carnem illi coniuncti sunt, tum qui secundum spiritum vniuntur; perpetuo & singulis diebus offerunt, & per annum vniuersum, & omne vitæ tempus, & quo crebrius offerunt, eo magis vtilitatem afferunt recipiuntque.*

Quid

Quid enim aliud euenire potest vtilius, quam cum pro nobis Christus sacrificatur. Et hi quidem offerunt vti possunt, illisque perplacet. hi minimum per quadraginta dies quotidie, cum quidam ex sanctis Patribus, Gregorius Romanus hic est, qui Dialogos composuit, fratrem quendam a tormentis liberauit, cum per quadraginta dies pro eo sacrificium obtulisset. Et infra; Ὅτι δὲ ἡ θυσία αὕτη λυσιτελεστάτη πολλοῖς, καὶ δεσμῶν λύουσα καὶ θανάτων δῆλον ἐκ πολλῶν, περιβάτων σημείων, καὶ ἀγράπτων ὄντων. *Sacrificium vero hoc multis quam maxime vtile esse, cum a vinculis morteque liberet, manifestum est multis, quæ experti sunt homines, signis, licet scriptioni tradita non sint.* Et infra; Διὸ καὶ ταύτας τὰς μνήμας ἅπαντας ἐκτελεῖν, καὶ μετὰ σπουδῆς ὅσης καὶ μάλιστα τὰ τῆς φρικτοτάτης θυσίας. ὅτι καὶ διὰ τοῦτο δίδοται. ἐπειδὴ διά τε τῶν τελουμένων δεήσεων, καὶ εὐχῶν, καὶ τῶν ἱερῶν θυσιῶν, καὶ τῶν ἐς τοὺς πένητας εὐποιϊῶν, οὐ μόνον τοῖς ἡμαρτηκόσι, καὶ μετάνοιᾳ ἐξελθοῦσι τοῦ σώματος, ἄφεσίς τε καὶ ἄνεσις δίδοται, καὶ τῆς τιμωρίας ἀπαλλαγή. ἀλλὰ καὶ τοῖς δικαίως ζήσασι, καὶ τέλος ἀγαθὸν θεοφιλὲς ἀποδεδωκόσι, μείζων ἡ κάθαρσις καὶ ἀνάβασις χορηγεῖται. ὡς καὶ τῷ Χρυσορρήμονι δοκεῖ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῶν πράξεων, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἐγγύτης καὶ παρρησία καὶ τοῦ φωτισμοῦ λαμπροτέρα ἡ ἐκ Θεοῦ μετάδοσις. καὶ πᾶς οὕτω γινώσκων πιστὸς, ὡς εἰ φιλεῖ τὸν οἰκεῖον ἐντεῦθεν ἀπελθόντα τὰ μεγάλα τῶν ἀγαθῶν αὐτῷ προξενεῖ, προσφέρων ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πολλὰς

αὐτῷ

αὐτοῦ τῆς εὐφροσύνης γίνεται πρόξενος, καὶ πένησι παρέχων, καὶ αἰχμαλώτους λυτρούμενος, καὶ τ' ἄλλα ποιῶν, οἷς Θεὸς θεραπεύεται. ἐξαιρέτως δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς ἀναιμάκτους ἀποδιδοὺς ἐκτελεῖσθαι θυσίας. ἡ γὰρ ἐπὶ τῇ φρικτῇ θυσίᾳ μερὶς, καὶ ἡ ἐπὶ ταύτῃ τοῦ ἀπελθόντος ἀνάμνησις πρὸς Θεοῦ τοῦτον ἑνοῖ, καὶ ἀοράτως μετέχειν αὐτοῦ παρέχει, καὶ κοινωνεῖν. *Quapropter has commemorationes omnes persoluere quam diligentissime debent, & precipue perquam horrendi huiuscemodi sacrificij, quod propter hoc traditum est. Quandoquidem hisce precibus & supplicationibus, & sanctis sacrificijs, & in pauperes beneficentijs, non tantum illis qui deliquerunt, & peracta pœnitentia corpore exierunt, remissio exhibetur, & relaxatio, & pœnarum solutio, sed ijs etiam, qui iuste vixerunt, & finem bonum & Deo complacitum posuerunt, maior purgatio & ascensus suppeditatur, vt Chrysostomo placet in Interpretatione Actorum, & ad Deum propinquitas & confidentia, & illuminationis splendidior a Deo largitio. Et fidelis omnis addiscat, dummodo consanguineum amore prosequitur, qui hic demigrauit, bona maxima illi conciliare, pro illo offerens. magnæque illi lætitiæ causa est, & pauperibus tribuens, & a seruitute mancipia redimens, aliaque efficiens, quibus Deus demulcetur: sed potissimum pro eo incruenta sacrificia fieri procurans. Nanque in horrendo sacrificio particula, & in eodem demor-*

tui commemoratio, cum Deo vnit, & inuisibiliter participem illius fieri, vniriquè elargitur. Neque differentia sunt, quæ ex expositione Chrysostomi ad Philippenses Hieremias Patriarcha adfert, Responso primo ad Vvirtembergenses. Similia habentur in Liturgijs Basilij & aliorum. Sed de precibus pro mortuis infra fusius.

Recurres, Hottingere, nec fallor, ad sacrã illam Hæreticorum ancoram, Liturgias sub Ioannis Chrysostomi, & Basilij nomine editas non esse Auctoris, quem præferunt, sed alterius posterioris, esseque valde corruptas atque interpolatas, & in magna exemplorum diuersitate semper Chrysostomi Basilijque nomen conspici, & in illis commemorationem Sanctorum non vnam vbique esse: vota fieri pro Imperio & victoria Alexij Imperatoris, qui septingentis annis post Chrysostomum vixit, & videri Liturgias illas confusionem potius variarum rerum, quam aptam & concinnam rituum circa Eucharistiam descriptionem, ideoque totum opus suspectum reddi, in quo sunt aspersa doctrinæ Chrysostomianæ & totius Ecclesiæ horum temporum aduersantia. Similia de Basiliana affirmantur. Verum hoc est nugatorie rationibus respondere. Non est modo pugna de auctore Liturgiarum, de quo alius

erit

erit opportunior diſputandi locus. Non ſint illæ neque Baſilij, neque Chryſoſtomi. Sint cuiuſcunque, dummodo eorum non ſint. Et, vt tibi morem geram, ſint fungi e terra nati. ſint nouiſſimæ. Sint recentioris Græculi. Illud profectò non negabis, ſi ſanus aut ſobrius es, nunc & anteactis temporibus Eccleſiam Græcam per quatuor Patriarchia non alias in re diuina facienda agnouiſſe, eaſque ſæpius in ſuis Euchologijs manuſcriptis antiquiſſimis, & ſeorſim typis editas eſſe, & nunc demum etiam per vniuerſam Græciam circumferri. In his habentur quæ ſupra appoſuimus ipſiſſimis verbis, in quibus, vt vides, ſi cœca pertinaciæ caligo ob oculos non obſiſtit, ſupplicatur pro remiſſione peccatorum viuorum & mortuorum, & ſæpius hoc ſacrificium Cœnæ Dominicæ propitiatorium & expiatorium memoratur, etſi Liturgiæ non adeſſent, Pappomaſtigum teſtimonia, e quibus nugarum tuarum ſuppetias emendicas, te vel inuitum hoc idem fateri cogunt. Hoc idem in Miſſa Pontificia fit, quæ cum non legeris; nanque clamant, ἰκὰς ἰκὰς ὅστις ἀλιτρός, ego tibi ea recitabo, vt illis legendis animo furijſque lacereris. En ergo; *Quia peccaui nimis cogitatione, verbo, & opere, mea culpa.* &; *Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis omnibus*

 pecca-

peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. Et; *Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus.* Et; *Aufer à nobis quæsumus Domine iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire.* Et; *Oramus te Domine per merita omnium Sanctorum, vt indulgere digneris omnia peccata mea.* Et; *Suscipe sancte Pater hanc immaculatam hostiam, quam indignus offero tibi pro innumerabilibus peccatis, & offensionibus, & negligentijs meis, & pro omnibus circumstantibus: sed & pro omnibus fidelibus Christianis viuis atque defunctis, vt mihi & illis proficiat ad salutem æternam.* Et; *Memento Domine famulorum famularumque tuarum NN. & omnium circumstantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro redemptione animarum suarum, & pro spe salutis, & incolumitatis suæ.* Et; *Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et; *Intra Sanctorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ quæsumus largitor admitte.* Et; *Da propitius pacem in diebus nostris, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi.* Et; *Domine Iesu Christe ne respicias*

peccata mea. Et; *Libera me per hoc ſacroſanctum corpus & ſanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis & vniuerſis malis*. Et; *Præſta vt in me non remaneat ſcelerum macula; quem pura & ſacra refecerunt ſacramenta*. Et; *Placeat tibi ſancta Trinitas, vt ſacrificium, quod oculis tuæ dignitatis indignus obtuli, ſit pro quibus illud obtuli, te miſerante propitiabile*. Neque lac lacti, neque aqua aquæ eſt magis ſimilis, vt dicitur, quam ſacrificium hoc Pontificiorum & Græcorum. Et propitiationem, & expiationem, & ſatisfactionem pro peccatis viuorum & mortuorum in Græcis quæris? Dices, licet cum tuis; *Miſſas eſſe fundatas in Euangelio: neque eas ordinaſſe Chriſtum, et tolerare te potius Turcas, aut Tartaros quam Miſſam: & Deum Miſſis grauiter offendi: & non eſſe ſacrificium, neque oblationem ad impetrandam remiſſionem peccatorum; atque inſigni contumelia Chriſtum affici*. Quin etiam addes; *Miſſam abominabilius idolum eſſe, quam vllum ethnicum Idolum fuit, eſſeque cultum impium, & Idololatriæ plenum: impuræ, execrandæque mentis verba blaſphema eſſe*. Hæc ſunt tuæ tuorumque ſceleratiſſimæ linguæ, & maligniſſimi capitis effata. Id tamen Allatio non officit. Probat Allatius conſenſionem, cum rem eandem ijſdem verbis expoſitam oſtendit Eccleſiam tum Orien-

talem tum Occidentalem vſurpare, & in ſimilibus decretis conſiſtere. Quod iam cum videas, ne maleficus natura, & iniuſtus eſſe videaris, fateare oportet, Allatium non temere conſenſum, ſed te impudentiſſime inter has duas Eccleſias diſſidium vrgere.

CAP. IX.

Oſcitantia Hottingeri in referendis Græcorum ritibus Eccleſiaſticis, & miſerabilis inſcitia, cum ſcribit, Græcos offerre in Azymo. Non ſemper eos ſub vtraque ſpecie participare. Illi aquam vino ſed modicam immiſcent, & non immiſcentes condemnant. Fatenturque plerique Pappomaſtiges, Azymum eſſe vnum ex adiaphoris.

SEqueris; *Sacram Euchariſtiam ſub vtraque ſpecie pane videlicet azymo, & vino, licet aqua diluto participant.* Hæc tua ſunt, Hottingere, quibus conaris inter Græcos & Pontificios diſſidium demonſtrare. Accipio omen. Sed cum Luterus *fatuos, ſtolidoſque eos* vocet, *qui peccatum eſſe putant ſine aqua celebrare, & ſuo ſenſu melius & tutius foret aquam non miſcere vino, cum ſit merum figmentum, & ſiniſtram, imo peſſimam habeat ſignificationem.* Et Muſculus improbet vſum,

quo

quo aqua vino in calice admiſcetur: & Petrus Richerius refert, *eſſe hæreticos, blaſphemos, ſacrilegos, falſarios, qui vino cœnæ aquam admiſcent, quod ad puritatem Euangelij adÿciant ſua commenta:* & a Caluino ſe hæc omnia didiciſſe fateatur, non miror, ſi bibaces etiam in ſacris, in quibus gulæ voluptatibus temperandum eſt, guttulas aquæ deteſtentur. Homines ſobrij ſunt, & aquæ abſtinentiſſimi. Ex alia vero parte vniuerſa Græcorum Eccleſia aquam vino miſcet in calice, & non admiſcentes damnat & condemnat, & nominatim Armenios: vti cum illi innotuerit hoc quoque non facere recentiores ſectarios, eos quoque damnabit, vt ex omnibus antiquorum, & recentiorum Liturgijs, antiquioribus Patribus, & Schiſmaticis ipſis Theophylacto, Nicolao Methonenſi, Niceta Choniata, Nicolao Cabaſila, Nicephoro Calliſto, Marco Epheſio, Hieremia Patriarcha Conſtantinopolitano, & alijs videre eſt. Hodiernæ Græcorum Liturgiæ Chryſoſtomi & Baſilij præcipiunt; Ὁ δὲ διάκονος ἐγχέει ἐν τῷ ἁγίῳ ποτηρίῳ ἐκ τοῦ νάματος καὶ ὕδατος, πρότερον πρὸς τὸν ἱερέα εἰπών, εὐλόγησον δέσποτα, *Diaconus autem infundit in ſanctum calicem vinum & aquam ſimul, cum prius Sacerdoti dixerit; Benedicito Domine.* Nicolaus Hydruntinus de Azymis, cum in-

terrogaſſet Latinum, quare vino aquam in calice miſcent Latini, Latino plaudit dicenti; Διότι ἐκ τῆς τοῦ Σωτῆρος πλευρᾶς αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξῆλθεν, οὐχὶ δὲ αἷμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκεν εἰπὼν, εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ τὴν πλευρὰν τοῦ Κυρίου ἔνυξε. καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. τούτου χάριν καὶ ἐπιχέομεν ὕδωρ πρὸς ὑπόδειγμα τοῦ συναποῤῥυέντος ὕδατος καὶ αἵματος τῆς τοῦ Κυρίου πλευρᾶς. *Quoniam ex Saluatoris latere ſanguis & aqua exierunt, non ſanguis ſolum. Sed & qui vidit, id ſuo teſtimonio teſtatus eſt, dicens; vnus ex militibus lancea latus eius perforauit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Propterea aquam infundimus ad commonſtrandum ſanguinem & aquam, quæ ſimul effluxerunt e latere Domini.* Theodorus Antidorum Epiſcopus in Miſſæ expoſitione animaduertit, aquam immiſcendam eſſe, ſed paucam, notatque; Ἀλλ' εἴρηται ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς προθέσεως ὡς ἑτοιμάζεται μετὰ τοῦ θείου σώματος. καὶ τὸ δεσποτικὸν αἷμα παρὰ τοῦ διακόνου ἐπεμβάλλοντος δηλονότι τότε καὶ μέρος μικρὸν ὕδατος, καὶ μένουσιν ἔτι καὶ ἁγιαζόμενα καὶ μεταποιούμενα τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἄχρι τοῦ καιροῦ τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου σώματος τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τότε δὴ κομίζεται ὕδωρ θερμὸν εἰς λεβητάριον, καὶ κιρνῶσιν ἐξ αὐτοῦ τὰ προκείμενα ἐν τῇ θείᾳ τραπέζῃ, εἴτε κρατῆρες εἶεν εἴτε ποτήρια, ἵν' ὥσπερ ὑπερφυῶς, ὡς ἐκ ζῶντος προῆλθεν ἀμφότερα τότε τῆς θείας πλευρᾶς

ἀμφότερα θερμότητος πεπληρωμένα, οὕτω δὴ καὶ τὸ ὕδωρ θερμότατον ἐν τῷ καιρῷ τῆς μεταλήψεως ἐπεμβαλλόμενον τὸν τέλειον τύπον ἀναπληροῖ τῶν μεταλαμβανόντων τῇ θηλῇ τοῦ ποτηρίου, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαυόντων. *Sed dictum est in principio Prothesis, quo praeparetur modo, cum diuino corpore Dominicus sanguis a Diacono tum infundente partem pusillam aquae. & sic manent, quousque sanctificentur, & transmutentur Spiritu sancto, & ad tempus exaltationis pretiosi corporis Christi et Dei nostri. Tum vero adducitur aqua calida in paruo lebete, ex eaque infundunt in sacrae mensae apposita, siue crateres sint, siue pocula, vt sicuti supra naturae vires, tanquam ex viuente vtraque tum processerunt ex sacro latere caliditatis plena, pari modo & aqua perquam maxime calida tempore communionis immista perfectum typum absoluit eorum, qui communicant ex mamma Calice, tanquam qui per illam lateri vitam exhibenti contigui fiunt.* Si vinum aqua dilutum dictum tuum notat, Hottingere, cui vel guttae pauculae in vino non iniucundae sunt, bene est. Et sic vides apertissime, quod improbant sectarij in calice Graecos peragere, & Pontificios quoque absque vlla haesitatione exequi. Ergo concludis, Graeci a Latinis dissident. Sed vnde nam id colligis? Concordia in Hottingerano cerebro discordia est. Quare conclu-

cludendum. Græci per te sacram Eucharistiam sub vtraque specie, pane videlicet azymo, & vino aqua diluto conficiunt: ergo cum Pontificijs, & non cum Sectarijs Græci concordant.

Sed Græci participant sub vtraque specie, Pontificij sub vna. Sermo hic non est de Sacerdotibus sacrum peragentibus, cum tum Græcus cum Latinus Sacerdos, nisi in summa rerum ignoratione versaris, sub vtraque communicant. De alijs Christi fidelibus & communicantibus verum est, sed ex communi consuetudine, non tamen perpetua. Adi, si graue non est, meas ad Nihusium Epistolas iam antea editas, de Græcorum communione sub specie vnica, in quibus auctoritate etiam Græcorum Schismaticorum aperte probaui, in ea Ecclesia sæpe sæpius, & potissimum omnibus ante exitum sub vnica specie corpus Christi dari: & in vna sola specie vtramque inesse Græcos profiteri. Id vero si non esset, quod crimen fuerit, in adiaphoris Græcos suas sequi consuetudines, suas Pontificios?

Sed *Græci communicant in pane azymo*. Pace tua dixerim; hoc palmare mendacium est; & plane nescientis ea de quibus scribit. Quis in re literaria adeo tyro ac rudis est, & ingenij expers, qui nesciat, Pontificios in

Azy-

Azymo, Græcos in fermentato rem diuinam perficere, & de hoc inter Græcos & Pontificios maxima dissidia & concertationes exortas esse? Hinc tot in Pontificios tractatus Nicolai Hydruntini, Eustratij Nicæni. Nicolai Methonensis, Nicolai Cabasilæ, Nicetæ Studitæ, Nicetæ Choniatæ, Leonis Bulgariæ Archiepiscopi, Marci Ephesij, Simeonis Patriarchæ Hierosolymitani, Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani, & aliorum de Azymis prodierunt. Et Barlaamus Monachus Oratione secunda de Concordia, cuius illud est principium, Εἰ μὲν ἑώρων ἡμᾶς, inter præcipuas differentias, quæ inter Pontificios & Græcos controuertuntur, duas has additionem in Symbolo, & sacrificium per Azymum memorat; Ἐπεὶ περὶ ἃ μάλιστα διαφερόμεθα τό τε προστεθὲν ἐν τῷ Συμβόλῳ ἐστὶ, καὶ ἡ δι' ἀζύμων τελετή. τὰ γὰρ ἄλλα διαφοραὶ μὲν τινές εἰσιν, οὐ μὴν τοιαῦται, ὥστε δι' αὐτὰς τηλικοῦτον σχίσμα γενέσθαι. *Quandoquidem circa quæ præcipue dissidemus, additio est in Symbolo, & sacrificium in Azymo. Cætera differentiæ quædam sunt, non tamen eæ, quarum causa tantum dissidium exoriri debet.* Hieremias Patriarcha Responso primo ad Vvirtembergenses; Οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐκτελοῦμεν, τῶν φρικτῶν μεταλαμβάνοντες μυστηρίων, οἱ ἄξιοι ὄντες, πλὴν οὐκ ἐν ἀζύμῳ, ἀλλ' ἐν ἄρτῳ ἐνζύμῳ, τῷ τοῦ ἄρτου εἴδει χρώ-

μεθα

μᾶα. Sic enim & nos facimus, quando veneranda percipimus myſteria, qui quidem digni ſumus. Verum non azymo ſub pane, ſed ſub fermentato, ſpecie panis vtimur. & Reſponſo 2. Προσφέρομεν δὲ οὐκ ἐν ἀζύμοις, ἀλλ' ἐν ἐνζύμοις. ὅ ἐστιν ἄρτος τῇ ἀληθείᾳ. ὥσπερ γὰρ ἐξηγοῦσιν οἱ ἀνατολικοὶ ἅγιοι, καὶ ἀποδεικνύουσιν, ὅτι Χρυσόστομος καὶ οἱ λοιποὶ, ὅτι οὐκ ἄζυμον δεῖ προσφέρειν, ἀλλ' ἔνζυμον. *Offerimus porro non azymis, ſed fermentato: quia hoc re vera panis eſt, ſicut interpretantur Orientales Sancti, & demonſtrant Chryſoſtomus & reliqui, non azymum offerendum eſſe ſed fermentatum.* Hic non negatur ab Hieremia in azymo confici corpus Chriſti, ſed Eccleſiam Græcam non conficere, & in fermentato non eſſe offerendum. Et ad dictum, quod in Triodio legitur in Synaxario.; Ὁρᾷ δὲ ὅτι ἄρτον λέγει τὸ σῶμα αὐτοῦ, οὐ μὴν ἄζυμον. αἰσχυνέσθωσαν οὖν οἱ ἐν τῇ θυσίᾳ ἄζυμον προσφέροντες. *Nota panem vocare corpus ſuum, non item azymum. Confundantur itaque, qui in ſacrificio azymum offerunt.* Reſpondimus Epiſt. ad Boineburgium, Synaxaria illa recentia eſſe Eccleſiaſticorum librorum aſſumenta, eaque in Eccleſia Græca nullam auctoritatem obtinere, nec ab omnibus legi, & quod magis eſt, eorum lectionem, vt mihi relatum eſt, Byzantij fuiſſe damnatam.

At

At est vnum hoc ex Capitibus, in quibus Græci Pontificijque non conueniunt. Video iam te Hottingere lætitia effræna exultantem, & tripudiantem vociferari per compita & plateas, & hoc est quod mihi probandum contra Allatium suscepi. Parum tibi videtur hoc diisidium? Dicam & vera: nihil est: & cum sit inter ἀδελφοὺς, Græcus & Pontificius, hic in azymo, ille in fermentato sacrum peragens recte facit: neque propterea dicentur dissentire, cum differentia sit in ritu & consuetudine, non in dogmate. Hocque ita se habere fuse probaui Epistola ad dictum conspicuum virum de Boineburg ex Theoriano Philosopho, Ioanne Plusiadeno, Petro Antiocheno Patriarcha, Niceta Choniata, quibus addas non infimi nominis Schismaticum supra laudatum Barlaamum Monachum Orat. prima de Concordia; Περὶ δὲ τῆς περὶ τὴν ἁγιωτάτην τελετὴν διαφορᾶς, σκοπεῖτε, ὡς ἁπλῶς συμβουλεύσω ὑμῖν καὶ δίκαια. ὑμεῖς ὦ Γραικοὶ δι' ἐνζύμου καὶ τελείου ἄρτου τὴν μυστικὴν προσφέρετε θυσίαν, ἔμψυχον καὶ ἔννουν τὸ κυριακὸν πιστεύοντες εἶναι σῶμα, καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν Κύριον γεγενῆσθαι, καὶ καλῶς ποιεῖτε. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Λατῖνοι οὐχ ὅπως ἐγκαλοῦσιν ὑμῖν περὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ παραποδέχονται, καὶ τὸν τρόπον ἐπαινοῦσι, καὶ τὴν θυσίαν προσκυνοῦσιν. ὑμεῖς δὲ ὦ Λατῖνοι τοῖς ἀζύμοις εἰς τὴν θείαν χρῆσθε μυσταγωγίαν, οὐ

ταῦτα

ταῦτα τῷ Ἀπολιναρίῳ φρονοῦντες, ὡς τοῖς συκοφαντοῦσι διαβέβλησθε. πιστεύετε γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν Κύριον πάντα τὰ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνειληφέναι. ἀλλ' ὅτι κατὰ τὴν ἀζύμου εἰκόνα αὐτοῦ ἀσπορᾶς σεσωμάτωται, καὶ καθ' ἡμᾶς γενόμενος τῶν καθαρῶν, καὶ εἰλικρινεῖ ὑπὲρ ὑμᾶς ἦν. εἰδότες δὲ καὶ τὸ ἄζυμον τῆς τοῦ ἄρτου ἐπωνυμίας ἐν τῇ γραφῇ ἀξιούμενον, οὐδὲν ἔξω τῆς παραδόσεως ποιεῖν χρώμενοι τούτῳ νομίζετε. οὐκοῦν εἰ τὸ φαινόμενον διάφορον, ἀλλ' οὖν τό γε νοούμενον, καὶ ὁ σκοπὸς, καὶ ἡ πίστις ταυτὰ, καὶ δι' ἄλλης οἷον ὁδοῦ εἰς τὸ αὐτὸ φέρεσθε καταγώγιον. *De differentia circa sacrosanctum sacrificium considerate, quomodo vobis simpliciter & iuste consilium dabo. Vos, o Græci, fermentato & pane perfecto mysticum sacrificium offertis, animæ mentisque particeps Dominicum credentes esse corpus, & perfectum hominem Dominum factum; & recte agitis: Ipsi quoque Latini tantum abest, vt de hoc vos criminentur, vt et perquam maxime amplectantur, & modum laudent, & sacrificium adorent. Vos porro, o Latini, azymis in diuina vestra missa vtimini, non quæ Apollinaris sunt, sentientes, quemadmodum vos calumniatores insimulant. Creditis enim & vos Dominum omnia nostra suscepisse; necnon ad azymi typum absque semine corpus assumpsisse, & secundum nos factum purum atque sincerum supra nos fuisse. Videntes præterea & a scriptura sub nomine panis azymum quoque notatum, non extra*

tra

tra traditionem aliquid tentare existimatis. Quare si quod sub oculis ponitur, differens est, nihilominus quod mente concipitur, et finis, & fides eadem, & per aliam quasi viam in idem diuersorium deducimini. Dicto igitur Barlaami & aliorum Pappomastigum nullum dissidium creatur, siue in azymo, siue in fermentato peragas. Quid ergo incogitato animo ad Pappomastigas recurris, & eorum opem ad interserenda dissidia imploras? Demetrius Chomatenus Responsionibus ad Constantinum Cabasilam ex Theophylacti Archiepiscopi Bulgariæ ad Nicolaum Diaconum & Castrensem oratione colligit; Ὅθεν οὔτε τὰ ἱερουργούμενα παρὰ τῶν Λατίνων ἄζυμα, οὔτε τὰ ὑποδεχόμενα ταῦτα, καὶ ὑπηρετούμενα τῇ τούτων ἱερουργίᾳ σκεύη, καὶ ἀκολούθως οὔτε τὰς αὐτῶν στολὰς, οὔτε τι τοιοῦτον κοινὸν λογισόμεθα. πῶς γάρ; τῆς τοῦ δεσποτικοῦ ὀνόματος ἐπικλήσεως ἐπισφραγιζούσης ταῦτα καὶ τῶν τοῦ θείου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἱερῶν ἐπῳδὸν ᾀσμάτων τὴν ἁγιστείαν, ὡς μανθάνομεν, ἱερολογούντων αὐτοῖς. *Vnde neque consecrata a Latinis azyma, neque hæc suscipientia, et sacris peragendis seruientia eorum vasa, et consequenter neque sacra eorum vestimenta, neque huiusmodi quidpiam immundum pollutumque existimabimus. Quo enim pacto? Cum Dominici nominis inuocatio eis signum imprimat, diuique Iacobi fratris Domini sacra cantica hostiam*

stiam, ut didicimus, et sacram oblationem eis consecrent. Et cum postmodum addubitasset; si Latinorum Azyma profana non sunt, nullum fore præiudicium Græcis, si ea sumant. Respondet; Μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς δυτικαῖς Ἐκκλησίαις, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ἀζύμοις ἔθος ἐμπέπηκται, καθὰ καὶ ὑμῖν τὸ προσφέρειν καὶ ἱερουργεῖν ἄζυμα, ἀδύνατος ἐφ' ἑκατέροις ἔσται, ἡ τῶν οἰκείων ἐθῶν παράβασις. εἰ μήποτε θάτερον μέρος μεταθέσθαι πρὸς ἕτερον αἱρετίσηται, τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ ἀσπασάμενον. πλὴν ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰ παρ' ἡμῶν ἱερουργούμενα, καὶ ἡμεῖς οὕτω τὰ παρ' ἐκείνων ἅγια λογιζόμεθα, καὶ οὐ σφαλλόμεθα. *Cum alijs & hic Azymorum mos Occidentalibus Ecclesiis inhæsit, sicut nobis fermentata offerre, & consecrare: impossibilis erit in utrisque propriorum morum trangressio: nisi quando altera pars ad alteram transire maluerit, communionem eius amplectendo. Veruntamen ut illi quæ a nobis sunt consecrata; sic nos quæ ab ipsis, sancta æstimamus & non erramus.* Ioannes Episc. Citri Respons. ad Constantinum Cabasilam Dyrracenum Archiepiscopum. Δύο εἰσὶ προφανῆ καὶ μεγάλα ποιοῦντα διαφορὰν μέσον ἡμῶν καὶ τῶν Λατίνων. τὸ πρῶτον καὶ μεῖζον τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόγμα, τὸ δεύτερον δὲ καὶ οὐ τοῦ ἴσου λόγου ἀζύμων ἡ προσφορά. ἡ τῆς γραφῆς δὲ ἀνάγνωσις τῆς τε παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, καὶ αἱ προσευχαί, καὶ αἱ μελῳδίαι, καὶ θεῖοι ναοί, καὶ αἱ προσκυνήσεις, τοῦ τε

τιμίου

τιμίου σταυροῦ, καὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων, κοινὰ τούτοις εἰσὶ καὶ ἡμῖν. *Duo sunt manifesta & magna, quæ inter nos & Latinos faciunt differentiam primum & maius dogma de Spiritu sancto. Secundum autem nec tanti momenti, azymorum oblatio: Scripturæ autem lectio veteris & nouæ, item precationes, & musici cantus, & diuina templa, venerationesque pretiosæ Crucis, sanctarumque Imaginum, illis sunt nobiscum communia.* Idem de Consuetudinibus Latinorum; Τὰ δὲ ἔθη τῶν Λατίνων μὴ τοσοῦτον βδελυκτὰ ἡγητέον. ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερουργούμενα παρ᾽ αὐτῶν ἄζυμα, οὐ μεταληπτέον μὲν ἡμῖν, ἀλλ᾽ οὐδὲ κοινὰ ἡγητέον. ἡ γὰρ τοῦ Κυρίου ἐπίκλησις ἐπισφραγίζει ταῦτα καὶ τὰ τοῦ θείου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου ἱερὰ ἐπάσματα τὴν λειτουργίαν αὐτοῖς ὡς μανθάνομεν, ἱερολογεῖ, οὔτε τὰ ὑποδεχόμενα ταῦτα καὶ ὑπηρετούμενα τῇ τούτων ἱερουργίᾳ σκεύη, οὔτε τὰς ἱερὰς τούτων στολὰς, οὔτε ἐν τούτοις ἕτερον κοινὸν λογιστέον. ἀλλὰ καὶ αἱ τούτων χειροτονίαι πρὸς ἡμᾶς μετατιθεμένων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς χειροτονηθέντων οὐκ ἀποβάλλονται. *Consuetudines vero Latinorum non sunt tantundem execrabiles existimandæ. Sed & quæ ab ipsis consecrantur Azyma, licet a nobis assumenda non sunt, non ideo tamen immunda reputanda. Inuocatio nanque Domini subsigillat illa, diuique Iacobi fratris Domini sacra cantica, eorundem sacram oblationem consecrant, ut addiscimus. Neque eorum receptacula, & vasa sacrificio asseruientia, neque sacra*

 eorum

eorum vestimenta, neque quippiam aliud in illis immundum censendum est. Quinimo si ordinationes ab ipsis promotorum, ad nos confugerint non reÿciuntur.

CAP. X.

Graecos Purgatorium non negare, cum orent aeque atque Pontificÿ inter Officia tam priuata quam solemnia pro mortuis, vt liberentur a peccatis, poenis, tormentis, lacrymis, & tandem igne, & his purgati reducantur in locum refrigerÿ, & relaxationis in conspectu Dei, Pappomastigum etiam placito.

ADdis; *Nullum eiusmodi ignem Purgatorium credunt, in quo animae defunctorum detentae, cruciatu, & tormentis a peccatorum venialium sordibus eluantur, donec absolute expiatae in sedes coelestes recipiantur.* N*ullam eiusmodi pro defunctis orationem credunt, qua animas a tormentis valent liberare, sed eucharisticam, qua gratias Deo agunt pro animabus ab ergastulo carnis liberatis, qua item corporis resurrectionem, & plenam gloriae coelestis perfruitionem sperant indubitato.* Anno 1655. edita est Romae mea Dissertatio; *De vtriusque Ecclesiae Orientalis atque Occidentalis perpetua in dogmate de Purgatorio Consensione.* Qua, licet

licet multi afferant Græcos negare Purgatorium, & ex Græcis Schiſmaticis nonnulli negarunt, & ſcripto etiam conati ſunt dogma conuellere, ipſe tamen ex ipſis Græcis & eorum Ritualibus libris, quibus hac ætate in Eccleſia, dum ſacra peragunt, vtuntur, ipſorum etiam Schiſmaticorum deductis teſtimonijs probaui, Græcos Purgatorium fateri, & quod magis eſt per ignem: & illa eadem pronunciare, quæ Pontificij dictant. Ne ergo eadem repetam, quædam alia referam ex ipſis Græcorum libris, quos Græci non negant: & ad eorum confirmationem Pappomaſtigas eorumque dicta ad compeſcendum contraria afferentium peruicax ingenium, & inſulſas tuas contentiones, & apertiſſima mendacia, deducam, Hottingere.

Audi ergo: campus enim bene natus eſt. Græci orant pro mortuis non tantum quotidie in Miſſa, vt ſupra vidimus, ſed præſcriptis etiam diebus eorum memoriam agunt, Deum exorantes, vt peccatorum illis veniam tribuat; illiſque has preces proficuas eſſe clariſſime intonant. Sabbati officium plura τροπάρια νεκρώσιμα complectitur: & annis ſingulis ante magnam Quadrageſimam, & primo menſis Octobris Sabbato legunt Ἀκολουθίαν τῶν ἀπ' αἰῶνος πάντων κεκοιμημένων ὀρθοδόξων Χριστιανῶν. *Officium cunctorum a*

seculo dormientium orthodoxorum Christianorum. Et vniuscuiusque recens defuncti memoria studiose recolitur precibus & sacrificijs Deo oblatis, & alijs pijs operibus tertio, nono, & quadragesimo die; idque ad implorandam peccatorum veniam. Ioannes Phurnes ad Gregorium Antigonitem; Αὐτίκα γὰρ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς πεντηκοστῆς κοινὰ καὶ πάνδημα τελεῖται τῶν κατοιχομένων μνημόσυνα. καὶ μεθ' ἡμέρας αὖθις ἑπτὰ ἡ τῶν ἁγίων πάντων λεγομένη πανήγυρις ἄγεται πάλιν πάντων περὶ τῆς εἰσόδου τῶν νηστειῶν, ἐν τῷ Σαββάτῳ μὲν τῆς κρεωφάγου τοῖς ἐξ αἰῶνος κεκοιμημένοις. ἐν ᾗ τῷ μετὰ τοῦτο τοῖς ἁγίοις ἅπασι μνήμη δημοτελὴς ἀφωσίωται. ἔστιν οὖν τὰ μὲν μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἀπαρχῆς μνημοσυνῶν· τὰ δὲ περὶ τῶν νηστειῶν, ὡς ἄν τις εἴποι, συμπέρασμα. *Statim enim post completos dies Pentecostes publice ab vniuersis fidelibus fiunt commemorationes mortuorum, rursusque post dies septem, qui solemnis omnium dies dicitur, rursusque ante ieiuniorum ingressum in Sabbato carnis priuij omnium, qui a seculo vitam obierunt: postmodum subsequente omnium Sanctorum die solemni. Sunt autem quæ post Pentecostem fiunt commemorationes principium, quæ vero ante ieiunium, vt quidam diceret, conclusio.* Theodorus Antidorum Episcopus, & Germanus Patriarcha Constantinopolitanus in expositione Missæ; Τοῦ δ' ἀντίερου αὐτοφώνου τὸ

ἐρύ-

ἐφύμνιον, Ταῖς πρεσβείαις τῶν ἁγίων σου. ἐπεὶ γὰρ ὑπὲρ σωτηρίας ψυχῶν, καὶ συγχωρήσεως πταισμάτων τὴν θείαν τελοῦμεν μυσταγωγίαν, εἰκότως ὡς ὑπερτέραν οὖσαν τὴν Θεοτόκον πάντων τῶν ἁγίων, ἢ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν τῶν ὑπεραγίων δυνάμεων εἰς ἱκεσίαν προσκαλούμεθα. εἶτα τοὺς διαρεστήσαντας τῷ ταύτης υἱῷ. εἰ γὰρ καὶ προϊὼν ὁ λόγος εὑρήσει τοὺς ἁγίους ἅπαντας, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πανάχραντον οἱονεὶ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως μεσιτευομένην. *Quod secundo Antiphono canticum succinitur, Intercessionibus Sanctorum tuorum: cum pro salute animarum, & remissione peccatorum diuinum faciamus sacrificium, iure merito vti præstantiorem omnibus alijs sanctis, & ipsis etiam sanctissimis potestatibus Dei Matrem in supplicationem aduocamus, postmodum eos, qui ipsius Filio complacuerunt. Licet enim oratio procedens inueniat Sanctos omnes, ipsam tamen etiam immaculatissimam, vt inter se Deumque mediet intercedit.* Eustratius Nicænus lib. 2. de Azymis; Ἀλλὰ καὶ ὅτι χαριστήριον τοῦ σωτηρίου πάθους τῷ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι προσφέρεται. καὶ ὅτι ὑπὲρ ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι, καὶ ὅτι ἵνα ἀφεθῶσι ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ἃ ζῶντες ἐνταῦθα προσηκεχρύκαμεν, καὶ ὅτι ὑπὲρ τῶν ἐντεῦθεν οἰχομένων πιστῶν, ἀναγκαῖον ζυμωτὸν ἄρτον εἶναι τὸν προσφερόμενον, τὸν ψυχῆς ἔχοντα σύμβολον. τό, τε γὰρ δι' ἡμᾶς πεπονθὸς σῶμα τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ζῶν τε καὶ ἔμψυχον, τά τε ἡμέτερα ὡσαύτως καὶ τὰ ὑπὲρ ἀφέσεως σφαλ-

 μάτων

μάτων, εἴτε τῶν ἐν τῇ παρούσῃ ἔτι ἐνδημούντων ζωῇ, εἴτε τῶν ἐκ ταύτης ἤδη ἀπολυθέντων πιστῶν, ὑπὲρ ψυχῶν ἐστι προσφερόμενα. οὐδὲν δέ τι πάντως προσίσταται, εἰ χαριστήριόν ποτε τῆς ζωῆς ἡμῶν τῆς ἐν σώματι τὸν ἄρτον προσφέρομεν. ὡς γὰρ τὸ ἡμέτερον ἑαυτῷ ὁ Σωτὴρ διὰ τῆς προσλήψεως ᾠκειώσατο, οὕτως καὶ τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσφερόμενον ἑαυτῷ οἰκειούμενος, ἑαυτοῦ σῶμα ποιεῖται, καὶ ἡμῖν αὐτοῦ μεταδίδωσιν. *Sed cum Eucharisticon pro salutari passione illi, qui pro nobis passus est, offertur, & cum pro vita nostra, quæ in corpore est, & cum vt remittantur animabus nostris, quæ dum hic ageremus, commisimus, & cum pro fidelibus, qui hinc abiere, necessario fermentatus panis offerendus est, qui est animæ symbolum. Nanque corpus Christi Saluatoris propter nos passum, viuens erat & animatum. nostraque similiter, & quæ pro remissione peccatorum siue eorum qui in hac vita degunt, siue iam hac vita soluti abierunt, fideles, pro animabus offeruntur. Nihil vero omnino obstat, si eucharisticum vitæ nostræ quæ in corpore est, panem offerimus: Quemadmodum enim sibi Saluator per assumptionem nostrum conciliauit; sic etiam quod pro illo offertur sibi concilians, corpus suum facit, illiusque nos participes efficit.* Nicolaus Cabasila in expositione Missæ cap. 33. Ἴδια δὲ τοῖς μὲν ἀπελθοῦσι ψυχῶν ἀνάπαυσιν, καὶ βασιλείας κληρονομίαν μετὰ τῶν τετελειωμένων, τοῖς δὲ ζῶσι τὸ μετα-

ταχεῖν

χεῖν τῆς ἱερᾶς τραπέζης, καὶ ἁγιασθῆναι, καὶ μηδένα εἰς κρίμα μεταχεῖν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰρήνην, ὑγιείαν, χορηγίαν τῶν ἀναγκαίων, τὸ τελευταῖον βασιλείας ἀξίους φανῆναι παρὰ τῷ Θεῷ. *Separatim autem defunctis quidem animarum requiem, & regni hæreditatem cum sanctis consummatis: Viuis autem vt sint sanctæ mensæ participes, & sanctificentur, & nemo sit eius in iudicium vel condemnationem particeps, remissionem peccatorum, pacem, salubritatem, rerum necessariarum suppeditationem, & postremum vt regno digni apud Deum appareant.* Simeon Thessalonicensis contra Hæreses de mortuorum omnis generis & dignitatis Officio edisserens; Ἔπειτα ὑπὲρ τῆς ἀναπαύσεως εὔχεται τῆς ψυχῆς τοῦ κεκοιμημένου, καὶ ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πάντα τὰ πλημμελήματα, καὶ ὅπως Κύριος τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς τὴν ἀνάπαυσιν τῶν δικαίων. καὶ ὁμοφώνως πάντες τὴν ἀνυσιμωτάτην εὐχὴν τὸ, Κύριε ἐλέησον ἀνακράζουσι. καὶ πάντας αἰτήσασθαι παραινεῖ παρὰ Χριστοῦ τῷ κειμένῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων. *Postmodum supplicat pro quiete animæ defuncti, & vt illi condonentur omnia peccata, & Dominus collocet animam illius in iustorum requiem. & vna voce omnes per quam maxime vtilem precem intonant, Domine miserere. Hortaturque omnes vt exorent a Christo illi, qui demortuus iacet, misericordias illius, regnum cœlorum*

 & re-

& remissionem peccatorum. Et infra; Ὁ ἱερεὺς ἀναπαῦσαι εὔχεται τὴν τοῦ κοιμηθέντος ψυχὴν ἐν τόπῳ ἀνέσεως, ἔνθα ἀπέδρα, ἤτοι μακρὰν πᾶσα λύπη, καὶ στεναγμὸς, καὶ πᾶν ἁμάρτημα αὐτῷ συγχωρῆσαι πράξεώς τε καὶ λόγου καὶ διανοίας. ἐπεὶ οὐδεὶς ἀναμάρτητος, εἰ μὴ μόνος αὐτὸς ὁ ἀναμαρτήτως ἀνθρωπήσας. *Sacerdos precatur, vt anima demortui requiescat in loco relaxationis, vbi effugit, vel longe abest omnis moestitia, & gemitus, & omne delictum tum operis, tum verbi, tum cogitationis condonetur. Cum nullus absque peccato sit; nisi solus ille, qui absque peccato incarnatus est.* Et infra in exequijs Præsulum & Sacerdotum; Εἰς τὰς χεῖρας δὲ τὸ ἱερὸν διδόασιν Εὐαγγέλιον, ὃ δὴ καὶ πρότερον ἀναγινώσκεται ἐπ' αὐτὸν ἤδη τεθνῶντα, εἰ καὶ μετὰ θάνατον, εἰ ὁ καιρὸς δίδωσιν, ὡς Εὐαγγελικῶς αὐτὸν ζήσαντα. ἅμα δὲ καὶ εἰς ἱλασμὸν καὶ ἁγιασμὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν θεοπνεύστων λογίων. τίνα γὰρ ἕτερα εἰς ἐξιλέωσιν Θεοῦ μεῖζον ὑπὲρ τοῦ κειμένου ἔσται, ἢ ταῦτα λεγόμενα, σάρκωσις Θεοῦ καταγγελλομένη, διδασκαλία, μυστήρια, δόσις ἀφέσεως ἐγκλημάτων, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάθη, καὶ τὰ ἑξῆς. *In manus vero sacrosanctum Euangelium exhibent, quod & antea super ipsum legitur iamiam demoriturum, vel etiam demortuum, si tempus concesserit, tanquam eum qui præscripto Euangelij vixerat. Simul etiam in propitiationem & sanctificationem illius ex diuinissimis eloquijs. Quæ enim alia ad propitiationem diuinam*

nam ipsi defuncto magis conferre poterunt, quam ipsorum lectio, Incarnatio diuina annunciata, doctrinæ, mysteria, largitio veniæ peccatorum & passiones pro nobis? Item; Καὶ τὸ θυμίαμα τῷ Θεῷ προσαγόμενον εἰς ἱλασμόν ἐστιν ὑπὲρ τοῦ κεκοιμημένου. *Nanque incessum quoque Deo oblatum in propitiationem est pro defuncto.* Præterea; Δωδεκάκις πάντων τῷ Θεῷ ὑπὲρ τοῦ τεθνηκότος προσκυνούντων εἰς ἐξιλέωσιν τῆς αὐτοῦ ζωῆς, ἥτις δωδεκάωρος τῇ ἡμέρᾳ, καὶ δωδεκάωρος ἐστὶ τῇ νυκτί. *Duodecies omnibus pro defuncto Deum adorantibus ad propitiationem vitæ illius, quæ diu duodecim horarum, noctuque aliarum duodecim est.* Et tractatu de Templo; de particulis agens; Εἰσὶ τοίνυν αἱ μερίδες ὑπὲρ τῶν ἁγίων προσαγόμεναι εἰς δόξαν αὐτῶν καὶ τιμὴν, καὶ ἀνάβασιν τῆς ἀξίας καὶ τοῦ θείου φωτισμοῦ παραδοχὴν μείζονα, αἱ δὲ ὑπὲρ τῶν πιστῶν κεκοιμημένων, εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν, καὶ θείας χάριτος ἕνωσιν. ζώντων δὲ, εἰ μετανοίᾳ μόνον τὴν ζωὴν ἐξοικονομοῖεν, εἰς δεινῶν ἀπαλλαγὴν, εἰς ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, εἰς ζωῆς αἰωνίου ἐλπίδα. *Quæ igitur pro Sanctis offeruntur, ad gloriam eorum & honorem, ad augmentum dignitatis, & ad diuini luminis receptionem maiorem valent. Quæ autem pro fidelibus sunt, pro mortuis quidem ad peccatorum liberationem, & diuinæ gratiæ conciliationem prosunt: quæ vero pro viuis, si cum pœnitentia bene vitam dispensauerint, ad pœnarum leuamen*

men

men, ad peccatorum condonationem, ad vitæ æternæ spem conducunt. Et in Reſponſionibus ad Pentapolitanum Epiſcopum; Ἄφεσιν οὖν λαμβάνει ὅδε τις μετανοήσας καθαρῶς ὁ ἄνθρωπος, οὐ μὴν δὲ καὶ τιμὰς καὶ ἀνάβασιν. ἀλλ' ἀφέθη μὲν μὴ ἀποθανεῖν, κατάκριτος ὢν ἀποθανεῖν. τουτέστι μὴ κολασθῆναι. οὐ μὴν δὲ καὶ ἄξιος τοῦ γέρα λαβεῖν καὶ στεφάνους. διὸ ἀγωνιστέον τούς τε ζῶντας ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν οἰκείων τεθνηκότων. *Remiſſionem itaque accipit, dummodo pure pœnitentiam egerit homo, non vero & honores, & aſcenſum: ſed relaxationem ne mortem oppetat, condemnatus ad mortem, hoc eſt, punitionem æternam vitauit: non tamen dignus eſt, qui & munera, & coronas accipiat. Quapropter ſtudere debent viuentes pro ſemetipſis, & pro conſanguineis demortuis.* Et tandem Hieremias Patriarcha Reſponſo primo ad Vvirtembergenſes; Πλὴν οὐχ ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς, οὐδὲ ὑπέρ τινος ἐν ἁμαρτίαις θανόντος. οὐ μὴν οὖν, ἀπέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς τοιούτοις καθάπαξ τὸ ἑαυτοῦ ἔλεος. διὸ καὶ ἀποφήναιτο κατ' αὐτῶν οὕτως. ἐὰν στῇ Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας οὐ μὴ ἐξέλωνται. ἀλλ' ὑπὲρ μόνων ἐκείνων ἱερατεύουσι πάντες, ὑπὲρ ὧν καὶ αἱ πρεσβεῖαι δεκταὶ, ἤγουν τῶν ἐν μετανοίᾳ φθασάντων ἀπαλλάξαι τὸν βίον, ὅπως δὲ τὰς τῶν ἁμαρτημάτων κηλῖδας δυνηθεῖεν ἐκπλῦναι. *Verum non pro omnibus ſimpliciter, nec pro aliquo in peccatis mortuo: nequaquam. Occluſit*

enim

enim Deus talibus in vniuersum suam misericordiam. & ideo talem sententiam de eis pronunciauit; Si steterit Noë, & Iobus, & Daniel, filios suos, & filias nequaquam eripient. Sed pro illis solis supplicant omnes, pro quibus intercessiones acceptæ sint, nempe pro iis qui inter pœnitendum vitam cum morte commutarunt, nondum autem peccatorum maculas eluere potuerunt. Si bene animum aduertis, non aliud dicunt Pontificij, & peccatorum maculæ nondum elutæ in hac vita, post mortem fidelium precibus expurgantur. Et ibidem ait; *Non frustra, in tremendis mysteriis memoriam esse faciendam defunctorum, sancitum fuisse ab Apostolis*, Οὐκ εἰκῆ ταῦτα ἐνομοθετήθη ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, τὸ ἐπὶ τῶν φρικτῶν μυστηρίων μνήμην γίνεσθαι τῶν ἀπελθόντων. Hæc Pappomastigum testimonia, ἐπεὶ ἐκ τῶν οἰκείων ὁ ἔλεγχος, εἰ μὴ ἀναίσχυντος εἶ, debent esse tibi αἰδεσιμώτερα.

Veritatem ipsam præterea ex libris Græcorum Ritualibus, vt plane confundaris, Hottingere, exhibere quis vetat? In Officio exequiarum; Ὅπως Κύριος ὁ Θεὸς τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἔνθα οἱ δίκαιοι ἀναπαύονται. τὰ ἐλέη τοῦ Θεοῦ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ ἄφεσιν τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν παρὰ Χριστῷ τῷ ἀθανάτῳ βασιλεῖ, καὶ Θεῷ ἡμῶν αἰτησώμεθα: *Vt Dominus Deus animam eius collocet, vbi iusti quiete perfruuntur. Clementiam Dei, cœlorum regnum, &*

deli-

delictorum eius remissionem a Christo rege immortali, & Deo nostro deprecemur. Item; Πᾶν ἁμάρτημα τὸ παρ' αὐτοῦ πραχθὲν ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ διανοίᾳ, ὡς ἀγαθὸς, καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς συγχώρησον. ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ὃς ζήσεται, καὶ οὐχ ἁμαρτήσει. σὺ γὰρ μόνος ἐκτὸς ἁμαρτίας. *Delictum omne, siue verbo, siue opere, siue cogitatione ab eo commissum ceu clemens Deus condona. Non enim est homo, qui viuat, & non peccet. Tu solus peccati exors existis.* Item; Ἐπιδεόμεθα, ὑπὲρ τοῦ συγχωρηθῆναι αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον. ὅπως Κύριος ὁ Θεὸς τάξῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἔνθα οἱ δίκαιοι ἀναπαύονται. *Rogamus, vt ei delictum omne spontaneum & non spontaneum condonetur, vt Dominus Deus animam eius collocet, vbi iusti quiete perfruuntur.* Item; Τὸν κεκοιμημένον δοῦλόν σου ἀνάπαυσον, παρορῶν αὐτοῦ πάντα τὰ ἐγκλήματα. *Defuncto seruo tuo Domine da requiem, nec ad eius delicta attendes.* Item; Καὶ τοῦτον κατασκήνωσον ἐν ταῖς αὐλαῖς σου, παρορῶν ὡς ἀγαθὸς, τὰ πλημμελήματα αὐτοῦ, τὰ ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, καὶ πάντα τὰ ἐν ἀγνοίᾳ καὶ γνώσει. *Et hunc in tabernaculis tuis colloca, nec ad eius delicta spontanea, vel non spontanea, vel cuncta scienter, aut ignoranter admissa respicias.* Item; Τῆς οὐρανίου διαγωγῆς τῶν χαρισμάτων ἀξίωσον Κύριε τὸν προκοιμηθέντα πιστὸν οἰκέτην σου, παρέχων τῶν πλημμελημάτων τὴν ἀπολύτρωσιν. *Cælestis diuersorij, & gratia-*

gratiarum mansionis fidelem famulum tuum competem fac Domine, præbita ei delictorum indulgentia. Item; Χριστός σε ἀναπαύσοι ἐν χώρᾳ ζώντων, καὶ ἄφεσίν σοι δώῃ ὧν ἥμαρτες ἐν βίῳ φιλόχριστε. *In viuorum regione te Christus collocet, & remissionem donet vitæ tuæ excessuum Christo dilecte.* In Officio funeris Monachorum; Σὲ πάτερ δεόμεθα τὸν μεταστάντα κατασκήνωσον τοῖς ἐπουρανίοις σκηνώμασι τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου, παρορῶν αὐτοῦ τὰ πταίσματα, καὶ παρέχων αὐτῷ τὴν ἀνάπαυσιν. *Te, Saluator, precamur colloca in cœlestibus tentoriis, nec clementia tua ad eius delicta respicias, sed requiem ei præbe.* Et; Ἐν φωτὶ κατάταξον, σὺν ταῖς χοροστασίαις Ἀγγέλων σου τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου ὑπερβαίνων ἀνομήματα, καὶ παρέχων αὐτῷ τὴν ἀνάστασιν. *Cum choris Angelorum tuorum in lumine colloca, iniquitates eius tua clementia supera, & resurrectionem largire.* Et; Χριστὸν ἐκδυσώπησον τὸν σὸν τόκον μητροπάρθενε τὴν τῶν πταισμάτων συγχώρησιν δοῦναι τῷ δούλῳ σου. *Deprecare Christum tuum natum, Mater virgo, vt seruo tuo peccatorum veniam largiatur.* Ἐν τῇ οὐρανίῳ βασιλείᾳ τὸν ἀπὸ γῆς μεταστάντα καταξίωσον φιλάνθρωπε, παρορῶν ὡς εὔσπλαγχνος τὰ τῆς ψυχῆς ἐγκλήματα. *In cœlesti regno lucide lætari concede, o clemens; nec, vt humanus, ad animæ eius delicta respicias.* Et; Ἄνες ἄφες Σωτὴρ τοῦ σοῦ δούλου πάντα τὰ ἐγκλήματα. *Et delicta cuncta dimitte, condona seruo tuo, Saluator*

uator. Et; Κύριε ἐλέησον, συγχώρησον ἁμαρτίας καὶ τοῖς ζῶσι καὶ νεκροῖς κατ' ἐξουσίαν πολλήν. *Domine plurima tua potestate viuis & mortuis peccata relaxa.* Et; Διὸ ἄνες, ἄφες Σωτὴρ τοῦ μεταστάντος πιστοῦ τὰς ἁμαρτίας, καὶ τοῦτον τῆς βασιλείας σου ἀξίωσον. *Dimitte idcirco, condona demortui fidelis peccata, & eum regni tui participem redde.* Et; Λύτρωσον πλημμελημάτων τὸν σὸν ἱκέτην σῶτερ, ὃν μετέστησας νυνὶ ἐν πίστει. *Absolue a delictis seruum tuum, quem ex viuis cum fide nunc transtulisti.* Et; Δυσωποῦσα ὑπὲρ τοῦ κοιμηθέντος δούλου σου ἄχραντε, ὅπως εὕρῃ ἐκεῖ ἄφεσιν πλημμελημάτων ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. *Ne Deum pro defuncto seruo tuo interpellare desistas, illibata, vt delictorum remissionem in iudicij die nanciscatur.* In Officio funeris sæcularium; Τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, ἃς ἐν κρυφῇ ἔπραξα, καὶ τὰς χαλεπὰς ἀσθενείας αἷς ἐπλημμέλησα, πάριδε δέομαι ὁ σὸς κραυγάζει οἰκέτης. *Peccatis clam a me perpetratis, grauibusq; quibus deliqui defectibus ne attendas precor, tuus ad te clamat famulus.* Et; Ἁμαρτίας νεότητος Σῶτερ, καὶ ἀγνοίας μου παράγαγε μὴ μνησθῇς, κράζει ὁ δοῦλος σου μεταστάς, καὶ τάφῳ κατακείμενος. *Peccata iuuentutis Saluator, & ignorantias meas ne memineris clamat seruus tuus in sepulchro iacens supinus.* Ἀνθρωπίνης ὑπάρξεως, λόγε ὁπισάμενος τὴν ἀσθένειαν, τοῦ σοῦ δούλου τὰ ἐγκλήματα παριδὼν, ἁγίοις τοῦτον σύνταξον. *De humanæ conditionis infirmitate Verbum*

appri-

apprime eruditum serui tui peccatis non attendens; tuis sanctis eum aggrega. Et; Πλημμελήσας ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ βίου πέρας ἐδέξατο ὁ δοῦλός σου οἰκτίρμων. διὸ ἀτελεύτητου ζωῆς τοῦτον ἀξίωσον. *Ex scientia vel ignorantia peccans seruus tuus vitæ finem attingit, o misericors, æternam illi idcirco vitam largire.* In Canone funereo pro mulieribus defunctis; Ἣν ἐξ ἡμῶν προσελάβου ἐν σκηναῖς τῶν ἁγίων σου συναρίθμησον Σωτὴρ, παρορῶν τὰ πταίσματα αὐτῆς, ὅσα ἥμαρτεν ἐν βίῳ. *Quam a nobis assumpsisti, in tabernaculis iustorum tuorum aggrega: nec eius delicta ab ea in vita commissa respicias.* Et; Ἐν βίβλῳ ἔγγραψον σῶν ἐκλεκτῶν Χριστὲ τὴν ψυχὴν τῆς σῆς δούλης ὡς ἀγαθὸς τὰ ἐν βίῳ πταίσματα συγχωρῶν νῦν. *In electorum libro ancillæ tuæ animam, vt benignus Christe describe, condonatis omnibus vitæ delictis.* Et; Τοῦ βίου τὰ στίγματα, καὶ τὸ ἄχθος τῶν πολλῶν ἁμαρτημάτων Κύριε τῷ ἐλέει σου κούφισον, ἀγαθέ. *Vitæ vulnera, & omnium delictorum onus tua humanitate, o bone, subleua.* Et; Σὲ γὰρ ἐπὶ γῆς πιστῶς αὕτη ἐλάτρευσεν. σὺ ἐπταισμένων παράσχου τὴν συγγνώμην. *Te nanque in vita fideliter coluit, tu delictorum veniam concede.* Et; Τὴν συγνώμην τῇ σῇ πιστῇ οἰκέτιδι τῶν ἁμαρτημάτων παράσχου. *Tu delictorum veniam famulæ tuæ præbe.* Possent & plura alia ex ijsdem libris referri, sed hæc ad constantem Græcorum sententiam comprobãdam satis superq; sunt.

Quid

Quid vero Pontificij? Eadem vita functis precantur. In Missa; *Fidelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.* Et; *Absolue, Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum.* Et; *Animabus quæsumus Domine famulorum, famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: vt eas & a peccatis omnibus exuas, & tuæ redemptionis facias esse participes.* Et; *Præsta quæsumus, vt anima famuli tui N. quæ hodie de hoc seculo migrauit, his sacrificijs purgata, & a peccatis expedita indulgentiam pariter & requiem capiat sempiternam.* Et; *Accipe Domine preces nostras pro anima famuli tui N. vt si quæ ei maculæ de terrenis contagijs adhæserunt, remissionis tuæ misericordia deleantur.* Et; *Animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum per hæc sacramenta salutis nostræ cunctorum remissionem tribue peccatorum.* Et in Rituali Romano in Exequijs; *Deus animas eorum earumque, qui hic sepeliuntur, ab omnibus absolue vinculis delictorum.* Et; *Absolue animam famuli tui, vt defunctus seculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge.*

absterge. Hæc & similia Pontificij: Rogat itaque Occidentalis iuxta ac Orientalis Ecclesia, vt mortui delictorum veniam consequantur. Ergo tenent esse peccata quædam quæ similem veniam consequi possunt. Mortalia non consequi, nisi quæ per sacramentum Confessionis pœnitentiam absolutionem meruerunt, & venialia, quorum adhuc pœna persoluta non est, & bonis fidelium operibus, & benefactis, & sacrificijs remittuntur, ex iam adductis testimonijs patere poterit. Quod nec negant Schismatici. Nicolaus Cabasila in Expositione Missæ capite 36. Τί οὖν; πᾶσα ἁμαρτία νεκρὸν ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡ πρὸς θάνατον μόνον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς θάνατον λέγεται. ἔστι γὰρ ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην, διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμυημένους εἰ μὴ τοιαῦτα πλημμελεῖεν οἷα τοῦ Χριστοῦ διαστῆσαι, καὶ θάνατον ἐνεγκεῖν, οὐδὲν τὸ κωλύον κοινωνοῦντας τῶν μυστηρίων τοῦ ἁγιασμοῦ μετέχειν, καὶ πράγματος ἕνεκα καὶ ὀνόματος, ὡς ἂν ἔτι ζῶντα μέλη, καὶ συνημμένους τῇ κεφαλῇ. *Quid igitur? Omne peccatum facit hominem mortuum? Nequaquam. Sed id solum quod est ad mortem, vt vult B. Ioannes. & ideo eos qui sunt mysterijs initiati, si non eiusmodi peccata peccant, quæ a Christo separant, & mortem afferunt, nihil probibet mysterijs communicantes, sanctificationis esse participes, & propter rem*

& nomen, vt quæ ſunt adhuc viua membra, & capiti coniuncta ſuo. Inter peccata venialia & mortalia diſcrimen agnoſcit. & cap. 47. Mortuos illos intelligit, qui non ſunt perfecti, ſed adhuc egent ſatisfactione. Οὕτω δεκτὰ τῷ Θεῷ τὰ δῶρα, καὶ μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς διὰ τοῦτο ἁγιάζουσιν ἀεὶ πάσας Χριστιανῶν ψυχὰς, καὶ ζώντων καὶ τεθνεώτων, τὰς ἀτελεῖς ἔτι δεομένας ἁγιασμοῦ. οἱ γὰρ τελειωθέντες ἅγιοι μετὰ τῶν Ἀγγέλων ἑστῶτες, καὶ εἰς τὴν οὐράνιον ἱεραρχίαν ἤδη τελέσαντες, οὐκέτι δέονται τῆς ἐπιγείου ἱεραρχίας. *Ita ſunt dona Deo accepta, & tam inſigniter. propterea ſemper ſanctificant omnes Chriſtianorum animas & viuorum & mortuorum, quæ ſunt adhuc imperfecta, & egent ſanctificatione. Sancti enim perfecti & conſummati ſtantes cum Angelis, in cœleſtem hierarchiam iam adoptati non egent amplius hierarchia terreſtri.* Hæc vero negant tui.

Sed hic pœnas exigis, Hottingere, cum quibus illæ conflictatæ, tum demum miſericordia Dei liberantur, cum nil inultum remaneat: plus earum habebis, quam petiiſti, ex ipſis Græcorum Ritualibus libris, quos non negabis, ſi mentem habueris. Rogant itaque Græci, vt illæ transferantur in locum refrigerij, relaxationis, lætitiæ, & ſimilium. ergo ſunt in pœnis, lacrymis, gemitibus, carceribus, tormentis extra cœlum &

Para-

Paradiſum. Ne Græcos & Latinos Deum ſibi ludos facere dicamus, a quo impune exorent, quæ poſſident; quod vel imaginatione concipere, ridiculum eſt. Audiantur Græci ex Officijs Exequiarum; Ἀχράντου δόξης σου τυχεῖν ἀξίωσον τὸν πρὸς σὲ μεταστάντα, ἔνθα Χριστὲ τῶν εὐφραινομένων ἐστὶν ἡ κατοικία, καὶ φωνὴ καθαρᾶς ἀγαλλιάσεως. *Illibatam gloriam tuam conſequi ad te ex hac vita diſcedentem, Chriſte, largire, vbi lætantium habitatio eſt, & futura vox exultationis.* Et; Ὦ Παρθένε ἐκτενῶς ἱκέτευε τῷ ῥυσθῆναι πάντας ἀνύμφευτε κολάσεως καὶ δεινῶν, καὶ φοβερῶν τοῦ ᾅδου κολαστηρίων. καὶ σῶσον τὸν ἐξ ἡμῶν νῦν μεταστάντα πιστῶς. *Hunc intenſe deprecare, o inuiolata, vt a damnatione, moleſtijs & horrendis inferni tormentis liberetur, & eum qui a nobis modo deceſſit, ſalua.* Et; Καὶ σώζει τῶν βασάνων οὓς θέλει. *Et quos vult a tormentis eripit.* Et; Ἀμέτρητος ὑπάρχει τοῖς ἀσώτως βιοῦσιν ὁ θάνατος, βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ κλαυθμὸς ἀπαράκλητος, γνόφος ἀφεγγὴς, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ σκώληξ ἀκοίμητος, δάκρυα ἀνενέργητα, καὶ κρίσις ἀσυμπάθητος, διὰ τοῦτο πρὸ τέλους βοήσωμεν, λέγοντες, δέσποτα Χριστὲ, ὃν ἐξελέξω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν σου ἀνάπαυσον. *Intoleranda intemperanter viuentibus eſt mors, vbi dentium ſtridor, a conſolatione alienus, denſa caligo, tenebræ exteriores, vigilans vermis, infructuoſæ lacrymæ: & iudicium abſque miſeri-*

 cordia.

cordia. *Ante finem propterea clamamus, dicentes, Domine Christe, electo tuo, cum electis tuis requiem confert.* Et; Ὢς φοβερὰ τοῦ θανάτου ἡ ἀπειλὴ, καὶ φρικτὴ ἡ κόλασις ἡ ἐκεῖθεν. διὸ νῦν ἀπαιτήσωμεν Χριστὸν, τὴν θανοῦσαν ἱλασμὸν εὑρεῖν καὶ ἔλεος. *Quam tremendum est mortis periculum, quam metuenda quæ ibi est damnatio. propterea nunc Christum rogemus, vt defuncta ista pacem reperiat, & misericordiam.* Et; Ἡ ζωὴ τῶν ζώντων ὁ θανὼν ζωῆς ἀϊδίου καὶ φωτὸς τὸν δοῦλον σου μέτοχον δεῖξον, οὗ ἀπέδρα λύπη, στεναγμὸς, καὶ δάκρυα, τοῦτον κατατάξαι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. *Viuorum vita, qui mortuus es, æternæ vitæ luminisque consortem, seruum tuum effice, vnde abest tristitia, suspirium, lacrymæ, illum per cuncta secula colloca.* Et; Ἄχραντε Δέσποινα ἁγνὴ τὸν υἱόν σου ὑπὲρ τοῦ δούλου σου τοῦ μεταστάντος θερμῶς ἱκέτευσον, ἐν χώρᾳ ζώντων, ἔνθα ὑπάρχει τὸ ἄδυτον, κατασκηνῶσαι αὐτὸν μετὰ πάντων ἐκλεκτῶν. *Illibata & pura Domina filium tuum pro defuncto seruo tuo feruenter exora, vt in terra viuentium, vbi nunquam lux occumbit; cum electis omnibus mansionem ei sempiternam præstet.* Et; Ἀποστόλων ἁγίων ὁ δῆμος, ἀθλοφόρων τε θεῖος κατάλογος δυσωπεῖ σε Σῶτερ, ἀναπαῦσαι πιστὸν, ὃν μετέστησας, Ἀβραὰμ ἐν κόλποις. ἔνθα τὸ φῶς τοῦ σοῦ προσώπου καταλάμπει Χριστὲ πολυέλεε. *Apostolorum, Sanctorum, & Martyrum coronis inclitorum te sacer coetus exorat,*

Salua-

Saluator, ut in Abrahæ sinu quem euocasti mortuum colloces, vbi lumen vultus tui splendescit, valde misericors Christe. Et; Τοῦ Ἀβραὰμ ἐν κόλποις σε, ἐν σκηναῖς ἀναπαύσεως, ἔνθα ἡ χαρὰ ἑορταζόντων πάντοτε, ἐν τόποις ἀνέσεως, ἔνθα τὸ ὕδωρ ἐστὶ τὸ ζῶν, τάξαι σε Χριστὸς ὁ δι' ἡμᾶς νηπιάσας. *In Abrahæ sinu, in quietis tabernaculis, vbi festum perpetuum agentium est gaudium, in amœnitatis locis, vnde vitæ fluenta emanant, collocet te Christus infans factus propter nos.* Et innumera prope alia. Similia sunt, quæ Pontificij recitant in Canone Missæ, & alibi continuo pro defunctis; *Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas deprecamur.* Gabriel Seuerus Philadelphiensis de Particulis; Ἔτι προσφέρομεν αὐτὰς ὑπὲρ τῶν ἐν Χριστῷ κεκοιμημένων Πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν. Τὸ δὲ τέλος, ἵνα τάξῃ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὁ Κύριος ἐν τόπῳ φωτεινῷ, ἐν τόπῳ χλοερῷ, ἐν τόπῳ ἀναψύξεως, ἔνθα ἀπέδρα λύπη καὶ στεναγμὸς, καὶ ἵνα καταπέμψῃ ἄνεσιν καὶ παραψυχὴν τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀνιαρῶν, καὶ δώσῃ αὐτοῖς ἐλευθερίαν καὶ λύτρωσιν τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ στεναγμῶν, καὶ δακρύων, καθάπερ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία διδάσκει κηρύττουσα. *Adhuc illas offerimus pro demortuis in Christo parentibus, fratribus nostris, & amicis, & consanguineis. Finis vero est, vt animas eorum collocet, in loco luminoso, in loco*

viridi, in loca relaxationis, vbi aufugit mœror & gemitus, & vt mittat in eas requiem & consolationem malorum eas opprimentium, & det illis libertatem, & solutionem eorum, quæ in inferno sunt suspiria, & lacrymæ, vt catholica Ecclesia sonora voce instruit. Et paulo post; Τί δ' ὄφελος ἀπολαμβάνουσιν αἱ ψυχαὶ ὑπὲρ ὧν καὶ μερίδες προσφέρονται; λέγομεν ὅτι καθάπερ αὗται κοινωνοῦσι μετοχικῶς ἐνταῦθα τοῦ ἁγιασμοῦ, οὕτω καὶ ἐκεῖσε ἀοράτως αἱ ψυχαὶ τῶν κεκοιμημένων λαμβάνουσιν ἄνεσιν καὶ θεραπείαν, καὶ ἀπαλλαγὴν τῶν κατεχόντων αὐτὰς ἀνιαρῶν. τίς ὁ πείθων με περὶ τούτων; πίστις προηγουμένως, καὶ αἱ τῶν ἁγίων μαρτυρίαι, καὶ τῆς καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης, ἕως περάτων διδασκαλία τε καὶ βεβαίωσις. *Quam vtilitatem accipiunt animæ, pro quibus Particulæ offeruntur? Dicimus sicuti ipsæ communicant secundum participationem hic de sanctificatione, sic & ibi inuisibiliter defunctorum animæ accipiunt requiem, & medicinam, & liberationem a tristibus, quæ eas opprimunt. Quis mihi ista suadet? Ante alia fides, & Sanctorum testimonia, & catholicæ Apostolicæque Ecclesiæ, a fine vsque in finem orbis vniuersi, doctrina & firmitas.*

Sed in his nulla mentio ignis est, quem tantundem obtrudunt Pontificij. Quis id ait? Hottingerus. Sed hominis auersi a vero est mendacio fallere; ideoque non credo.

Sed

Sed ignem tandem expectas? Ignem tibi ſupponent ijdem Græcorum libri, qui palam edicunt in ijſdem defunctorum exequijs, ex Euchologio; Πυρὸς γεέννης καὶ τῆς φρικτῆς ἀποφάσεως, ὡς οἰκτίρμων λύτρωσαι Χριστὲ, ὃν πιστὸν νῦν προσελάβου δοῦλόν σου. *Ab igne gehennæ, & a tremenda ſententia, vt miſericors, quem nunc e viuis ſuſtuliſti fidelem ſeruum tuum libera Chriſte.* Et; Πολλὴ ἡ κρίσις, ἀνάγκη δὲ ἀδιήγητος γεέννης ἐστὶν ἀδελφοί. ἐκεῖ γὰρ ψυχαὶ σώματι μετὰ φλέγονται, καὶ ἐν ὀδύνῃ δακρύουσι βοῶσαι, λυτρωτὰ ὁ Θεός. *Magnum iudicium, inaudita etiam eſt gehennæ anguſtia, Fratres. ibi enim animæ vna cum corporibus comburuntur exclamantes, Redemptor Deus.* Et; Σὺν δάκρυσι Χριστὸν ἱκετεύσατε, ὅπως με πυρὸς ἐξέληται τοῦ ἀσβέστου. *Chriſtum cum lacrymis rogate, vt me ex inextincto igne eripiat.* Et; Εἰς τὴν ἐμὴν βοήθειαν Θεοτόκε ἀνάστηθι. πρόσχες τῇ δεήσει τῇ ἐμῇ, καὶ ῥῦσαί με δεινῆς κατακρίσεως, τῆς χαλεπῆς, σκότους, καὶ πυρὸς, καὶ τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, δαιμόνων ἐπηρείας, ἀπὸ πάσης ἀνάγκης, ἐλπὶς ἀπηλπισμένων, ζωὴ ἀπεγνωσμένων. *Exurge in auxilium meum, o Deipara, attende deprecationi meæ, & a tremenda condemnatione, ab examine periculoſo, a tenebris, & igne, a dentium ſtridore, Dæmonum moleſtijs, & omni calamitate eripe me, deſperatorum ſpes, proiectorum vita.* Vide de hoc argumento plura in

Tractatu nostro de Purgatorio, in quo fuse probauimus Græcos cum Latinis sentientes, opinionem damnare Origenistarum de restitutione Dæmonum, & damnatorum. Cum preces & alia bona opera nihil iuuent damnatis, quemadmodum neq; iustis, & in cœlum receptis: sed tantum illis, qui macula peccati infuscati, non vsquequaque expurgati dealbatique sunt, vt statim post hanc vitam recta ducantur in cœlum. Et licet Καθαρτηρίου, *Purgatorij*, nomen absolute apud illos non sit, est tamen καθαρτικὸν, κάθαρσις, καθάριον, & καθαρισμὸν ψυχῆς apud Patres. & expurgatio ipsa ab ijsdem etiam Schismaticis κάθαρσις dicitur, & χωνεία, quasi sit fornax, vbi animæ igne illo depositis sordibus puræ, mundæ, dealbatæque regnum ingrediantur. Et hæc eadem vox in hoc significatu in eorum Ritualibus libris sæpius inuenitur. Εἰκών εἰμι τῆς ἀῤῥήτου δόξης σου, εἰ καὶ στίγματα φέρω πταισμάτων, οἰκτείρησον τὸ σὸν πλάσμα δέσποτα, καὶ καθάρισον τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ τὴν ποθεινὴν πατρίδα παράσχου μοι πάλιν ποιῶν πολίτην με. *Inenarratæ gloriæ tuæ imago sum ego, licet offensarum vulnera ostentem. Compatere creaturæ tuæ Domine, & clementia tua illam purga; desideratam mihi patriam, & iterum Paradisi me ciuem constitue.* Et; Ὑμνοῦντα πρόσδεξαι τὸ θεῖον κράτος σου, ὃν ἐκ γῆς προσελάβου,

βυ, τέκνον φωτὸς τοῦτον ἐργαζόμενος, τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀχλὺν ἐκκαθαίρων πολυέλεε. *Diuinum imperium tuum celebrantem, quem e terra assumpsisti Christe suscipe, & peccati expurgata caligine, o misericors, filium lucis eum effice.* A quo modo dicendi nec abhorruerunt ipsi Pappomastiges, Nicolaus Cabasila in Expositione Missæ cap. 45. Ἔχουσι δέ τι πλέον εἰς ἁγιασμὸν τῶν ἐν σώματι ζώντων αἱ γυμναὶ τῶν σωμάτων ψυχαί, καθαίρονται μὲν γὰρ καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν λαμβάνουσι διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ἱερέων, καὶ τῆς μεσιτείας τῶν δώρων τῶν ἔτι ζώντων οὐδὲν ἔλαττον. *Nudæ autem corporibus animæ plus habent commodi ad sanctificationem, quam eæ quæ viuunt in corporibus. Purgantur enim, & peccatorum remissionem accipiunt per orationes Sacerdotis & donorum intercessionem nihilominus quam eorum qui viuunt.* Et post pauca; Καὶ οὕτω πρὸς τὴν μεσιτείαν τοῦ Σωτῆρος ἑτοιμότερον ἔχουσι καὶ μᾶλλον, οὐ μόνον τῶν πλειόνων ἐν σώματι ζώντων, ἀλλὰ καὶ σφῶν αὐτῶν, εἰ μετὰ σώματος ἦσαν. *Et ita ad Saluatoris participationem promptius & melius se habent pluribus in corpore viuentibus, atque adeo seipsis, si essent cum corpore.* Simeon Thessalonicensis Dialogo contra Hæreses; Τί γὰρ ἄλλο ἐπωφελέστερον τοῦ θύεσθαι τὸν Χριστὸν ὑπὲρ ἡμῶν. οἱ δὲ καὶ ὅσον ἰσχύουσί τε, καὶ προαιρέσεως ἔχουσιν. οἱ δὲ ἄχρι τοῦ ὑλάχιστον, καὶ ἡμερῶν τεσσαράκοντα προσάγουσι

καθ'

καθ' ἡμέραν, ἐπεὶ καί τις τῶν ἁγίων πατὴρ, Γρηγόριος δὲ οὗτος ὁ Ῥώμης, ὁ καὶ τὸν διάλογον ἐκθέμενος ἀδελφόν τινα λέλυκε τῆς κολάσεως ἐν τεσσαράκοντα προσφέρων ἡμέραις ὑπὲρ αὐτοῦ. *Quid enim illo euenire potest vtilius, quam cum pro nobis Christus sacrificatur. Et hi quidem offerunt vti possunt, illisque perplacet, hi minimum per quadraginta dies quotidie. cum quidam ex sanctis Patribus, Gregorius Romanus hic est qui Dialogos composuit, fratrem quendam a tormentis liberauit, cum per quadraginta dies pro eo sacrificium obtulisset.* Hæc quæ diximus plana sunt apud Græcos, nec dubijs inuoluta etiam apud Schismaticos. Verum tu Hottingere, tu solus ignoras, tu hospes in rebus Ecclesiasticis versaris: tuæ extra Ecclesiam Græcam & Latinam peregrinantur aures, neque in his peruulgatis & tritis omnium manibus sermonibus, & voluminibus versantur.

CAP. XI.

In Ecclesia Græcorum vnum fere esse sen[…] omnium; etiam Pappomastigum, Sanctos & iustos post hanc vitam non in speculo & in ænigmate, sed facie ad faciem visione beatifica vna cum Angelis ipsis perfrui. Vt hinc etiam Hottingeri igorantia et malitia simul in rebus Ecclesiasticis Græcorum recensendis luce & palam detegatur.

FInem hic facerem de Græcorum Purgatorio; sed cum videam te maligne postrema illa verba dicto tuo compingere; *Oratione illa Ecclesiastica corporis resurrectionem, & plenam gloriæ coelestis perfruitionem sperant indubitato.* quasi vero iusti defuncti visionis diuinæ participes in præsens tempus facti nondum sint, sed ad eam possidendam aliud tempus expectent: nanque si sperant, ergo non possident, qui nonnullorum Schismaticorum fuit error. Licet Epistola ad Boineburgium multis Græcorum, etiam Schismaticorum testimonijs, nempe, ex Auctoribus vitæ Pachomij, Gregorij Decapolitæ, Cosmæ Melodi, necnon Paphnutio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nysseno, Ioanne Chrysostomo, Cyrillo Scythopolitano, Andrea Cretensi, Maximo Homologeta,

ta, Petro Argiuorum Episcopo, Leontio Episcopo Neapolis Cypri, Theodoro Studita, Ioanne Damasceno, Ioanne Hagioëlita, Ioanne Diacono magnæ Ecclesiæ, Arsenio Corcyrensi, Procopio Chartophylace, Eustratio Presbytero Hierosolymitano, Ignatio Diacono, Niceta Rhetore, Nicone, Simeone Metaphraste, Photio Sceuophylace, Ioanne Metropolita Euchaitarum, Michaële Psello, Constantino Acropolita, Nilo Rhodio, Leone Centuripino, Georgio Patriarcha Constantinopolitano, Gregorio Abbate Oxita, Michaële Glyca, Philotheo Patriarcha Constantinopolitano, Manuële Rhetore, Gabriele Seuero Philadelphiensi, Gregorio Hieromonacho Chio, Gennadio Patriarcha Constantinopolitano, Ioanne Plusiadeno, Marco Ephesio, Iosepho Philagrio, Pachomio Abbate, Christiano Auctore Topographiæ Christianæ, & alijs, iustos atque beatos statim post obitum in cœlum delatos visione beatifica perfrui, nunc vt apertius veritas ipsa pateat, eanque communem esse Græcis vniuersis, si paucos excipias, quæ ibi testimonia, digna tamen quæ pro veritatis firmitate adnotentur, præterieram, in medium afferam. Sic Græci concordabunt cum Latinis modis omnibus, asserentes damnatas sine vlla spe reparationis

nis poenis æternis cruciari, iuſtos viſione diuina perfrui, & eos qui nondum reatus pœnam exſoluerunt, pœnis Purgatorij affligi. Et ante alios Methodium antiquiſſimum Scriptorem, & Martyrem in Sympoſio decem Virginum ita ſenſiſſe, expoſitum eſt Notis meis in idem Sympoſium, cum eodem Sympoſio editis. Numera modo tu teſtes. Macarius Ægyptius Orat. nondum edita. *Quomodo, qui diuino ambitu ſpoliatus eſt, Dominum exorare debeat, vt illum conſequatur.* &c. Ἀπὸ δὲ τοῦ μέρους τοῦ ἀγαθοῦ ὀφείλεις νοῆσαι, ὅτι οὕτως ἔχοι τὰ πράγματα. καὶ γὰρ τοῖς ἁγίοις δούλοις τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰσὶν Ἄγγελοι παραμένοντες, πνεύματα ἅγια κυκλοῦντα αὐτοὺς, καὶ φυλάττοντα. καὶ ὅταν ἐξέλθωσιν ἀπὸ τοῦ σώματος, οἱ χοροὶ τῶν Ἀγγέλων παραλαμβάνουσιν αὐτῶν τὰς ψυχὰς εἰς τὸ ἴδιον μέρος, εἰς τὸν καθαρὸν αἰῶνα, καὶ οὕτως αὐτοὺς προσάγουσι τῷ Κυρίῳ. ὅσοι οὖν πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ Θεοῦ, καὶ ἀδελφοὶ, καὶ φίλοι τοῦ νυμφίου. ὡς γὰρ ὁ Κύριος ἀνήχθη εἰς τὸ ὄρος μετεμορφώθη εἰς τὴν θεϊκὴν αὐτοῦ δόξαν. οὕτως αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ νῦν φωτίζονται, καὶ δοξάζονται. ἐν δὲ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ καὶ τὰ σώματα συνδοξαζόμενα ἐξαστράπτει. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν. ἄρα οὖν ἀπεντεῦθεν ἔχουσι τὴν υἱοθεσίαν, καὶ τὴν ἀκατάλυτον χαρὰν ἣν χαίρουσιν οἱ Χριστιανοὶ, καὶ οὐ διαδέχεται αὐτοὺς λύπη πάλιν. *Ex parta*

vero

vero boni intelligere debes; res ita se habere. Nanque seruis Dei Sanctis ex hoc tempore Angeli adstant, & Spiritus sancti eosdem circumsepiunt & conseruant: & cum de corpore exeunt Angelorum Chori eorundem animas accipiunt in propriam regionem, in purum seculum, & sic eos Domino præsentant. Quicunque itaque spiritu Dei aguntur, illi sunt filij Dei, & fratres, & sponso amici. Quemadmodum enim Dominus in montem ascendens transfiguratus est in suam diuinam gloriam, pari modo & animæ ex hoc tempore illuminantur & glorificantur: extremo porro die & corpora simul cum illis glorificata resplendent: Dicit enim Scriptura; tum iusti splendebunt sicuti sol in regno patris sui. Igitur ex hoc tempore filiorum adoptionem possident, & gaudium indissolubile, quo Christiani exultant, nec rursus eos mœstitia occupat.

Anastasius Patriarcha Antiochenus in Anagogem Exameri Orat. 1. Πρὸς ταῦτα τὰ πετεινὰ ἐξεπετάσθη ἐκ τοῦ ζωοποιοῦ ὕδατος τοῦ ῥυέντος ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου πλευρᾶς ἐν τῷ τοῦ κρανίου τόπῳ, τὸ πρῶτον πάντων πετεινὸν ὁ ἅγιος λῃστὴς σὺν τῷ βασιλεῖ τῶν πετεινῶν Χριστῷ τῷ μεγάλῳ ἀυτῷ πετόμενος δι' ἀέρος εἰς τὸν παράδεισον. *Ad hæc volatilia auolarunt, ex viuifica aqua, quæ effluxit è latere Domini in Caluariæ loco, primum omnium volatile sanctus Latro cum volatilium Rege magno Christo volans per aërem*

in Paradisum. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus Orat. 3. contra Iconomachos cap. 51. Οὗτοι τοίνυν τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν καλῶς ἀγωνισάμενοι, τὴν πίστιν τηρήσαντες, τὸν δρόμον τελέσαντες, κόσμον καὶ κοσμοκράτορα νικήσαντες, τὴν καλήν τε πραγματείαν ἐμπορευσάμενοι, καὶ ἀλλαξάμενοι τῶν οὐχ ἑστώτων καὶ ῥεόντων τὰ εἰς ἀεὶ διαμένοντα, τοιούτοις ἀνδραγαθήμασι καὶ τηλικούτοις παλαίσμασι τῶν ἀμαραντίνων στεφάνων οἱ ἀξιόνικοι τῆς ἀληθείας μάρτυρες παρὰ τοῦ ἀθλοθέτου Θεοῦ κατηξίωνται, καὶ Χριστῷ εἰς αἰῶνα συμβασιλεύουσι, Χριστῷ συγκληρονομοῦσι, καὶ τὸν τῆς ἀθανασίας διαλαχόντες κλῆρον, ζῶσιν ἐν αὐτῷ ζωὴν τὴν ἀκατάλυτον, καὶ ἀμήρυτον, φωτὶ ἀϊδίῳ ἐναστραπτόμενοι, τῷ θείῳ κάλλει ἐναγλαϊζόμενοι, ταῖς ἄνω δυνάμεσι συγχορεύοντες. καὶ τί γὰρ πλέον ἢ Θεῷ συνεῖναι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν κατατρυφᾷν μακαριότητος, ἠξιωμένοι τῆς ἄνω δόξης τε καὶ λαμπρότητος; εἰ γάρ πως καὶ ἐκεῖ κεκρύφθαι αὐτῶν νῦν τὴν ζωὴν, ὅταν ὁ Χριστὸς φησὶ φανερωθῇ ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ αὐτοὶ σὺν αὐτῷ φανερωθήσονται ἐν δόξῃ. ὁ γάρ τοι τῶν μαρτύρων Θεὸς, Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, οὐ νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων Θεός ἐστιν, ὡς γέγραπται. Τοιγαροῦν αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ εἰσι, καὶ οὐ μήποτε αὐτῶν ἅψηται βάσανος, κἂν ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς τουτωνὶ τῶν ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα. οἱ δέ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ. οὐ τεθνήκασι γὰρ, ἀλλὰ ζῶσι, καὶ ὕπνος μᾶλλον τίμιος, ἢ θάνα-

τος

τῷ ἀπόδοσιν, οὐκ εἰς γῆν ἀποδύντες, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἀναπτάντες. τὴν γὰρ φθαρτὴν μεταστάντες, καὶ ἐπικήρειον, ἐφ' ἑτέραν βιοτὴν μετετάξαντο τὴν ἀγήρω τε καὶ μακραίωνα. διόπερ ἐν ταῖς ὁσημέραι παρ' ἡμῖν ᾀδομένοις κατ' ἐκεῖνο δὴ τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ ἐφυμνίου μέλους ἐναρμόνιόν τι μέλποντες οἷα πρὸς ζῶντας ἐν Θεῷ τοὺς ἁγίους, εὐλογεῖτε πνεύματα, καὶ ψυχαὶ δικαίων τὸν Κύριον, λέγομεν, καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ αὖ τὴν ᾠδὴν Κυρίου ᾄσωσιν ὡς ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερᾶς ὁμηγύρεως, ὡς πορρωτάτω ἱστάμενοι, εἴπερ αὐτοῖς τεθνεῶτες οἱ ἅγιοι ἐλογίσθησαν. *Hi itaque cum bonum certamen præclare certassent, fidem custodissent, cursum consummassent, mundo, mundique Principe debellatis, bonamque negotiationem peregissent, & instabilia, fluxaque cum ijs, quæ semper permanent immutassent, tot optime rebus gestis, & similibus certaminibus immarcescibilium coronarum, qui digne victoriam reportarunt, veritatis testes ab athlotheta Deo digni facti sunt, & vna cum Christo in perpetuum regnant, cum Christo hæredes effecti, & immortalitatis participes viuunt, in eo vitam indissolubilem & continuam, lumine sempiterno illustrati, diuina pulchritudine exornati, cum superioribus potestatibus choreas ducentes. Quis enim maius quidpiam conciperet, quam esse cum Deo, indeque emanante beatitudine perfrui dignos fieri, & sempiternam gloriam & illustrationem possi-*

poſſidere? Nanque licet modo videatur eorum vita quodammodo tegi, cum Chriſtus ait apparebit vita noſtra, tum & ipſi cum eo reuelabuntur in gloria. Martyrum ſiquidem Deus, Deus Abraham, & Iſaac, & Iacob non mortuorum ſed viuorũ Deus eſt, vt ſcriptum eſt. Quare Sanctorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illas tormentum, etſi viſæ oculis horum inſipientium mori, & exitus earum noxa reputata ſit, & ex nobis tranſitus contritio, illi autem ſunt in pace. Neque enim mortui ſunt, ſed viuunt; & ſomnus potius pretioſus quam mors eſt mors eorum, qui non ſubtus terra ſubingreſſi ſunt, ſed in cœlum aduolarunt: nanque ex corruptibilibus atque fluxis educti in aliam vitam prælongam, & nunquam ſeneſcentem delati ſunt. Quapropter ſingulis diebus in ijs, quæ a nobis ſuccinuntur in fine illius cantici, moduliquе enarmonij ad Sanctos vti viuentes in Deo dicimus; Benedicite ſpiritus & animæ iuſtorum Dominum, & quæ hæc ſubſequuntur. Illi enim nunquam canticum concinnerent vti in terra aliena, & quam longiſſime a noſtro commercio diſtracti, ſi Sancti illi demortui reputarentur. Theodorus Patriarcha Hieroſolymitanus in Synodico, quod legitur Act. 3. Synodi ſeptimæ; Οὗτοι γὰρ αὐτοὶ ταμεῖα Θεοῦ καὶ καθαρὰ καταγώγια γεγόνασι, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀκηλίδωτα ἔσοπτρα. ἀλλὰ καὶ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐν χειρὶ Θεοῦ πεφήνασιν. ὡς γέγραπται.

πτ). ζωὴ γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, καὶ φῶς, καὶ οἱ ἐν χειρὶ Θεοῦ ὄντες ἅγιοι ἐν ζωῇ καὶ φωτὶ ὑπάρχουσιν. καὶ διὰ τοῦτο τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. οὗτοι ζῶντες ἐν παῤῥησίᾳ τῷ Θεῷ παρεστήκασιν. *Isti enim ipsi cellaria Dei & habitacula munda, sanctique Spiritus purissima specula facti sunt: Sed & ipsorum animæ in manu Dei sunt, vt scriptum est. Cum enim vita sit Deus & lux, & Sancti quoque, qui in manu Dei sunt, in vita & luce profecto consistunt: & ideo pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Isti viuentes fiducialiter Deo assistunt.*

Daniel Monachus in vita Ioannis Climaci; Καὶ ἀποπεραίνει τὸ τοῦ ὁρωμένου βίου πέρας ἐν τῇ ὁδηγίᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν Μοναχῶν, ἓν καὶ μόνον ἀνόμοιος Μωσεῖ γεγονὼς, ὅτι ἐκεῖνος τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ εἶδεν, ἥτις ἐστὶν ἡ κάτω Ἱερουσαλὴμ, διὰ τὸ εἰπεῖν μετ᾽ ἐπιτάσεως, μήτι ἐκ τῆς πέτρας ταύτης δέοιτο ὑμῖν ὕδωρ; πρὸς τὸν ἀγνώμονα λέγων Ἰσραήλ. οὗτος δὲ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἥ ἐστιν ἐπαγγελίας, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. *Et tandem ad præsentis vitæ metam peruenit, cum deduceret Monachos Israëlitas, vna dumtaxat in re Mosi dissimilis, quod ille terram promissionis, terrestrem nempe hanc Hierusalem non viderit, eo quod cum exaggeratione ad ingratos Israëlitas dixerit; nunquid ex hac petra aquam vobis eliciam? Hic autem in supernam Hierusalem intrauit, quæ est promissionis, regnum cœlorum,*

quod consequuntur affectuum vacuitas, & cognitio. Gregorius Diaconus, & Referendarius in Laudatione sancti Demetrij Martyris; Ταῦτα τῶν αἰωνίων τῷ μάρτυρι ἀπολαύσεων ἀρραβὼν, ὧν ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε τὸ εὐπρεπὲς, οὖς οὐκ ἤκουσε τὸ ἡδὺ, ὧν οἱ ἀπ' αἰῶνος δοξάζαντες ἀπολαύουσιν, Ἀγγέλων χοροστασίαι, Πατριαρχῶν ὅμιλος, σύλλογος Προφητῶν, Ἀποστόλων χορὸς, ἐκλογαὶ Διδασκάλων, Μαρτύρων τάγματα, οἷα Δημήτριος πᾶσιν ἁμιλληθεὶς, μᾶλλον δὲ πάντων ἅπαντα συλλαβὼν, καὶ τὸ ἑκάστῳ λεῖπον μέρος ἀναπεπληρωκὼς τῇ ἀπολαύσει τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης ψυχῆς ἀγαπῶσι συγκοινωνεῖ, καὶ συναγλαΐζεται. *Hæc sempiternarum fruitionum Martyri arrhabo fuere, quorum pulchritudinem oculus non vidit, nec dulcedinem auris audiuit, quorum qui a seculo Deum glorificauerunt, participes fiunt, Angelorum choreæ, Patriarcharum cœtus, Prophetarum conuentus, Apostolorum chorus, Doctorum delectus, Martyrum cohortes, cum quibus cum Demetrius concertasset, imo vniuersorum omnia collegisset, & defectus in vnoquoque complesset, fruitionis eorum, quæ Deus diligentibus se ex toto corde præparauit, particeps fit, & condecoratur.* Michaël Monachus in vita sancti Theodori Studitæ: Αὐτόθι διατριβόντων αὐτῶν, παρέδωκε τὴν ἁγίαν ψυχὴν, καὶ προσετέθη τοῖς ἐξ αἰῶνος δικαίοις ὁ διὰ παντὸς τὸν ἑαυτοῦ βίον ὑπὲρ δικαιοσύνης δε-

διωκόμενος, τοῖς ὁσίοις ὁ τῆς ὁσιότητος ἐραστὴς καὶ ἐργάτης, τοῖς Μάρτυσιν ὁ φιλόμαρτυς, καὶ συναθλητὴς πολύαθλος, τοῖς Ἀποστόλοις ὁ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις δρόμον σταδιεύσας τῆς πίστεως, τοῖς Προφήταις ὁ τῷ ἴσῳ τετιμημένος παρὰ Θεοῦ χαρίσματι, καὶ τὰς ἐκείνων σφραγισάμενος διὰ πραγμάτων προῤῥήσεις, ὡς ἅτε τὴν τοῦ Ἐμμανουὴλ ἐνανθρώπησιν διὰ συμβόλων ἱερῶν πάντῃ καὶ πάντως τιμᾶσθαι βεβαιωσάμενος, πᾶσι τοῖς ἁγίοις Ἀγγέλοις, ὁ παντὶ σθένει τὴν ἐκείνων ἐζηλωκὼς μετὰ σαρκὸς πολιτείαν, τῷ παντοκράτορι Θεῷ καὶ κυρίῳ τῆς δόξης καὶ βασιλεῖ τῶν ἁπάντων, ὁ τὰς ἐπιγείους καὶ μερικὰς βασιλείας διὰ τὸν ἐκείνου φόβον ἀντ' οὐδενὸς λογισάμενος, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην δόξαν ὡς πηλὸν καταπατήσας, καὶ γενόμενος κατὰ τὸ δυνατὸν θεοειδὴς καὶ χριστοείκελος. *Ibi vero illis commorantibus, sanctam suam animam tradidit, & appositus est cum Iustis a seculo, qui per totam suam vitam ab omnibus propter iustitiam persecutionem passus est, cum Sanctis qui sanctitatem impensius amauerat, operatusque est, cum Martyribus Martyrum amator, & concertator, & multarum victoriarum reportator, cum Apostolis, qui eundem cum illis cursum pro fide cucurrerat, cum Prophetis æquali munere condecoratus, & qui eorum vaticinia rebus ipsis sigillauerat, tanquam qui Emmanuelis humanitatem per sacra symbola locis & modis omnibus in honore habendam esse, constabiliuerat, cum sanctis*

Angelis

Angelis, qui eorum institutum in carne summis conatibus æmulatus fuerat. cum Deo omnipotenti, & gloriæ Domino, & vniuersorum Rege, qui terrena & particularia regna propter illius metum pro nihilo reputauerat, & omnem humanam gloriam veluti lutum conculcauerat, factusque est, vti concedebatur Deo, Christoque similis.

Theodorus Cyzici Episcopus in Laudatione S. Blasij Martyris; Ἐν ᾧ γὰρ τετελείωτο τόπῳ σὺν τοῖς συνάθλοις παισὶ παρὰ τῶν πιστῶν ἐναποτεθεὶς, ἰάσεων πηγὰς ἀναβλύζει τοῖς πέρασι, καὶ τῷ ἀσέκτῳ φωτὶ παρεστηκὼς νῦν σὺν τοῖς ἁγίοις Ἀγγέλοις τῆς θείας καὶ τρισοφαοῦς μοναρχίας, καὶ ταύτην καθ᾽ ἑκάστην ὑπὲρ ἡμῶν ἐξιλεούμενος, πάντα ἡμῖν ἐπιχορηγεῖ δαψιλῶς τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτήματα. *In loco vbi vitam finierat, vna cum pueris, qui cum eo certauerant a fidelibus appositus sanitatum fontes ad vsque terræ fines emittit, & immenso lumini adstans, nunc cum sanctis Angelis diuina & trilumine Monarchia perfruitur, & quotidie illam nobis propitiam reddens, largiter nobis omnia postulata, quæ ad salutem conducant, suppeditat.* Georgius Grammaticus in Laudatione sanctarum Barbaræ & Iulianæ Martyrum; Ὑμῶν αἱ μακάριαι ψυχαὶ τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος εἰσφθάσασαι ἐλόμεναι μύρα τὰς ἀρετὰς ὄρθριαι ἐν τῷ φωτὶ τοῦ Κυρίου ἀπήντησαν αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς τοῦ πατρὸς

Ἄγγελον ἰδὸν Χριστὸν, τὸν σκυθρωπὸν αὐταῖς τῶν γηΐνων ἐλπίδων ἀποκεκυληκότα λίθον. *Beatæ vestræ animæ corporis interitu cum sibi proposuissent attingere vnguenta virtutes, matutinæ surgentes in lumine Domini assecutæ s nt, & magni consilij Patris Angelum Christum viderunt, qui tristem ipsis rerum terrenarum lapidem, spem nempe reuoluit.* Et infra; Χαίρετε ὅτι φθαρτοῖς ἄφθαρτα ἀνταλλαξάμεναι ταῖς ἄνω συνδιαιτᾶσθε χορείαις. στεφηφοροῦσαι γὰρ εἰς τὸ ἐνδότερον εἰσεληλύθατε καταπέτασμα, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. διὸ ὡς ἐπιθαλάμιον ἡμῖν ᾠδὴν ἀναχεούων τὴν τῶν ἐγκωμίων ταύτην ἐκξαγωδῶν δεκάλογον ἦσα. *Gaudete, quod corruptibilibus cum incorruptibilibus immutatis superioribus choreis vna simul consuescitis: nanque coronatæ in interius velum ingressæ estis, in quod præcursor pro vobis Christus ingressus est. Propterea- que veluti nuptialem vobis canticum personans, hanc laudationem decalogum magnifice scribo.* Michaël Syncellus in Laudatione S. Ignatij Patriarchæ Constantinopolitani; Ἀλλ' ὦ Θεοῦ ὄντως ἄνθρωπε, νῦν ἄνωθεν ἐποπτεύοις ἡμᾶς ὁ μηδὲν ἀπολείπων Ἀγγέλου, ἅτε μᾶλλον τοῦ σώματος λελυμένος, καὶ τὰς πέδας τῆς ἰλύος ἀποβαλών. *Sed o vere vir Dei, qui nihil admodum à beata Angelorum differs natura, iamque ab omni concretione corporis liber, corporis nempe seu limi compedibus expeditus, e cœlo nos modo respice.*

respice. Michaël Archimandrita de vita sancti Nicolai Myrrhensis; Ἀμέλει τοι οὕτω πολιτευσάμενος ἐν τῇ Μυραίων μητροπόλει, καὶ μυρίσας ἅπαντας τῇ εὐωδεστάτῃ αὐτοῦ καὶ πανοσίᾳ βιοτῇ, καὶ ἱεραρχίᾳ, κατέλιπε τὴν ἐπίκηρον ζωὴν, καὶ πρὸς τὴν ἀΐδιον μετετέθη ἀνάπαυσιν, χοροῖς Ἀγγέλων συνευφραινόμενος, καὶ δήμοις Πατριαρχῶν συγγηθόμενος, καὶ πρεσβεύων ἀπαύστως ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει αὐτὸν μετ' εὐφροσύνης προσκαλουμένων. *Quare hunc in modum vita exacta in Myrrhensium Metropoli, & suauissimo, sanctissimoque vitæ instituto, atque hierarchia omnia odore replens, fluxam hanc vitam deseruit, ad sempiternam requiem translatus, choris Angelorum congaudens, & simul cum Patriarcharum cœtibus exultans, & indesinenter deprecans pro ijs qui eum cum lætitia & fide deprecant*. Leo sapiens Imperator Laudatione in S. Ioannem Chrysostomum; Καὶ οὕτω συναποτίθεται μὲν τὸ καρτερικώτατον ἐκεῖνο καὶ ἅγιον σῶμα τοῖς τῶν Μαρτύρων ἐνταῦθα σώμασιν, ἡ δὲ μακαρία καὶ θεοειδεστάτη ψυχὴ ταῖς ἀχράντοις χερσὶ τοῦ ἀθανάτου πάντων Βασιλέως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Et hoc modo corpus illud validissimum & sanctum cum Martyrum, qui ibi erant, corporibus reponitur: anima vero beata & diuinissima immaculatis immortalis omnium regis Domini & Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi manibus*. Oratione in S. Nicolaum;

Ἀλλ' ὦ μετὰ θνητῶν ἀθανάτως βιώσας. ὦ δόξης ἀκηράτου, εἴτις ἄλλος, κἂν τοῖς ἐπικήροις κληρονομήσας. ὦ ἀξίως τῷ μεγάλῳ θύματι, καὶ ἀρχιερεῖ λειτουργήσας. ὦ νῦν ἐκείνων ἀπολαύων, εἰς ἃ καὶ Ἄγγελοις ποθεινὸν παρακύπτειν. οἷς τῷ Λόγῳ διὰ τοῦ προσλήματος, καὶ τῆς καθαρᾶς πολιτείας συνάπτῃ, τούτου δὲ τῆς συνεδρίας, καὶ τῆς δόξης μετέχων. *Sed o qui cum mortalibus immortalem vitam egisti. o qui incorruptæ gloriæ si quis alius etiam in corruptioni obnoxijs hæres factus es. o qui digne magnæ hostiæ & summo Pontifici administrasti. o qui nunc illis perfrueris, in quæ desiderant Angeli prospicere, quibus Verbo propter assumptionem, & purum vitæ institutum adiungeris, cuius consessus & gloriæ participas.* Oratione in S. Tryphonem; Αὕτη τοῦ στεφανίτου ἡ πάλη. τοιοῦτον τῆς ἀληθείας τὸ τρόπαιον. ἠλάλαξεν τῶν Μαρτύρων τὰ πλήθη. πύλαι οὐρανοῦ ὑπεδέξαντο μετὰ σεμνοῦ τοῦ τῆς νίκης χρώματος τῆς ἀληθείας τὸν στρατιώτην. ὁ στεφανοδότης τὴν καλὴν ἐστεφάνωσε διαδήματι κεφαλήν. ὡμολόγησε κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐνώπιον τοῦ πατρὸς, ἀνθ' ἧς ἔδωκεν ὁμολογίαν ἐνώπιον ἀνθρώπων αὐτῷ. ἐνέδυσεν ἔνδυμα ἀφθαρσίας, ἀνθ' ὧν τὸ τῆς φθορᾶς ὕφασμα τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγῶσιν εἶδε διεῤῥωγός. *Hæc lucta fuit Athletæ coronati. Hoc veritatis trophæum. Iubilauit Martyrum multitudo. Cœlorum portæ exceperunt cum graui victoriæ ornamento veritatis militem. Coronarum dator præpulchrum*

diade-

diademate caput coronauit. Faſſus eſt ante Patrem eum regni participem, pro ea quam ille dederat coram hominibus confeſſionem. Induit eum veſte immortalitatis propter ea, quibus corruptionis texturam certaminibus in ſui gratiam initis vidit diſcerptam. Et; Οὕτως ἔτι καλλοναῖς ἀοράτοις, τὸν οὗ μηδὲν διαφεύγει τὴν ὅρασιν καταθέλξας ὀφθαλμὸν, ὥσπερ ἐρωτικὰ δῶρα λαμβάνεις τὰ θαύματα. νῦν δὲ λύσας τοὺς δεσμοὺς τῆς σαρκὸς, καὶ μετὰ λαμπρᾶς τῆς τῶν ἄθλων προσαγωγῆς τῷ ἐραστῇ προσιὼν, μεγαλοπρεπεστέραις τιμᾷ δωρεαῖς, προστιθεμένης τῇ προτέρᾳ φιλοτιμίᾳ τῆς ἀμοιβῆς τῶν καμάτων. νῦν μετὰ χορῶν ἐκείνων, οἳ φῶς ὄντες πληροῦσι τὴν λειτουργίαν, τῷ μεγάλῳ φωτὶ ἄϋλος ἀΰλοις συνεορτάζεις, σεβάσμιος αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεμορφῶσθαι τὰ δεσποτικὰ παθήματα καθορώμενος, καὶ ἣν πρότερον τοῦ πηλίνου πάχους ἐπικειμένου τοῦ κάλλους κατανοοῦντες ψυχὴν ἀπεθαύμαζον, ἄρτι καθαρῶς τὴν ἀρετὴν ὁρῶντες ἐπιπλέον αὐτῆς τοῦ πόθου τῇ ἴυγγι ἕλκονται. νῦν ἧς ἀῤῥαβῶνα γλυκύτητος τὸ πικρὸν τῶν βασάνων ἐδέχου κατατρυφᾷς, οὐκ ἐλπιζομένης, ἀλλὰ παρούσης τῆς ἀπολαύσεως. ἀλλὰ τούτοις μὲν ἄνω χαίρει τοῦ θείου ἐμφυσήματος ἔργον ἡ μακαρία ψυχή. *Sic adhuc inuiſibilibus pulchritudinibus, cuius oculorum aciem nihil fugit, oculum deliniens: vti amatoria munera miracula accipis. Veruntamen nunc carnis vinculis ſolutis, & cum præfulgida certaminum oblatione amatori obuiam factus,*

magni-

magnificentioribus donis remuneraris, cum primis honoribus laborum remuneratio addatur. Nunc cum choris illis, qui lumen existentes magno illi lumini administrant, immateriatus cum immateriatis dies festos agis, venerandus illis, quod in passiones Domini immutatus esse videris, & quam prius lutea crassitie obductam pulchritudinem considerantes, animam admirabantur, nunc pure virtutem conspicientes magis ac magis desiderij illecebris attrahuntur. Nunc dulcedine, cuius arrhabone tormentorum amaritudinem excipiebas, perfrueris, & non sperata sed præsente perfruitione deliciaris. Et his quidem in superioribus gaudet diuini opus inflatus, beata anima. Oratione in sanctum Demetrium, quæ incipit; Οὐδὲν ἔπω παρασκευάζει χαίρειν. Ἑορτάσωμεν οὖν, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης ὁ μέγας μάρτυρ Δημήτριος τῶν πόνων καταπαύσας εἰς τὴν μακαρίαν ἀνάπαυσιν μετεσκήνωσεν, ἐν ᾗ πρὸς τὸν ἀθλοθέτην τοὺς ἀντιπάλους καταισχύνας παρέστη, καὶ τὴν ἀοίδιμον κεφαλὴν τῷ στεφάνῳ τῆς δόξης κατεκοσμήθη. *Diem itaque festum agamus, & lætemur hoc sacro die, in quo generosus Christi miles, magnus martyr Demetrius, cum cessasset a laboribus in beatam requiem transmigrauit; in qua coram Athlotheta aduersarios rubore suffundens adstitit, & præcelebre caput gloriæ corona exornatus est.* Et alia Oratione in eundem

dem Sanctum; Θεὸς ἐν μέσῳ Θεῶν τοῖς συγκληρονόμοις τῆς δόξης αὐτοῦ δεξιούμενος τὸν ἀγωνιστὴν ὑπεδέχετο. ὦ μακαρίου θεάματος. ὦ γλυκείας ἀπολαύσεως. ὦ δόξης καὶ ἀγαλλιάσεως, ἧς οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ παρόντος αἰῶνος. οὕτω μὲν οὖν ὁ μάρτυς τῶν ὀστρακίνων ἐλύτρων περιῤῥηξάμενος τὰ κωλύματα πρὸς τὰς αὔλους ἀπέπτη μονάς. κἀκεῖ ἔσχεν ἐκεῖ τὸ πόθου τὸ τέλος εἶδε καθαρῶς ὃν τοῖς ἐσόπτροις ὁρῶν οὐκ ἠνείχετο μένειν, ἀλλὰ καὶ τελῶν ἔτι κάτω, ὅλον εἶχε τὸν νοῦν τοῖς ἄνω συνεπαιρόμενον. ἐκληρονόμησε δόξαν δι' ἣν τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀπέθετο δόξαν. συνηριθμήθη μετὰ Ἀγγέλων, ὧν τὴν πολιτείαν ἐμιμήσατο. εὐφράνθη Πατριαρχῶν χορείαις, ὧν ἠκολούθησεν ἴχνεσιν. *Deus in medio Deorum gloriæ suæ cohæredem Athletam excipiebat. o beatum aspectum! o dulcem perfruitionem! o gloriam et exultationem, cuius nõ sunt dignæ passiones huius seculi. Hac ratione Martyr testaceorum velaminum impedimentis diruptis ad immateriatas stationes auolauit. Ibique absolute votorum compos factus est. Vidit pure, quem in ænigmatibus videns immorari non sustinebat, sed licet in inferioribus esset, tota mente ad superiora efferebatur. Hæres factus est gloriæ, ob quam humanam gloriam nihili fecerat, annumeratus est cum Angelis, quorum institutum æmulatus fuerat. oblectatus est Patriarcharum choreis, quorum vestigia secutus fuerat.* Oratione in omnes Sanctos; Τοῦ δ' ἐν ἡμῖν πυρὸς ὑπέκκαυμα γινόμενον, λαμπροτέραν

αἰη-

αὐῆπε φλόγα τῆς Χριστοῦ ἀγαπήσεως, οὗ νῦν ὡραίοις ποσὶ τὸν φαιδρὸν νυμφῶνα χορεύοντες εὐφραίνεσθε, ἀντὶ τῶν δριμυτάτων ἀλγηδόνων, ἡδυτάταις ἐνζυφῶντες ἀπολαύσεσιν. ἀντὶ τοῦ πυρὸς μετὰ τῶν φλογερῶν συμπαρίστασθε τάξεων, ἤπου δὲ τούτων ἐγγυτέρω. τολμήσει γὰρ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ λόγος, ὅσον δὲ τῇ ἐκμιμήσει τῶν παθημάτων ἐγγύτεροι. ἀντὶ τῆς ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ ταλαιπωρίας, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ οἶδεν, δὲ οὗς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, προτίθεται τράπεζα φέρουσα ἀγαθά. ἀντὶ τῆς ἐν γυμνότητι πήξεως, στολισμὸν φωτὸς περιβάλλεσθε. ἀντὶ τοῦ σκορπισμοῦ τῶν μελῶν, τὴν ὁλοκληρίαν τῆς ἀρχαίας ἀπειλήφατε πλάσεως. ἀντὶ τῶν κενωθέντων αἱμάτων, τὰς πηγὰς προχεῖτε τῶν ἰαμάτων. *Quin & diuinum ignem exsuscitans, longe splendidiorem flammam dilectionis Christi accendit. Cuius nunc speciosis pedibus thalamum circumsistentes, exultatis, loco immanissimorum cruciatuum suauissimis voluptatibus perfusi. loco ignis adsistitis nunc cum flammeis illis ordinibus, imo & his propius etiam imitatione ad passiones Christi accessistis. Loco conflictationis cum fame & siti proponitur vobis mensa eiusmodi, ferens bona, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Loco nuditatis, stola lucis amicti estis. Loco membrorum disiectorum, integram illam & primæuam hæreditatem adepti estis. Loco effusi sanguinis, fontes curationum funditis.*

Et

Et in carminibus Iambicis de sancto Clemente Ancyrano.

Καὶ δὴ πρὸς αὐτὸν τὸν λόγον τεθυμένον
Σπείσαντες ἐκτέμνουσι Κλήμεντος κόμην,
Κόμην ἐκείνην, ἣν ἀκηράτῳ στέφει,
Ζωαρχικῇ πλακέντι χειρὶ δεσπότου,
Τιμωμένην ὁ δῆμος Ἀγγέλων βλέπων
Ἐπιστρέφοντος τῇ βοῇ τῶν ἀσμάτων
Ἀνηλάλαξαν τῶν ἀγώνων τὸ κράτος.

Etiam ad ipsum Verbum sacrificatum libantes caput Clementis precidunt, caput illud quod in perpetuum coronat, corona vitam dante, manu Domini implexa, & honoratum videns Angelorum multitudo, vertentes se ad sonum canticorum ob robur certaminum iubilarunt. In Codicis m.s. Vaticani cclxxiiij. margine scriptum est. Μετέστη πρὸς τὰς αἰωνίους μονὰς, ἔνθα καὶ ζῶν εἶχε τὸ πολίτευμα ὁ ἅγιος Εὐθύμιος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, ὁ κατ᾽ ἐξοχὴν μέγας, κατὰ τὴν κθ' τοῦ μαρτίου μηνὸς τῆς θ' ἰνδικτιῶνος, τοῦ ςϡκδ' ἔτους. ὅτε Ἄγγελοι μὲν ἐγήθησαν ἐν οὐρανῷ τὴν θείαν ἰδόντες ἐκείνου ψυχήν. ἄνθρωποι δὲ μέγα ἐπένθησαν ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ εἰρηνικοῦ, καὶ πράου, καὶ καλοῦ στερηθέντες ποιμένος καὶ Διδασκάλου. *Ad sempiternas mansiones, in quibus & viuens conuersabatur, immigrauit sanctus Euthymius Patriarcha Constantinopolitanus, ob excellentiam magnus, vigesimo nono Martij, Indictione nona. anni 6924. cum Angeli in cœlo lætati sunt, diuinam*

nam illius animam conspicati, homines vero in terra indoluerunt, pacifico, mite, & probo Pastore & Doctore priuati.

Anonymus in Mariam Romani Imperatoris Constantinopolitani coniugem.

Τάφος τὸ σῶμα, πνεῦμα κέλπτουται πόλος
Τῆς πάντα χρηστῆς καὶ σεβαστῆς Μαρίας,
Ἁγνοῖς, ἀμέμπτοις, ἣ συνήφθη πρὶν γάμοις
Τοῦ γῆς λαχόντος Ῥωμανοῦ τὰς ἡνίας.
Αὖθις προσηρμόσθη δὲ κρείττονι τρόπῳ
Τῷ παμβασιλεῖ καὶ Θεῷ καὶ νυμφίῳ
Τῇ τῶν Μοναστῶν εὐλαβῶς ἐπενδύσει.
Καὶ προῖκα δοῦσα πᾶσαν αὐτῆς οὐσίαν
Ἐκ δεξιῶν ἕστηκεν αὐτοῦ παγκάλη,
Ταῖς ἀρεταῖς ἄνασσα κεχρυσωμένη.

Sepulchrum corpus, spiritum Polus in sinum recipit perquam optimæ venerandæque Mariæ, quæ antea puris inculpatisque nuptijs coniuncta est Romano, qui habenas sortitus fuerat terræ. rursusque adaptata est meliori conditione omnium regi & Deo & sponso, Monialium pie habitu. & cum sponte dedisset omnem suam substantiam a dextris stat illius pulcherrima, virtutibus Regina inaurata. Leo Siculus Grammaticus Laudatione in Nectarium Patriarcham Constantinopolitanum. Τί δ' οὐ φημι τὴν εὐλογοπρεπεστάτην τῶν νοουμένων φύσιν; τὰ θεῖα νοήματα, καὶ νοΐ παραχθέντα, τὰ πρώτως λαμπόμενα ἐκ Θεοῦ φάη ἐπεφοιτήκασι καὶ αὐτὰ παραλη-

ψό-

ψόμενα τὴν ὁμότροπον ἐκείνοις, μακαρίαν ψυχὴν, καὶ παραστήσοντα ταύτην τῷ ὑψίστῳ, καὶ φρικωδεστάτῳ τοῦ παμμέδοντος θρόνῳ. οἶμαι δ' ὅτι καὶ οἱ θεῖοι δῆμοι τῶν προλαβόντων ἀπ' αἰῶνος ἁγίων ταῖς τῶν ἀσωμάτων συναγειρόμενοι στρατιαρχίαις κατήεσαν καὶ αὐτοὶ, μεθέξοντες τῆς θείας ἐκείνης συνάξεώς τε καὶ προπομπῆς. συνευφραινόμενοι ἅμα καὶ συναγαλλόμενοι, ὁρῶντες ἑαυτοὺς, οὗπερ ἐκπέπτωκεν Ἀδὰμ ἐπιθυμήσας, ἀπολαύοντας δηλαδὴ τῆς θεώσεως, καὶ τὰς ὕπερθε μονὰς, ὧν Σατὰν ἐξῳκίσθη ἐπειληφότας ἀϊδίως καὶ ναίοντας, καὶ νῦν Νεκτάριον ἀπολαύοντες τὸν πάνυ ἀγαλλιζόμενον. μᾶλλον δὲ συγχαίρουσι, μείζονα ὧν πεπράχασι κατειληφότες τὰ ἔπαθλα. *Quare autem non dico immaterialem, primumque conditam intellectualium naturam, diuinos intellectus, intellectuque productos, prius illuminata ex Deo lumina quoq; ipsa? accessere, moribus non sibi absimilem animam, receptura, illamque excelsissimo & tremendissimo vniuersorum Domini throno exhibitura. Opinor etiam diuinas familias Sanctorum, qui a seculo præcesserunt cum incorporeorum cohortibus collectas descendisse & ipsas diuinæ illius coactionis, pompæque futuras participes, insimul gaudentes, exultantesque lætitia, cum vident semetipsas, cuius desiderio inflammatus Addamus excidit, eo se perfrui possidereque, Deos scilicet fieri, supernasque stationes, e quibus Satan eiectus est, in æternum recepisse, et habitare. Et nunc demum*

Ne-

Nectarium magnum vna sibi adnumeratum, aspicientes, maiori lætitia efferuntur, dum eorum, quæ passi sunt, maiora præmia receperint. & infra.

Οὐκ ἄξια γὰρ ὥς φησί που ὁ Παῦλος
Καιροῦ τὰ παθήματα τοῦ νῦν τυγχάνει,
Πρὸς δόξαν, ἣν λάβωσι δίκαιοι τότε
Ἀνακαλύπτως καὶ πεφανερωμένως.
Θίασος ἔνθα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἅπας
Συνειλοχεὶ πάνδημος ἁγίων ἅμα
Εἰς βασίλεια καὶ μέλαθρα τῶν πόλων,
Ὧν ἐν μέσῳ πέφηνεν ὢν Θεὸς μέσος.
Παρίστασαι δὲ τῷ παντάνακτος θρόνῳ,
Καὶ ταῖς ἀΰλοις τάξεσι τῶν Ἀγγέλων
Συναγελάζῃ, καὶ συνευφραίνῃ μάκαρ,
Θεὸν σὺν αὐταῖς καθορῶν ἀϊδίως
Καθάπερ ἐξὸν ἐμφανεῖν τοῖς ἁγίοις
Μετὰ θέωσιν, ἤτοι γύμνωσιν ὕλης.
Τριὰς πεφυκὼς καὶ μονὰς αὐτὸς μόνος,
Ἧς οὐδὲν ἶσον, οὐδὲ μεῖζον τυγχάνει,
Ἀγαθὸν ἀκρότατον, ἔξοχον μόνον,
Ἧς ἀπολαύεις σὺν ἀΰλοις Ἀγγέλοις.
Ταύτης μετὰ πάντων δὲ τρυφᾶς ἁγίων.

Non enim condignæ sunt, vt quodam in loco Paulus ait, huius temporis passiones ad gloriam, quam tum iusti recipient, absque vllo velo & aperta facie. Vbi societas omnium qui a seculo sunt, Sanctorum insimul inhabitat in regnis & palatijs polorum, quorum in medio apparet medius

dius existens Deus. Tu vero adstas vniuersorum Domini throno, & cum immaterialibus Angelorum ordinibus cohabitas et congaudes, o Beate, Deum cum ipsis perpetuo intuens, vti fas est Sanctis manifesto reuelari, post deificationem, siue materiæ depositionem. trias existens vnitasque ipse solus, cui nihil par, aut maius est, supremum bonum solum ac præcipuum, qua perfrueris cum immateriatis Angelis, & cum omnibus Sanctis deliciaris.

Basilius Imperator vniuersæ Russiæ, & aliarum partium Orientalium Epistola de translatione reliquiarum suæ Matris; Προσέτι δὲ ἀποστεῖλαι εἶχον καὶ Πέτρον τὸν υἱόν μου καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἀγγελίναν. ἀλλ᾽ ὁ Κύριος καὶ Θεός μου προειδὼν τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα, ἀνελάβετο αὐτὰ εἰς τὰ αἰώνια ἀγαθά. *Insuper volebam mittere Petrum filium meum, & Ioannem, & Angelinam, sed Dominus & Deus meus præuidens delicta mea, recepit eos in bona sempiterna,* Et infra; Καὶ τὴν πανένδοξον καὶ φωτοφόρον ἀνάστασίν σου δοξάζομεν. δι᾽ ἀυτῆς γὰρ κατῃσχύνθη ὁ ᾅδης, καὶ ὁ θάνατος τέθνηκεν, καὶ Διάβολος καταπεπάτηται· οἱ δὲ δίκαιοι πάντες καὶ δοῦλοί σου τῶν δεσμῶν, καὶ τῆς καταδίκης ἐκλυτρωθέντες, ζωὴν αἰώνιον ἔλαβον εἰς τοὺς αἰῶνας. *Et gloriosissimam & splendidam resurrectionem tuam glorificamus. Per ipsam enim Orcus pudore suffusus est, & mors demortua est, & Diabolus conculcatus est.*

Iusti vero omnes, & serui tui, e vinculis & condemnatione liberati, vitam sempiternam receperunt in secula. Et Doctrina ad filium Ioannem. Μνήσθητε, πῶς οἱ δίκαιοι κατακεκλεισμένοι ὄντες ἐν τῇ τοῦ ᾅδου φρουρᾷ καὶ βοῶντες ἀεὶ πρὸς Κύριον διὰ τῆς πανυμνήτου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου ἐλυτρώθησαν, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας κατηξιώθησαν. *Recordemini, quomodo iusti inclusi in Orci custodia, clamantesque semper ad Dominum per gloriosissimam nostram Deiparam liberati & digni regni cœlestis facti sunt.* Et alia; Καθὼς καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν οἳ ἦσαν ἐκ τοῦδε τοῦ κόσμου ἄνδρες καλοὶ καὶ γνωστικοί, καὶ τὰς ἰδίας ψυχὰς καθαρὰς ἀπεργάσαντο καὶ φωτεινάς. καὶ νῦν ἐν ἀληθείᾳ ὡς φῶς παρίστανται Χριστῷ τῷ Θεῷ. *Quemadmodum & animæ fratrum nostrorum, qui erant ex hoc mundo viri probi & intelligentes, & animas suas puras lucidasque effecerunt: & nunc in veritate sicuti lumen adsistunt Christo Deo.* Et alia; Καὶ ἡ τρυφὴ τοῦ παραδείσου ἐκ σοῦ τὸν γλυκασμὸν δέχεται, ἐν ᾗ οἱ ὅσιοί σου καὶ δίκαιοι ἀγαλλιώμενοι εὐφραίνονται, καὶ ὁ τῶν Μαρτύρων ἐστέφθη χορός. *Et deliciæ Paradisi, ex te dulcedinem possident, in quibus Sancti tui, iustique gaudentes animis oblectantur, & Martyrum chorus coronatus est.*

Hymnographi, siue Hymnodi, Georgius Rammata Troparijs in S. Nicolaum; Νῦν εἰσῆλθες τὰ ἄδυτα. νῦν τελεῖς τὰ ἀπόρρητα. νῦν

Θεῷ προσφέρεις τὰ τελεώτατα. ἱερουργεῖς τὰ οὐράνια, καὶ θύεις ξανώτερον τὰ τερπνά τε καὶ δεκτὰ τῶν ἁγίων εἰς ἅγια. ὅπου μέμνησο καὶ ἡμῶν τῶν ἐν πίστει σου τὴν μνήμην αἰδοφημούντων. *Nunc adyta ingressus es. nunc ineffabilia facis. nunc Deo perfectissima offers. nunc sacra celebras coelestia, & clarius sacrificas iucunda acceptaque in Sanctis sanctorum. ibi recordare nostri, qui tui in fide memoriam celebramus.* Gabriel Canone in eundem sanctum Nicolaum; Ἐπέβης ὀχήματος τῶν ἀρετῶν σου, καὶ γῆθεν ἀνέδραμες πρὸς τὰ οὐράνια, καὶ παρέστηκας ἐνώπιον Κυρίου, ποικίλοις χαρίσμασιν ὡραϊζόμενος. *Ascendisti currum tuarum virtutum, e terrenis ad coelestia accurristi, & adstas ante conspectum Domini varijs donis condecoratus,* Idem ibidem; Χορεύουσιν ἔνδοξε τὰ τῶν Ἀγγέλων στρατεύματα, καὶ κόσμου τὰ πέρατα πανηγυρίζουσί σε Νικόλαε, τὸν ῥύστην καὶ προστάτην πλησίον θεώμενα τοῦ παντοκράτορος. *Choreas ducunt, inclite, Angelorum cohortes, & orbis fines concelebrant te Nicolaë, seruatorem & defensorem coram omnipotente te videntes.* Manuël Phile Canone in eundem; Ὡς κλίμακα θαυμαστὴν τὰς πράξεις πήξάμενος, ἀνῆλθες εἰς οὐρανούς, καὶ νῦν αὐλιζόμενος ἐκεῖσε θεόληπτε μετὰ τῶν Ἀγγέλων ἐποπτεύεις τοὺς ὑμνοῦντάς σε. *Cum uti scalam admirabilem actiones Pater compinxisses in coelos ascendisti, & nunc ibi a Deo apprehense, inhabitans cum Angelis intueris laudantes te.*

 Philip-

Philippus Canone in ſanctum Ioſaphatum. Σὺν ἀσωμάτοις χορείαις τῷ τοῦ Θεοῦ θρόνῳ παριστάμενος, τοῖς αἰτοῦσι σε πιστῶς λύσιν δεινῶν κατάπεμψον. *Cum incorporeis choreis Throno diuino aſtans poſcentibus a te noxiorum ſolutionem demitte.* Idem ibidem; Ὁμιλήσας τοῖς προσκαίροις κακουχήμασιν ὁσίως ἐν ἀνδρείᾳ ψυχῆς, νῦν συνόμιλος τῶν Ἀγγέλων, καὶ συγχορευτὴς ἐγένου. *Cum caducis ærumnis verſatus ſancte cum animi fortitudine, nunc vna cum Angelis verſaris, & choreas ducis.* Theodorus Cœtonita Canone in Ioannem Euchaitorum Epiſcopum, cognomento Mauropodem. Ἀπολυθεὶς ἐκ τῆς σαρκὸς, ὡς ἐπόθεις, καὶ τῷ φωτὶ τῷ νοητῷ πλησιάσας τῆς ἐξ αὐτοῦ λαμπρότητος πεπλήρωσαι νῦν, οὗ μετρίως πρότερον τὰς ἐμφάσεις ἐδέχου, ὃν καὶ βλέπειν ἐσπούδασας οὕτω Πάτερ ὡς βλέπεις. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Ἀγγελικὴν ζωὴν μετῆλθες ἐνταῦθα μακάριε. *Reſolutus ex carne vt appetebas, & intellectuali lumini proximus factus, ſplendore ex ea emanante repletus es, cuius antea ſed moderate ſimulacra excipiebas, quem ſummo nixu conſpicere ſtudebas, eo modo Pater, quo nunc vides. Quapropter & Angelicam vitam traduxiſti hic, Beate.* Idem ibidem; Στῦλος μέγιστος πυρὸς ἐδείχθης τῆς ἐκ θείας σου λαχούσης ψήφου ἐπὶ τὴν ἄνω προηγούμενος πόλεως ἀληθινὴν, καὶ βεβαίας μητρόπολιν, καὶ τὰς ἐκεῖ καταπαύσεις πανόλβιε, οὗ νῦν πρέπουσαν δῶρον ἀμοιβὴν τῶν κόπων σου τῶν ὑπὲρ τοῦ

καλοῦ

καλοῦ χαίρεις ἄπαυστα. *Columna ignis maxima monstratus es, ex diuino quem sortitus es calculo, ductus ad supernam veram stabilemque urbium Metropolim, & in ea stationes, felicissime, cuius nunc addecentem tuis laboribus inuenta retributione pro pulchro lætaris indesinenter.* Idem ibidem; Ἀφεὶς τοῦ κόσμου τὴν ματαιότητα, καὶ διαβὰς πρὸς τὰς ὑπερκοσμίους λαμπρότητας, πρὸς αὐτὰ τὰ βέβαια καὶ ὄντως καλὰ ἔστης τοῦ πόθου μάκαρ, καὶ τῆς ἐφέσεως, δι' ἣν οὐκ ἠνείχου παροικεῖν διψῶν τοῦ θανάτου. *Relicta mundi vanitate, & supermundanos splendores pertransiens, ad ipsa stabilia vereque pulchra constitisti desiderij, votorumque, Beate. ob quæ non sustinebas peregrinari sitiens mortis.* Similia habent Nectarius Abbas Casulensis in Abbates Casulenses Iosephum, Nicolaum, Callinicum, & Hilarionem, & Ioannes Grassus illius discipulus Carminibus in Metropolitam Corcyrensem Arsenium. Nanque si omnia hic exscribere, quæ huc spectant, vellemus, nunquam opus exigerem. Tanta est similium copia. Quæ si tibi satis non fuerint, neque sexcenta alia, si addantur, satis fuerint.

Obruerem auctoritatibus eorum, qui visionem beatificam in sanctis iustisque hominibus post hanc vitam, contestati sunt, si omnia hic referre animus esset. interim, vt

tandem considerate scribere incipias, addã aliorum dicta post schisma, sic communem omnium Græcorum sententiam in visione diuina constabiliẽda ante diem iudicij videbis. Ioannes Mauropus Euchaitorum Episcopus Canone tertio in sanctum Nicolaum; Ὁσίως καὶ δικαίως βιώσας σὺν πᾶσιν ὁσίοις καὶ δικαίοις ἐν οὐρανοῖς ἐσκήνωσας, ὅσιος δεδειγμένος καὶ δίκαιος. *Sancte & iuste cum vitam traduxeris, cum omnibus sanctis & iustis in cœlis receptus es, sanctus iustusque commonstratus.* Canone 4. in eundem; Νείμας πλοῦτον τὸν ῥευστὸν καὶ ἐπίκηρον, πλοῦτον εὗρες ἐν ὑψίστοις ἀκήρατον, ἄῤῥευστον, καὶ τρυφὴν ἀγήρω, καὶ Θεοῦ βασιλείαν ἀσάλευτον. *Cum exhibuisses diuitias fluxas, & momentaneas, facultates inuenisti in excelsissimis, neque mutationi, neque fini obnoxias, & delicias nunquam senescentes, & regnum Dei inconcussum.* Ibidem; Ὕπνωσας ὕπνον τὸν ἀοίδιμον, καὶ μακαριώτατον, καὶ μακαρίας ἔτυχες ἐπουρανίου ζωῆς, τραφεὶς καὶ γὰρ ἐν πίονι γήρᾳ πρὸς τοὺς σοὺς Πατέρας μετέβης γηθόσυνος. *Obdormiuisti somnum per quam celebrem & beatissimum: & beatam assecutus es vitam cœlestem: nanque cum peruenisses ad pinguem senectam ad tuos Patres lætus transmigrasti.* Canone 5. Πύλαι σοι μεταστάντι ἠνοίγησαν οὐρανῶν, καὶ ὑπηντήκασιν τάξεις Ἀγγελικῶν δυνάμεων. σκηναὶ δὲ δικαίων ἐδέξαντό σε, στέφος κατεστεμμένον νίκης. *Portæ tibi transmigranti cœlo-*

rum

rum adaperta ſunt, & obuiam venere ordines Angelicarum Poteſtatum: Tabernacula vero iuſtorum exceperunt te, corona victoriæ coronatum. Canone 6. Τέτρωρον ἅρμα, ὄχημα πυρφόρων ἀρετῶν τὴν τετράδα πηξάμενος ἀνῆλθες εἰς τὸν οὐρανὸν, ὅπου πρόδρομος πρώην ἀνῆλθε Χριστὸς τῷ προσώπῳ αὐτοῦ ἐποφθησόμενος. *Cum quadrigam, vehiculum ignitarum virtutum quaternionem compinxiſſes, aſcendiſti in cœlum, quo præcurſor antea aſcendit, Chriſtus illius conſpectui viſendus.* Canone 7. Ἴδιον μὲν ἐπὶ γῆς οὐδὲν ἠνέσχου κεκτῆσθαι, διὰ τοῦτο τὴν ἐν οὐρανοῖς τρυφὴν ἐκληρώσω καὶ ἀπόλαυσιν, καὶ τὴν ἀΐδιον χαρὰν, καὶ διαρκῆ εὐφροσύνην, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν ἀνάπαυσιν. *Proprium quidem in terris nihil poſſidere paſſus es, propterea cœleſtes delicias comparaſti, & poſſeſſionem, & ſempiternum gaudium, & ſemper duraturam lætitiam, & quietem perpetuam.* Ibidem; Ὕλης ἁπάσης παθῶν καθαρίσας, καὶ ἀπαθείᾳ κοσμούμενος, ὡς καθαρὸς καθορᾷς καθαρώτερον τὸν πάντας καθαίροντα, καὶ ποθοῦντα θερμῶς τὴν ἡμῶν κάθαρσιν. *Ab omni materia paſſionum cum te expurgaſſes, & indolentia adornatus, vt purus purius conſpicis omnes expurgantem, impenſeque deſiderantem noſtram purgationem.* Ibidem; Νυνὶ τρανώτερον ἅμα καὶ καθαρώτερον, οὐκ ἐν αἰνίγμασι καὶ τύποις καὶ συμβόλοις, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ δὲ τὴν δόξαν κατοπτρίζῃ Χριστοῦ. *Nunc clarius ſimul & purius, non in*

ænigmatibus & typis & ſymbolis, ſed adaperta facie gloriam conſpicis Chriſti. Can. 8. Τῇ σκηνώσει τῆς ἐπιγείου οἰκίας φυσικῶς καταλυθείσης τῷ χρόνῳ, οἰκοδομὴν ἐκ Θεοῦ ἔσχες ἄλλην, ἀχειροποίητον ὄντως καὶ ἄϋλον, καὶ θείαν σκηνὴν ἐν οὐρανοῖς ἀκατάλυτόν τε καὶ αἰώνιον. *Tabernaculo terrenæ habitationis naturaliter tempore diſſoluto, aliam a Deo extructam habuiſti non manu factam, ſed vere immateriatam, & diuinum tabernaculum in cœlis indiſſolubile & ſempiternum*. Ibidem; Ἰδού σοι, φῶς ἀνέτειλε τριλαμπές. τῷ Πατρὶ γὰρ τῶν φώτων παρέστασαι δεύτερον φῶς τοῦ φωτὸς τοῦ πρώτου τῇ μετοχῇ. ἡ τοῦ φωτὸς δὲ σύζυγος εὐφροσύνη καὶ χαρμονὴ ἐδέξατό σε, Πάτερ. *Ecce tibi lumen exortum eſt ter ſplendens. Patri nanque luminum adſtas, lumen ſecundum primi luminis participatione. luminis vero ſocia diuina lætitia & gaudium te Pater exceperunt*. Idem ibidem; Ἠνοίγησάν σοι πύλαι τῶν οὐρανῶν, καὶ τὴν ἄνω Σιὼν εἰσελήλυθας μετὰ λαμπρῶν ἐπιβατήρων ὡς νικητὴς, συγχορευτὴς ἐπάξιος, καὶ συνθιασώτης Πάτερ φανεὶς Ἀγγέλων, Ἀρχαγγέλων, καὶ πάσης Ἐκκλησίας τῶν πρωτοτόκων, ὡς πρωτότοκος. *Apertæ ſunt tibi portæ cœlorum, & ſupernam Sion ingreſſus es, cum ſplendidis machinis vt victor, dignus, qui vna choreas ageres, & Angelorum & Archangelorum conſors apparuiſti, & vniuerſæ primogenitorum Eccleſiæ, vti primogenitus*. Et alibi; Ἤδη καθορῶν φανώτερον τὴν ξισολβίαν αἴγλην,

καὶ τρισυπόστατον, καὶ μαρμαρυγαῖς γῆς ἀκηράτου Θεότητος κατὰ μέθεξιν θείαν θεούμενος, μνημόνευε τῶν πόθῳ μνημονευόντων σου, Νικόλαε. *Iam aspiciens expressius splendorem ter beatum, & tribus hypostasibus consistentem, & splendoribus incorruptibilis Deitatis diuina participatione deificatus recordare eorum, qui tui desiderio recordantur, Nicolaë*. Idem Canonibus in magnum Basilium; Ἀναδραμὼν ἐκ τῶν κάτω πρὸς τὴν ἄνω πατρίδα, καὶ σὺν Ἀγγέλοις παρεστὼς τῷ θρόνῳ τῷ φρικτῷ τῆς ὑπερουσίου Τριάδος, ὑπὲρ ἧς ἠγωνίσω πρὸς δύναμιν ἐν γῇ μεμνημένος μὴ λίπῃς τῶν μεμνημένων σου. *Ex terrenis ad coelestem patriam ascendens, & adstans cum Angelis throno terribili supersubstantialis Triadis, pro qua certamina, vti vires concedebant, subiisti in terra, recordari ne cesses recordantium tui*. Idem; Νέφος παχὺ τοῦ σαρκίου διελθὼν, καὶ τὸ δάνειον διαλυσάμενος τῇ γῇ, ἀσχέτῳ τῇ ψυχῇ, καὶ νοῒ ἀΰλῳ νῦν εἰσελήλυθας τὸν ἀειδέον γνόφον, καὶ ἄϋλον Θεῷ ὁμιλεῖν, καὶ συνεῖν, καὶ συνευφραίνεσθαι. *Nebulam crassam carunculæ cum compressisses, & debitum terræ exsoluisses, libera anima & mente immateriata nunc in caliginem informem, & immateriatam ingressus es, vt vna cum Deo sis, & consuescas, & læteris*. Ibidem; Τῆς κεκρυμμένης ἐν Χριστῷ λαβόμενος ἀτελευτήτου βασιλείας, καὶ ἀρετῆς ἆθλον τὴν ἀπαρασάλευτον λαβὼν Βασίλειε οὐρανῶν βασιλείαν, ἵλεως αὐτόθεν εἴης ἡμῖν.

Abſcondito in Chriſto præhenſo indeſinente regno, & virtutis premium immobile Baſilie regnum cœlorum cum iam acceperis, provitius deſuper ſis mihi. Item; Ἀγγέλων ἀσαρκίαν μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς κατορθῶν διετέλεσας, καὶ μελετῶν τὴν ἀθανασίαν, ὡς ἐφικτὸν ἐν τῷ θνητῷ σου σώματι, ὅθεν μετ' Ἀγγέλων ἐν οὐρανοῖς ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ κατοπτρίζῃ Χριστοῦ τὴν δόξαν, ὦ Βασίλειε. *Angelorum carnis priuationem cum carne in terris cum laude imitans, & immortalitatem, uti fieri poteſt, mortali tuo corpore meditans, illud conſecutus es, ut cum Angelis in cœlis aperta facie Chriſti gloriam intuearis, Baſilie.* Item; Νῦν ἔνδον τῶν ἀδύτων κεχωρηκὼς τοῦ δευτέρου καταπετάσματος, ὅπου Χριστὸς πρόδρομος εἰσῆλθεν ὑπὲρ ἡμῶν, τὰ τῶν ἁγίων ἅγια βλέπεις τὰ πρωτότυπα καθαρῶς, ἐπόπτης χρηματίζων καὶ λειτουργὸς τῆς ἄνω σκηνῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος. *Nunc in adyta ingreſſus ſecundi veli, vbi Chriſtus præcurſor pro nobis ingreſſus eſt, ſancta ſanctorum prototypa conſpicis pure, aſpector & miniſter ſuperni tabernaculi exiſtens.* Idem Canonibus in S. Gregorium Nazianzenum; Ἰδοὺ ἀμέσως ὁρᾷς Γρηγόριε τὴν ἀρχικὴν Τριάδα, ἣν ἐν βίῳ ἐκέκτησο καὶ πνοήν, καὶ ζωήν, καὶ τρυφήν, καὶ χαράν, καὶ ἧς τὴν μνήμην εἶχες δρόσον· καὶ ἴαμα, καὶ ἀνάψυξιν, καὶ γλυκασμόν, καὶ ἀγαλλίαμα. *En iam immediate vides Gregori principem Triadem, quam dum viueres poſſidebas, & halitum, & vitam, & deli-*

delicias, & gaudium, & cuius memoriam recolebas uti rorem, & medicinam, & recreationem, & dulcedinem, & exultationem. Ibidem; Νῦν ἄϋλον καὶ παθῶν ἐλεύθερον, καὶ καρδίαν καθαρὰν κεκτημένος, ὡς ἐφικτὸν τὸν Θεὸν ἐθεάσω τὴν ἐφετῶν ἀληθῶς τὸ ἀκρότατον, καὶ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν λογικὸν, ὅπερ ἅπαν ἐφίεται. *Nunc mentem immateriatam, et a passionibus liberam, & cor mundum possidens uti fieri potest, Deum vidisti desiderabilium vere summam, & postremum appetibilium rationale, quod omnia desiderant.*

Theophanes Nicænus Orat. 6. contra Iudæos de Elia propheta; Ἦ δῆλον ὅτι καὶ οὗτος ἑτέρας ἤδει δωρεὰς ἀθανάτους ἀποκειμένας μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν, τοῖς ἐργάταις τῆς ἀρετῆς. ὧν τοὺς ἀῤῥαβῶνας καὶ αὐτὸς, ἔτι παρεπιδημῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ παραδόξως ἐδέξατο, Θεὸν ἰδὼν ἐν Χωρὴβ κατὰ Μωσέα καὶ οὗτος. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πυρίνου ἅρματος ὕστερον ξενοπρεπῶς ἁρπαγεὶς, καὶ τὴν περιγείων ἀναχωρήσας, ἔτι καθαρώτερον πάντως τῆς τοῦ Θεοῦ θεωρίας ἀπολαύων διατελεῖ, ἐπαξίως τὴν ἱδρώτων τῆς ἀρετῆς δρεπόμενος τοὺς καρπούς. *Manifestum plane est, eandem agnouisse post exitum ex hac vita, alias esse immortales largitiones virtutis cultoribus repositas, quarum arrhabones & ipse, cum adhuc in hoc mundo peregrinaretur, præter humanum captum acceperat, cum Deum & ipse æque atque Moyses Chorebi conspexisset. & postmodum ab ignito curru superiori quodam*

modo

modo raptus fuisset, & a terrenis hisce exemptus etiam nunc purius diuina visione perfruitur condignos virtutibus fructus excerpens. Et infra de eodem; Ἀμοιβὴν καὶ αὐτὸς Ἡλίας τῆς τῶν παρόντων ὑπεροψίας καὶ τοῦ ζήλου καὶ τῶν κινδύνων, τὴν ὑπὸ πυρίνου ἅρματος παράδοξον ἁρπαγὴν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν ἀντικομισάμενος δαψιλῶς, ἧς ἐνταῦθα μετρίας ἐδέξατο τὰς ἐμφάσεις. *Remunerationem & ipse, Elias, ob præsentium despectum, zelum, necnon pericula, ab ignito curru præter omnem hominum expectationem raptum, & Dei visionem eanque abundantiorem, cuius hic moderata excepit simulacra.* Et infra de eodem & Moyse; Ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς αὐτὸς ὁ τοῦ παλαιοῦ νομοθέτης. τῆς γὰρ αἰτήσεως, ἧς οὐκ ἔτυχε τότε, νῦν ἠξίωται σὺν Ἡλίᾳ τῷ θαυμαστῷ. ὃν γὰρ ἀμυδρῶς ἐν πυρὶ, καὶ γνόφῳ καὶ δι᾽ αὔρας τότε λεπτῆς ἐθεάσαντο, νῦν ἐκδηλότερον ὡς φῶς εἶδον ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμποντα. *Sed & Moyses ipse, legis veteris lator: quam enim tum petitionem non impetrauit, nunc cum Elia admirabili tenet. Quem enim obscure in igne, & in tenebris, per auram tum subtilem viderunt, nunc manifestius, uti lumen conspexerunt, sole ipso splendidiorem.* Et infra de eodem Moyse; Ἀλλ᾽ ἀπῆλθε τῶν ὧδε καὶ αὐτὸς ἀγέραστος τῷ δοκεῖν, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν ἀμοιβὴν καὶ γέρας ὄντως ἐπάξιον τῶν ἰδίων ἱδρώτων ἀντιλαβὼν, ὅπερ αὐτὸν ἀρραβῶνας καὶ ἔτι περιὼν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ καὶ τῷ σαρκίῳ πολλάκις

λάκις ἐδέξατο. *Sed ex his excessit hic quoq; irremuneratus, vt videtur; sed re vera Dei visionem pro proprijs laboribus remunerationem & munus cōdignum recepit, cuius arrhabonas superstes adhuc in hac vita & carne sæpius acceperat.* Et infra de Abraam; Ἆρα οὖν ἀγέραστον κατέλιπεν ὁ δίκαιος Κύριος, τὸν ἴδιον θεράποντα; καὶ τίς ἂν εἴποι τοῦτο νοῦν ἔχων; Δῆλον γὰρ ὅτι τοὺς μισθοὺς τῆς ὑπακοῆς καὶ τῆς ξενιτείας, καὶ τῆς τῶν οἰκείων ὑπεροψίας, καὶ τῶν πολυειδῶν πειρασμῶν ἐν οὐρανοῖς ἀφθόνως ἀπείληφε τὸν Θεὸν αὐτὸν καὶ τὴν ἐκείνου διηνεκῆ θεωρίαν κατὰ τοὺς οἰκείους Πατέρας, Νῶε φημὶ, καὶ τοὺς κατ᾽ ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐπηγγείλατο, λέγων, σὺ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς Πατέρας σου μετ᾽ εἰρήνης ταφεὶς ἐν γήρᾳ καλῷ. τοῦτο γὰρ ὄντως ἔπαθλον τῷ δικαίῳ καὶ τῆς ὑπακοῆς, καὶ τῆς καρτερίας. *Premio igitur suo iustus iudex proprium seruum fraudauit? Et quis hoc diceret, dummodo mente non careat? Satis enim patet, obedientiæ, peregrinationis et rerum familiarium despectus, & multiformium tentationum mercedem in cœlis habuisse Deum ipsum, illiusque sempiternam visionem, vti reliqui illius progenitores, Noë inquam, & qui vitam illius secuti sunt. Hoc enim illi Deus promiserat: Tu ibis ad patres tuos sepultus in senectute bona. Hoc enim est verum premium obedientiæ & fortitudinis.* Et infra de Elisæo, Isaia, Hieremia, Ezechiele, & Iobo; Οὕτως οἱ θεῖοι πάντες Προφῆται, Πατριάρχαι, τὸν Εὐαγγε-

λικὸν

λικὸν ἠσπάσαντο καὶ ἐβίωσαν βίον· τῶν παρόντων πάντων ὑπεριδόντες καὶ πάσης ἡδυπαθείας σωματικῆς καὶ αὐτῆς τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἀμείνω καὶ μακαρίαν μετετάξαντο λῆξιν, τοῦ Κυρίου κατατρυφῶντες τηλαυγῶς ἄγαν καὶ καθαρῶς, καὶ τῶν τῆς καρδίας αἰτημάτων καταξιούμενοι. κατατρύφησον γάρ φησι τοῦ Κυρίου, καὶ δώη σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου ἅπερ ἐστὶ, δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν, γνωστῶς ἴδω σε καθὼς καὶ Σολομὼν ἐν τῷ μυστικῷ ᾄσματι λέγει, δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν μοι τὴν φωνήν σου. ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία. ὧν καὶ ὁ θεῖος Ἰὼβ μετὰ τὴν ὑπερφυᾶ πάλην καὶ νίκην ἠξίωται. ἀκοῇ μὲν γάρ φησιν ἤκουόν σου τὸ πρότερον, νυνὶ δὲ ἑώρακέ σε ὁ ὀφθαλμός μου. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸ κυρίως ἔπαθλον καὶ βραβεῖον ἀΐδιόν τε καὶ ἀναφαίρετον τῶν πολυειδῶν ἐκείνων συμφορῶν τε καὶ πειρασμῶν. *Sic diuini omnes Prophetæ Patriarchæ Euangelicam vitam amplexati ſunt & vixerunt, præſentia omnia, & omnes corporales voluptates vitamque hanc ipſam pro nihilo ducentes, propterea que ad meliorem illam ac beatam ſtationem tranſuecti ſunt, Domino clariſſime pureque perfruentes, & petitiones cordium conſequentes. Perfruere enim, ait, Domino, & petitiones cordis tui dabit tibi, quæ ſunt, oſtende mihi gloriam tuam, dilucide videam te. Vti & Salomon in myſtico cantico dicit: Oſtende mihi faciem tuam, & fac vt audiam vocem tuam: Quoniam vox tua ſuauis, & facies tua decora. Quæ etiam diuinus*

uinus Iobus post supra humanas vires luctam, victoriam consecutus est: cum dicit, auditu te audiebam antea; nunc autem te vidit oculus meus. Hoc nanque erat illi proprium premium & brabium sempiternum, ac stabile multiformium illarum calamitatum, & tentationum.

Et Oratione octaua, de omnibus; Αἱ μὲν οὖν ἐπάξιαι τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος καὶ φιλοτιμίας πρὸς ἡμᾶς δωρεαί τε καὶ χάριτες τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν, καὶ ἐράσμιόν ἐστιν. ἢ γοῦν αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ ἡ ἄφραστος αὐτοῦ θεωρία, καὶ διηνεκὴς ἐντεῦθεν ἀπόλαυσις, ἣν καὶ οἱ θεῖοι Προφῆται καὶ Πατριάρχαι ἐζήτησαν καὶ ἔτι περιόντες ἐν τῷ παρόντι βίῳ καθάπερ ἀρραβῶνας τινὰς ἐδέξαντο, θείας ἀξιωθέντες θέας καὶ ὁμιλίας ὅσον ἐνῆν, καὶ νῦν ἐναργέστερον ἀπολαύουσιν τῆς τοιαύτης μακαριότητος. *Digna igitur diuinæ bonitatis ac liberalitatis in nos dona & gratiæ sunt, vere bonum, & concupitum; Deus nempe ipse, & inenarrabilis ipsius visio, & sempiterna quæ inde oritur fruitio, quam diuini Prophetæ, ac Patriarchæ quæsiuerunt, & cum adhuc in viuis essent in hac vita vti arrhabonas quosdam acceperunt, cum diuinæ visionis, ac colloquij digni facti sunt, vti poterat, & nunc dilucidius eadem beatitudine perfruuntur.*

Michaël Psellus in Troparijs in Simeonem Metaphrastem; Γλώσσῃ δὲ στομωθεὶς, ὅστις, ἐν τοῖς λόγοις ἐσφήνωσας τῶν Ἀποστόλων τε καὶ τῶν ἀθλοφόρων τὰ σκάμματα, καὶ βίον τὸν ἰσάγγε-

λον

λων ἀσκητῶν ἑκάστου διέξιψας. καὶ νῦν συνοικήτας γενόμενος αὐτοῖς ἐν οὐρανῷ, Τριάδος φῶς τὸ ἀνέσπερον βλέπεις ἀγαλλόμενος. *Lingua autem temperatus, Beate, sermonibus tuis admodum illustrasti Apostolorum, & premia reportantium certamina, & vitam Angelis parem Ascetarum descripsisti: & nunc vna cum illis habitans in coelo Triadis lumen inextinctum non sine gaudio conspicis.* Et Canone in eundem Metaphrastem; Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου, ὡς ἀνὴρ βουληφόρος τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum fuisses conspicuus in inferiori Senatorio ordine, vt vir consilio præstans, ciuitate coelesti donatus es, & supernum Senatorium ordinem condecorasti.* Ibidem; Ἀμέμπτως ἐν γῇ σοφὲ πολιτευσάμενος, τῶν ἐν οὐρανοῖς ἁγίων τὰς λαμπρότητας κατιδεῖν ἠξίωσαι, καὶ πανσόφως τούτους ἐξύμνησας, σὺν αὐτοῖς Χριστῷ τῷ Θεῷ μὴ παύσῃ πρεσβεύων ὑπὲρ πάντων ἡμῶν. *Cum inculpate in terra sapiens munia reipublicæ administrasses, coelestium Sanctorum splendores intueri dignus effectus es, & quos per quam sapientissime laudasti, simul cum ijs perpetuo Christum Deum pro nobis omnibus ipse precare.* Ibidem; Σεμνῶς βιοτεύσας, πρὸς τὸν ποθούμενον εἰρηνικῶς ἐκστησάμενος ἐξεδήμησας Κύριον κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὁ κλεινὸς Στέφανος τελεῖται ὁ ὁσιομάρτυς, ᾧ καὶ συνεστέφθης εὐκλεῶς, καὶ συνδεδόξασαι. *Cum*

vitam

vitam honeste traduxisses, pacifice ad concupitum Dominum, ter beate, commigrasti, & ipso die, quo inclytus Stephanus vitæ finem accipit, sanctus Martyr, cum quo gloriose coronatus es, & conglorificatus. Ibidem; Ἐκ γῆς ἀπαίρουσα πρὸς τὰ οὐράνια ἡ ἱερὰ ψυχή σου θεοφόρε σκηνώματα, ἀγαλλόμενον εἶχε τὸ πρόσωπον, βλέπουσα τοὺς ἁγίους αὐτῇ συγχορεύοντας, καὶ πρὸς ὑπερκόσμιον ζωὴν ταύτην προπέμποντας. *E terra migrans ad cœlestia sacra tua anima deifer tabernacula, plenum os lætitiæ gestabat, cum conspiceret Sanctos una secum colludentes, & ad vitam supernam sese deducentes.* Ibidem; Ἰδοὺ συνήφθης ἁγίων τάγμασι, Πατριαρχῶν, Μαρτύρων, Ἀποστόλων, Ὁσίων τε, Προφητῶν καὶ Διδασκάλων, καὶ Ἱεραρχῶν, οἷσπερ καὶ συγχορεύων μακαριώτατε μέμνησο πρὸς Κύριον ἡμῶν τῶν εὐφημούντων σε. *En iam Sanctorum ordinibus conglutinatus es, Patriarcharum, Martyrum, Apostolorum, Beatorum Prophetarum, & Doctorum, & Pontificum, cum quibus colludens, beatissime, recordare nostri apud Dominum, qui tuas laudes canimus.* Et Laudatione in eundem Metaphrastem; Πόσοις δ' οὐκ ἂν στεφανωθείη ἀριστείας στεφάνοις ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀνήρ. μᾶλλον δὲ πόσοις οὐκ ἂν ἤδη κατέστεπται, ἀναδραμὼν πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς ἐκείνοις χορεύων, ὧν τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ἐνέγραψεν. *Quot vero bene gestorum certaminum non coronabitur vir iste admirabilis, imo quot*

iam coronatus non est, migrans ad Deum, & vna cum illis choreas ducens, quorum mores & vitas scripto tradidit?

Angelus Canone in sanctam Parasceuem; Ὕβρεως Δαιμόνων τὸ φρύαγμα μάρτυς τῆς θείας χάριτος ποσὶ συνέτριψας, καὶ τῶν Παρθένων χορείαις συναφθεῖσα καθαρωτάτη τῷ Κυρίῳ μέλπεις νῦν. ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. *Sæuitiæ Dæmonum fastum Martys, diuinæ gratiæ pedibus contriuisti, & Virginum choris copulata, purissima Domino occinis modo: Gloriose enim glorificatus est.* Ibidem; Τὸν Θεὸν τῷ βίῳ δοξάσασα σὺν Ἀγγέλοις μέλπεις νῦν τὸν ὕμνον τὸν τρισάγιον. *Cum Deum vita glorificasses, cum Angelis nunc occinis hymnum ter sanctum.* Ibidem; Πεποικιλμένη κροσσωτοῖς τῶν ἀρετῶν φωταυγέσιν ἀκτῖσι τῷ νυμφίῳ τῆς ψυχῆς παρίστασαι. καὶ στολὴν αἱμάτων διάχρυσον ἐξυφάνασα σεαυτῇ διὰ τοῦ αἵματος τοῦ τῆς κεφαλῆς σου τῷ ἄκρῳ τῶν ἐφετῶν ἀεὶ παρίστασαι. *In fimbrijs aureis circumamicta, virtutum splendescentibus radijs sponso animæ adstas & sanguinum stolam inauratam cum tibi texuisses sanguine tui capitis, summo desiderabilium semper præsens es.* Ibidem; Καὶ τὸν ἀρχέκακον καταβεβληκυῖα ἀνῆλθες εἰς οὐρανοὺς ὡς ἀριστεύσασα. *Et principe malorum conculcato, in coelos ascendisti vti triumphatrix.* Ibidem; Πορφύρας βασιλικῆς καὶ διαδήματος κάλλος ἐν οὐρανίοις δόμοις ἐκ θεϊκῆς χειρὸς σεμνὴ πιστῶς ἀπολαύουσα τῷ ὑπαρχικωτάτῳ λόγῳ

συνα-

συναγάλλῃ νυμφίῳ, τῷ Λόγῳ δοξάζουσα. *Purpuræ regiæ & diadematis pulchritudinem in cœlestibus habitationibus, ex diuina manu, veneranda fide accipiens, Verbo diuino collætaris sponso, illum glorificans.*

Andreas Canone in sanctum Nicolaum; Ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς μετέστης, σὺν Ἀγγέλοις τῷ Θεῷ λειτουργεῖς ἀκλινῶς. ὅθεν ἡμῖν τοῖς πιστῶς ὑμνοῦσί σε ἐπιδημῶν τῷ πνεύματι δαδουχεῖς τῶν θαυμάτων αὐγάς. *E terra in cœlos translatus, cum Angelis Deo immotus ministras. Inde nobis, qui fideliter tibi hymnum canimus, spiritu adueniens, miraculorum faces præfers.*

Ignatius Canone in Ioannem Climacum; Ἐν φωτὶ ἀΰλῳ καὶ νοητῷ ἐκ τῆς κατηφείας τῶν ἐνύλων ἀναδραμὼν, Ἰωάννη ὅσιε, λιταῖς σου ταῖς πρὸς τὸν Κύριον με φώτισον. *In lumen immateriatum & intellectuale, ex rerum materiatarum tristitia adueniens, sancte Ioannes, precibus tuis, quas ad Dominum effundis, illumina me.* Ibidem; Ἐν τῇ ἄνω εἰσῆλθες νυμφικῇ εὐωχίᾳ τοῦ βασιλέως Χριστοῦ, στολὴν ἐνδεδυμένος ἀξίαν τοῦ καλοῦντος, ἐν ᾗ καὶ ἀνεκλίθης. *Ad supremum ingressus es nuptiale conuiuium, Christi regis stola amictus digna vocante, in qua & accubuisti.* Ibidem; Ὡραϊσμένος ταῖς ἀρεταῖς εἰς νυμφῶνα τῆς ἀρρήτου δόξης ἀνεκλίθης, ὕμνον ἀναμέλπων Χριστῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. *Virtutibus exornatus in ineffabilis gloriæ thalamo accubuisti, hymnum concinens Chri-*

ſto in ſecula. Ibidem; Τὴν γῆν ὡς φθορᾶς οἰκητήριον κατέλιπες Πάτερ, καὶ εἰς γῆν κατεσκήνωσας τῶν πραέων, καὶ σὺν αὐτοῖς ἀγάλλῃ τῆς θείας ἀπολαύσεως. *Terram veluti corruptionis domicilium deſeruiſti, Pater, & inhabitaſti in terram mitium, & cum illis gaudes diuina fruitione.*

Sed Pappomaſtiges non æque credunt. Ita ne Hottingere? Quos Epiſtola noſtra ad Boineburgium adduximus poſtremo loco, nonne Pappomaſtiges ſunt, & peſſimi? Examinemus reliquos. & ante illos inuiſamus Photium ipſum Patriarcham, Schiſmaticorum choragum. Is Oratione prima de Proceſſione Spiritus ſancti de auctoritate Doctorum Eccleſiæ tractans, ſcribit; Ἀλλὰ καὶ τοὺς σοὺς Πατέρας εἰ μὴ ταύτης κοινωνοὺς ποιήσῃς, ἀβίωτόν σοι τὸν βίον ἡγῇ. καὶ ὁ μὲν οὐδὲ τὴν ἀσώματον εὐλαβεῖται φύσιν. οὐδὲ ὅτι ὡς νόες καθαροὶ καθαρῶς καὶ ἀμέσως τῷ κοινῷ παριστάμενοι δεσπότῃ, οὐδὲν τούτων δυσωπήσεως ἀφορμὴν ποιεῖται, ἀλλὰ τοῖς ἐπιγείοις ἐν ἴσῳ πρὸς τὸ ἀνάθεμα κατασπᾷ. *Sed & Patres tuos, ni illius ſententiæ participes feceris, non tibi viuendum eſſe arbitraris. Et hic quidem neque naturam incorpoream veretur, neque qua ratione vti mentes pure & immediate communi Domino aſſiſtunt. Horum nullo verecundiam ſibi præcipit, ſed æque atque terrena ad anathema diuellit.* Idem in Bibliotheca in excerptis Chryſoſtomianis ex Oratione in

Qua-

Quadraginta Martyres; Ὅταν ἐξέλθῃ ψυχὴ δικαίου ἐντεῦθεν, παραπέμπεται διὰ χειρῶν Ἀγγέλων. καὶ παριστῶσιν αὐτὴν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, ἥτις ἐστὶν ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. *Anima iusti cum hinc excesserit, Angelorum manibus portatur, qui illam in regiam vrbem referunt, quæ est cœlestis Ierusalem.* Nicetas Choniata Thesauri Orthod. lib. 2. cap. 78. Ἀλλ' ὅσαι μὲν ἀχραίντους διασεσώκασιν ἑαυτὰς, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα ἑνώσει, καὶ τοῦ γεννήσαντος πατρὸς οὐδ' ὁπωσοῦν ἀπελάθοντο, ἀλλὰ ταῖς πρὸς αὐτὸν μνήμαις ἐν τῇ εἰκόνι διατετηρήκασι τὸ παράδειγμα, ὑπερκοσμίους τὰς λήξεις λαγχάνουσιν, ἔστι δὲ αὐταῖς αὐλὴ καὶ λειμὼν ὁ παράδεισος ἡ ὑπερφυὴς τάξις τῶν ὄντων, καὶ ἡ τῶν θείων ἀγαθῶν ἀποπλήρωσις. *Sed quæcunque animæ puras se integrasque conseruarunt, quandiu corpori coniunctæ fuerunt, nec creatoris Patris vllo sunt oblitæ modo, imo assiduis in eum meditationibus eius exemplar in imagine illæsum custodierunt: illæ inquam grata illa requie fruuntur, quæ supra totius mundi fastigium beatis parata est, eisque aulæ cœlestis, prati & Paradisi loco incredibilis eorum quæ sunt ordo diuinorumq; bonorum complementum proponitur.*

Michaël Choniata Nicetæ frater, necnon Athenarum Metropolita Oratione funebri in fratrem Nicetam; Εἰδὼς ὅπως μὲν εἰς ἀρχέτυπα παραδείγματα ἐκεῖνα, τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀποξυνιῶν διεκόσμησεν. ὅπως δὲ καὶ ἐν γῇ διατρίβων

 ἔτι

ἔτι ἐκείνοις, ὡς ἐξὸν ἐδίψα πιεῖναι καὶ συναγάλλεσθαι, τὰ ὑπολείμματα τῶν ἁγίων σωμάτων ἐκείνων, καὶ τὰ ἐκτυπώματα συλλέγων, συνοικιζόμενός τε, καὶ ταῖς αἰωνιωτάταις τιμαῖς σεβόμενος. εἷς γὰρ οὐδεὶς ἦν ἁπάντων δικαίων τῶν ἐγγεγραμμένων ὅλῳ τῷ κύκλῳ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὃς οὐ τῇ αὐτοῦ μνήμονι ἡμέρᾳ ἑορταστικῶς ἐκυδαίνετο, ἰδίᾳ παρ' ἐκείνου θυσιάζοντος πνευματικῶς, καὶ γεραίροντος ὕμνοις, καὶ παγκάρποις ὡραίων ἀπάργμασιν. οὐ γὰρ ἠγάπα δημοσίᾳ πανηγυρίζων, εἰ μὴ καὶ ἐν τῇ κατ' οἶκον ἑαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ ἀφοσιοῖτο τῷ ἑκάστῳ τετιμημένῳ δικαίῳ, ὡς τὴν ἐνιαύσιον ὡς φωνὴν ἀγαλλιᾶσθαι, καὶ σωτηρίου ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ τοῦ δικαίου ἐκείνου τὸ ψαλμικὸν διηνεκῶς ἐξακούεσθαι. φίλος οὖν διὰ ταῦτα ὢν οἶδα παρὰ φίλοις ἀφίκετο, καὶ εἰς τὰς αὐτὰς αὐτοῖς αἰωνίας σκηνὰς εἰσήλασε, καὶ συνεμφορεῖται τῆς ἀπεράντου μακαριότητος. ἐντυγχάνει δὲ δήπου καὶ περὶ ἡμῶν θαρσῶν, τά τε ἄλλα καὶ ὡς φιλάδελφος. οὕτως ὁ τῶν ῥυπώντων καθαίρων, ὡς πῦρ χωνευτήριον, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καὶ ἡμῶν διὰ τῶν ἐνταῦθα πειρασμῶν, ὡς διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος ἀπεσμήξῃ καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἐξαγάγῃ ἀνάψυξιν. καὶ δικαιώσας διὰ τῆς Παρθένου δῴη κατοικεῖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς αἰωνίως. *Illum enim mihi plane constat omni ope atque opera eniti solitum, ut ad illorum archetypa exempla vitæ suæ regulam efformaret & excoleret, eundemque dum in viuis adhuc esset, quoad eius fieri poterat, omnibus votis exoptare, ut una cum*

illis conuersaretur & exultaret: cum præsertim Sanctorum corporum reliquias, & imagines vndique conquireret, & compararet: extructisque templis impositas & consecratas summis honoribus prosequeretur. Etenim Sanctorum omnium qui circulari dierum totius anni albo inscripti sunt, nullus est quem ille priuatim die commemorationi eius dicata festiuo, solemnique ritu, & spiritualibus hostijs faciens, & hymnis, omniumque fructuum primitijs cohonestans non veneraretur. Nec enim cultu illo contentus, quem cum cæteris ciuibus publico conuentu tribuebat Ecclesia, priuatis quoque in ædibus Ecclesia consecrata annuum ei Diuo festum dicebat, quem vbiuis gentium coli videret: ita vt ex eius tentorio sine intermissione vox exultationis & salutis iustique illius viri Psalterium exaudiretur. His itaque de causis illum ad amicos peruenisse, & in eadem illa sempiterna tentoria, in quibus illi quiescunt inuectum fuisse, æterna cum illis beatitudine frui, denique iam pro nobis quoque audacter & libere cum alijs de causis, tum quia fratris amantissimus est intercedere certo scio vt ille qui non aliter, atque fusorius ignis, herbaue balneatoria sordida expurgat, nos quoque tentationibus, quibus hic obijcimur, velut igne & aqua expiet, sicque tandem suum in refrigerium transducat, vt iustificatis per fidem concedat, vt eodem omnes in loco atque admirandi illius ten-

torij æterni loci simul inhabitemus. Hæc licet longiora hic exſcripſi, vt diſcas præter præſentem viſionem beatificam, & qua nunc iuſti perfruuntur ante diem iudicij, pleraque alia cum Pontificijs Græcorum communia, bona opera, reliquiarum venerationem, imaginum adorationem, ſanctorum feſtorum celebrationem, in eorum honorem publicas ac priuatas Eccleſias, in eorum laudes hymnos, eorum apud Deum interceſſiones, & etiam in hac vita imaginem purgatorij, quæ in alia fit ad expurgandas animas, per ignem fuſorium, & herbam balneatoriam. Audi reliquos.

Conſtantinus Acropolita in Laudatione S. Theodoſiæ Martyris; Καὶ οἱ μὲν οὕτω τὸν τῶν θυμὸν ἔπλησαν. ἡ δ' εὐθὺς τῆς κατ' ἔφεσιν ἔτυχεν. παραπομποῖς γὰρ Ἀγγέλοις εὐρήκει, καὶ προπομποῖς, οἳ καὶ προηγοῦντο ταύτης, καὶ μετ' εὐφημίας παρέπεμπον, καὶ εἰς οὐρανὸν ἐκ γῆς μετεβίβαζον. Τάχα δ' ἀναγομένη τοιαῦτα τὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, καὶ πρὸς τὰς ἐξουσίας μετὰ παρρησίας ἐφθέγγετο. ὑψώθη κέρας μου ἐν Θεῷ μου. ἐν γὰρ αὐτῷ τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐκεράτισα. καὶ νῦν ἰδοὺ πρὸς αὐτὸν ἄπειμι, αὐτὸν ἀμέσως τὸν δι' ἐμὲ ἐνανθρωπήσαντα προσκυνήσουσα, τῆς θεομήτορος θείας ἐπαπολαύσουσα, τὰς διὰ Χριστὸν ἀθλησάσας ἄλλως καὶ τὸν Χριστὸν ἀσπασομένη, καὶ τῆς σφῶν ὁμιλίας κατατρυφήσουσα, εἴπω συνήθουσα, τὴν πῶς μοι προσκυνητὴν τύπων ὀψομένη νῦν ὑπάρχομαι

χομαι τὰ πρωτότυπα. ἀπὸ γοῦν ἐμοῦ οἱ πονηρευόμενοι πάντες ἀπόστητε. ἀλλ' ἡ μὲν οὕτως εἶπεν, καὶ οὕτως ἀπήρχετο. *Et hi quidem hunc in modum genio ſuo indulſere. Hæc vero ſtatim votorum compos efficitur: nanque illi obuiam facti ſunt Angeli comites duceſque itineris: deducebantque de terra in cœlum. Hæc cum deduceretur, ſimilia fortaſſis confidenter ſatis ad Principatus, & Poteſtates eloquebatur; Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: in eo ſiquidem meos aduerſarios debellaui. Et ecce nunc ad ipſum deuenio, eum ipſum propter me & conditione mea hominem factum immediate adoratura, diuinaque Deipara fruitura. Eas quæ pro Christo decertarunt, & alio quoque modo ad modulum Chriſti vitam tranſegerunt, amplexura, & earum commercio potitura. Breuiter me expediam; Quæ ad hoc tempus venerata ſum ſimulacra, eorum nunc exemplaria conſpectura. Ex me itaque longe ſitis omnes iniquitatibus addicti. Et hæc ita ſe habebat, & ita aſcendebat.* Et infra; Ἀλλ' Ἄγγελοι μὲν οὕτωσί πως αὐτῇ ἀνέμεσαν, ὁσίων τε δῆμοι καὶ Μαρτύρων ἄλλοθεν ἄλλος προσυπαντῶντες νέως τὸ εἰκὸς ἐδεξιοῦντο τὴν ὁσίαν ἅμα καὶ μάρτυρα, καὶ τῆς σφετέρας μοίρας ἑκάτεροι ποιῆσαι ταύτην ἐπόθουν, καὶ ἰδιώσασθαι, Θεὸς δ' ὑπὲρ οὗ, καὶ δι' ὃν ἠγωνίσατο διαιτήσας ἀμφοῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀμφοῖν συναπολαύειν ἐνδέδωκεν. ἐν μὲν οὐρανῷ τοιαύτην τῇ μακαρίᾳ τῇδε συνέτηκεν. ὅσα γε

ἐν

ἐκ τῶν εἰκότων ἐστὶ στοχάσασθαι. *Sed Angeli quidem hunc in modum exultabant: Sanctorum multitudo, & Martyrum alij alijs ex locis obuiam progredientes, vti par erat, Sanctam simul & Martyrem excipiebant, & ad suas partes singuli eam trahere, & propriam facere contendebant. Deus porro, pro quo, & per quem certamina subijt, decernens ex arbitrio, vna cum vtrisque bonorum sempiternorum esse participem concessit. In coelo itaque his similia Beatæ obuenere, vt ex probabilibus coniectari licet.*[1]

Maximus Planudes in Laudatione sanct. Diomedis Martyris; Οὕτως ὁ μέγας ἠγώνισται. οὕτως νενίκηκεν. οὕτως ἀνακεκήρυκται. οὕτως τοῖς μάρτυσι συνηρίθμηται, καὶ συγχορεύει Ἀγγέλοις, καὶ τῷ θείῳ θρόνῳ παρίσταται. *Sic magnus hic decertauit. Sic victoriam reportauit. Sic denunciatus est. Sic Martyribus aggregatus, & ducit choreas cum Angelis, & throno diuino adsistit.*

Ioannes Cytri Episcopus Respon. ad Constantinum Cabasilam Dyrrhachij Archiepiscopum; Πολλὰ σώματα τῶν ἁγίων οἱ πάλαι κατὰ καιροὺς τῆς ἀσεβείας τὸ κράτος ἔχοντες θνησιμαίοις ἀλόγοις παρέμιξαν. καὶ ἐν τόποις βορβόρου μεστοῖς ἐναπέρριψαν. ἀλλ' ἡ δεδομένη τοῖς ἁγίοις χάρις ἐντεῦθεν ἀλώβητος ἔμεινε, καὶ αὐτῶν ἐστιν ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἡ τῶν πρωτοτόκων μητρόπολις, ἡ τῶν πραέων γῆ, ἡ ἠγαπημένη σκηνώματα. *Qui enim quondam impietate pagana regnante imperium*

obti-

obtinebant, multa Sanctorum corpora miscuerunt bestiarum morticinijs, & in loca plena cœno proiecerunt. Sed data Sanctis gratia inde illæsa mansit, eorumque est superior Hierusalem, primogenitorum Metropolis, mitium terra, delecta tabernacula.

Nicolaus Cabasilas Orat. de S. Demetrio Mart. Τοῦ σώματος ἤδη πεσόντος, ἡ θαυμαστὴ ἐκείνη ψυχὴ ἐμοὶ δοκεῖν, οὐκ ἀγαπήσασα τοῖς ὑπὲρ τοῦ Σωτῆρος ἠγωνισμένοις, ἀλλ' ἀθανάτων τουτωνὶ τῶν ἄθλων ἐφιεμένη, καὶ πλευρὰν μὲν ἑτέραν ἐζήτησεν αὖ περιβάλλεσθαι, ὡς αὖ πολλάκις ὑπὲρ εὐσεβείας ἀλγήσῃ, ἐπεὶ δὲ οὐχ οἷόν τε, τὸ καθαρὸν ἐκεῖνο σῶμα ἀφεῖσα. πρὸς οὐρανὸν ἐχώρησε, καὶ τῇ πάντων κεφαλῇ τῷ Χριστῷ συνήφθη, θαυμαστὸν μέλος καὶ πρέπον πρεπούσῃ κεφαλῇ. καὶ νῦν τὰ τῆδε σεμνύνει, καθάπερ ἄρα τὴν οἰκουμένην τὸ πρόσθεν, ὅτι τε πάντων, ὧν πᾶσιν ἰδίᾳ μέτεστι, πᾶσι μετέχει. *Cum corpus cecidisset, admirabilis illa anima, vt mihi videtur, cum non satis esse sibi reputaret, quæ pro Saluatore decertauerat, sed immortalia hæc premia concupisceret, latus alterum propinare requisiuisset, vt sæpius pro pietate indolesceret. At cum id fieri non posset, purum illud corpus deserens, in cœlum transmigrauit, & omnium capiti Christo adglutinata est, membrum admirabile addecenti capiti addecens. Et nunc quæ ibi sunt honestat, vti terrena antea, quod omnium, quæ priuatim singulis insunt,*

compos

compos ipse factus sit. Et infra; Ἡ μὲν οὖν ψυχὴ τὸν οὐρανὸν, ἥπερ ἔφην, σεμνύνει, καὶ μετὰ τῶν ἀγαθῶν Ἀγγέλων τῆς θείας ἀμέσως αἴγλης μετέχει, κορυφαῖος οἶμαι τῶν ἐνταῦθα γινομένων εὐδαιμονίας, τὸ σῶμα δὲ μετὰ τῶν ἀνθρώπων. *Anima itaque vt iam dixi, cœlum honestat, & cum bonis Angelis diuinum lumen immediate participat, primas, reor, omnium qui ibi beatitudinem possident, corpus vero cum hominibus.* &c. Idem Oratione in admirandorum effectricem Theodoram Thessalonicensem; Καὶ τοίνυν ἐν βαθυτάτῳ καὶ πίονι γήρᾳ καταλείπει τὸν βίον. καὶ νῦν ἐστιν ἐν οὐρανοῖς τῷ καθαρωτάτῳ καὶ ἀκραιφνεστάτῳ καὶ τρισηλίῳ συνοῦσα φωτὶ, καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀκτῖσιν ὅλη γινομένη φωτοειδὴς, ἐναργεῖς ἀποδείξεις ἐκφαίνει ταυτησὶ τῆς μακαριότητος, τὸ σῶμα τὸ θεῖον μύρων ἀναδεικνῦσα πηγήν. *Itaque in graui senecta & admodum prospera vitam finit, & nunc est in cœlis, cum purissimo & sincerissimo, & trilumine splendore conuersans, & inde emissis radijs illustratur, plenasque demonstrationes similis beatitudinis corpus diuinum vnguentorum fontem ostendens demonstrat.* Et non multo post; Σὺ μὲν ἣν ἔπνεες Τριάδα, καὶ πρὸς ἣν ἐκ πλείονος ἔβλεπες, ταύτης νῦν ἀμέσως μετέχεις. *Tu quidem quam spirabas Triadem, & ad quam a multo tempore conspirabas, illius nunc immediate compos facta es.* Et in Expositione Missæ cap. 47. Οὕτω δεκτὰ τῷ Θεῷ

τὰ

τὰ δῶρα, καὶ μετὰ τοιαύτης ὑπερβολῆς. διὰ τοῦτο ἁγιάζουσιν ἀεὶ πάσας Χριστιανῶν ψυχὰς καὶ ζώντων καὶ τεθνεώτων, τὰς ἀτελεῖς ἔτι δεομένας ἁγιασμοῦ. οἱ γὰρ τελειωθέντες ἅγιοι μετὰ τῶν Ἀγγέλων ἑστῶτες, καὶ εἰς τὴν οὐράνιον ἱεραρχίαν ἤδη τελέσαντες, οὐκέτι δέονται ἐπιγείου ἱεραρχίας. *Ita sunt dona Deo accepta, & tam insigniter: propterea semper sanctificant omnes Christianorum animas & viuorum, & mortuorum, quæ sunt adhuc imperfectæ, & egent sanctificatione. Sancti enim perfecti & consummati stantes cum Angelis in cœlesti hierarchia iam adoptati, non egent amplius hierarchia terrestri.*

Nicephorus Gregoras de vita S. Theophanonis Imperatricis; Σὺ δὲ, ὦ μακαρία, ἵλεως ἡμᾶς ἐποπτεύοις ἄνωθεν. νῦν γὰρ οὐχ ὡς ἐν ἐσόπτροις, οὐδ' ὡς ἐν αἰνίγμασι βλέπεις, ὃν ἐπόθεις νυμφίον Χριστὸν, ἀλλ' ἀμέσως καὶ καθαρῶς ἐντυγχάνεις αὐτῷ τὴν κάτω καὶ πρόσκαιρον παριδοῦσα βασιλείαν, καὶ δραμοῦσα πρὸς αὐτὸν ὅλοις πτεροῖς προθυμίας, καὶ ὅλῳ ψυχῆς ἔρωτι, ὡς ἂν συμβασιλεύοις ἀπορρήτως εἰς αἰῶνας αὐτῷ τὴν ἀπέραντον βασιλείαν. *Tu porro, o Beata, propitia nos desuper aspexeris. Nunc enim non veluti in speculis & ænigmatibus intueris, cuius amore flagrabas, Christum sponsum, sed immediate & pure cum eo conuersaris, dum terreno & momentaneo regno despecto, vniuersis desideriorum pennis, & toto animæ affectu ad illum prouolasses*

vt

vt ineffabiliter in secula, nullum terminum habens regnum cum eo possideres.

Simeon Thessalonicensis contra hæreses de Ignatio Monacho & Calixto Patr. Constantinopolitano; Νῦν τῆς ἀνωτάτω κατατρυφῶσι γαλήνης, καὶ καθαρώτερον ἄρτι τὸν Ἰησοῦν βλέπουσιν, ὅνπερ ἐκ ψυχῆς ἠγάπησαν, καὶ ὃν ἀληθῶς ἐζήτησαν. καὶ ἕν εἰσι μετ' αὐτοῦ, καὶ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ τοῦ γλυκυτάτου καὶ θείου ἀκορέστως μετέχουσιν, οὗ καὶ τοὺς ἀρραβῶνας ἔλαβον ἀπὸ τῶν ἐντεῦθεν κεκαθαρμένοι γεγονότες καὶ θεωρίᾳ καὶ πράξεσι. *Nunc suprema tranquillitate perfruuntur, & purius modo Iesum conspiciunt, quem ex corde adamarunt, & quem veraciter quæsiuerunt: vnum cum eo sunt, & luminis illius suauissimi ac diuini compotes, cuius arrhabonas, hisce terrenis expurgati & speculatione & opere acceperunt.* Idem ibidem. Ἡ γὰρ ἐπὶ τῇ φρικτῇ θυσίᾳ μνεία, καὶ ἡ ἐπὶ ταύτῃ τοῦ ἀπελθόντος ἀνάμνησις τῷ Θεῷ τοῦτον ἑνοῖ, καὶ ἀοράτως μετέχειν αὐτοῦ παρέχει καὶ κοινωνεῖν, ὅθεν ἐκ τούτου ὠφελούμενοι τὰ μεγάλα, οὐ μόνον παρακαλοῦνται καὶ σώζονται, οἵ τε ἐν Χριστῷ μεταστάντες ἐν μετανοίᾳ ἀδελφοί, ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν ἁγίων ἱεραὶ καὶ θεῖαι ψυχαὶ λίαν ἐν τούτοις εὐφραίνονται χαίρειν αὐτῶν γινομένοις, καὶ ἐν ἀγαλλιάσει σκιρτῶσι Χριστῷ ἑνούμεναί τε καὶ κοινωνοῦντες διὰ τῆς ἱερωτάτης θυσίας ταύτης καθαρώτερον, καὶ τῶν αὐτοῦ μετέχοντες γνησιώτερον χαρισμάτων ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετεύουσιν, ὅτι καὶ διὰ τοῦτο.

Par-

Particula ſiquidem in tremendo ſacrificio, & in ipſa demortui commemoratio, eum Deo vnit, & illius participem fieri, & communicatorem facit demortuum. Hinc ex hoc maximam vtilitatem capientes, non ſolum conſolantur & ſaluantur qui pœnitentia in Chriſto tranſmigrarunt fratres; ſed & Sanctorum ſacræ diuinaque animæ maxime in his exultant, ijs quæ gratia ipſorum fiunt, & in exultatione ſubſiliunt, dum vniuntur cum Chriſto, & per diuiniſſimum hoc ſacrificium purius illuſtriuſque participes fiunt, illiuſq; dona magis propria poſſidentes pro nobis ſupplicant & propterea Chriſtus. &c. Idem ibidem; Διὰ τοῦτο τὴν θυσίαν ταύτην Χριστὸς ἐνήργησέν τε καὶ παραδέδωκεν εἰς ἁγιασμὸν ἁπάντων καὶ φωτισμὸν, καὶ ἵνα μετ᾽ αὐτοῦ ἓν ὦσιν, ὡς ηὔξατο. διὸ καὶ τῶν κεκοιμημένων αὐτῶν, καὶ τὰς ἱερωτάτας ἐπιτελοῦμεν εἰς τιμὴν αὐτῶν καὶ μνήμην θυσίας, διηνεκῶς ὑπεραίρονται, καὶ μεσῖται τούτων καὶ πρέσβεις γίνονται, καὶ πρὸς τὴν ὁμοίαν κοινωνίαν ἐξαιτοῦνται καὶ αὐτοὺς ἐλθεῖν τοῦ Χριστοῦ. ὅθεν καὶ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἀπελθόντων μνημονευτέον, ἵνα καὶ ἡμῶν ἕτεροι μνημονεύσωσιν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁγίων προσενεκτέον ὅση δύναμις, ἵν᾽ εὐφραίνωνται ἐν Χριστῷ, καὶ μεσίτας εὐφραινομένους πρὸς αὐτὸν ἔχωμεν, καὶ σωθείημεν δι᾽ αὐτῶν. *Sacrificium hoc Deus operatus eſt, & tradidit in ſanctificationem omnium, & illuminationem, & vt cum eo vnum eſſent, quemadmodum precatus eſt. Qua propter pro ijs,*

qui eorum recordantur, & sacrosancta sacrificia et memoriam in eorum honorem peragunt, continuo supplicant, & mediatores eorum & oratores fiunt, & ut ad similem communionem Christi insimul et ipsi veniant exorant. Quare & fratrum nostrorum mortuorum commemoratio inculcanda est, ut & nostrum alij commemorationem faciant. & offerenda sunt pro Sanctis sacrificia, uti fieri potest, ut eos consolantes in Christo, & mediatores gaudentes apud illum habeamus, & per eos salutem consequamur.

Idem ibidem de Gregorio Palama; Καὶ τοὺς ἀῤῥαβῶνας τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐντεῦθεν ἀπολαβὼν, ὑπὲρ οὗ δὴ φωτισμοῦ ἐνταῦθα μὲν ὡς πεῖραν λαβὼν τοῦ μακαρίου ἐκείνου πάθους, λαμπρῶς ἠγωνίσατο. ἐκεῖσε δὲ μεταστὰς καθαρώτερον μετέχει σὺν τοῖς Ἀγγέλοις, τῆς ἀθανάτου κοινωνῶν αὐτοῖς καὶ μὴ παυομένης φωτοχυσίας. *Et arrhabones futuri seculi inde arripiens, de qua illuminatione, hic quidem veluti experimentum capiens splendide beatæ illius passionis, decertauit, eoque translatus impurius communicauit, una cum Angelis, immortalis cum illis luminis effusionis, & nunquam cessantis particeps factus.*

Nicetas Stethatus, siue Pectoratus Can. in S. Nicolaum. Ἀπηκριβώσω καθαρότητι καὶ ἀπαθείᾳ βίου καὶ παῤῥησίᾳ σοφὲ τοῦ προδρόμου τὴν οὐράνιον ἐπὶ γῆς πολιτείαν, καὶ συναγάλλῃ νῦν ἐν οὐρανοῖς τοῖς Ἀγγέλοις συγχορεύων, καὶ συμψάλλων

ἀπαύ-

ἀπαθῶς. Ad amussim expressisti puritate & indolentia vitæ & confidentia, sapiens, Præcursoris cœleste in terris vitæ institutum: & nunc gaudes simul cum Angelis in cœlis vna cum illis choreas ducens, & canens indesinenter. Ibidem; Νῦν περὶ τὸν θρόνον στεφηφορῶν τοῦ παμβασιλέως, ὦ Νικόλαε, παρεστὼς, καὶ σὺν τοῖς Ἀγγέλοις τὸν Χριστὸν κατοπτεύων μνημόνευε τῇ πίστει μνημονευόντων σου. *Nunc circa thronum omnium Imperatoris coronam gestans, o Nicolaë, & cum Angelis Deum conspiciens, recordare cum fide eorum qui tui recordantur.*

Georgius Scholarius Monachus Canone in Gregorium Palamam; Ἰδοὺ τὸ φῶς δικαίως σε καταλάμπει τῆς ἄνω βασιλείας, ὅτι γενναίως αὐτῆς ὑπὲρ τούτου, τοῖς κτίσμα τοῦτο πρόσκαιρον λέγουσι. *Ecce lumen superni Imperij iure merito te collustrat, quod generose pro eo te opposuisti contra eos illud creaturam temporaneam asseuerantes.* Ibidem; Ἐῤῥύη Βαρλαὰμ ὁ φλύαρος, καὶ ὁ κίνδυνος Ἀκινδύνου κηροῦ φύσις ἐκ πυρὸς; τακεῖσα δαπανᾶται. σὺ δὲ εὐφροσύνην τὴν οὐράνιον μετὰ δικαίων νῦν ἀπείληφας. *Abijt nugax Barlaamus, & Acindyni periculum, vti ceræ natura in igne liquefacta absumitur. Tu porro consolationem cœlestem nunc cum iustis accepisti.* Ibidem; Ἐπὶ νομὰς εὐσεβῶς τὰ λογικά σου ποδηγῶν θρέμματα τῆς δεξιᾶς ἔδειξας μερίδος. διὸ ἐν οὐρανοῖς ὁ καλὸς ποιμήν σε λαμπρῶς ὑπεδέξατο. *Ad pascula*

pia ducens rationales tuos alumnos dextræ partis eos esse ostendisti. Quapropter in cœlis bonus pastor splendide te excepit. Demetrius Chrysoloras Oratione de sancto Demetrio; Καὶ μέρος εὐτυχίας παραιτησάμενος, ὅλην εὗρε τὴν βασιλείαν ἀληθῆ καὶ πέρας οὐκ ἔχουσαν, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς καλοκαγαθίας αὐτῆς, καὶ τῆς πρὸς ἅπαντας εὐνοίας, ᾗ χρώμενος διετέλει. *Et prosperæ fortunæ partem cum abnegasset, integrum inuenit regnum, verum, & nullo termino circumscriptum, ob virtutem, & morum ipsam probitatem, & erga omnes beneuolentiam.*

Cogat agmen Gabriël Seuerus Philadelphiensis de Particulis; Καὶ καθάπερ αἱ τῶν ἁγίων ψυχαὶ περὶ τὸ φῶς εἰσι τῆς θεότητος, οὐ γίνονται δὲ ἐκεῖναι φύσει Θεὸς, ἀλλὰ κατὰ μέθεξιν. οὕτω καὶ αἱ μερίδες. *Quemadmodum Sanctorum animæ circa lumen sunt diuinitatis, & illæ non fiunt natura Deus, sed secundum participationem, ita & particulæ.*

Et ex illis quæ Græci ipsi legunt in Ecclesia, audi, sed pauca. in Officio Monachorum mortuorum; Α'γλη τοῦ σοῦ προσώπου Χριστὲ τὸν μεταστάντα ὡς οἰκτίρμων καταύγασον, σκηνώσας εἰς τόπον χλόης ἐπὶ ὑδάτων τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς, καὶ θείας ἀναπαύσεως, ἐν τοῖς ὀρεκτοῖς κόλποις Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος, ἔνθα τὸ φῶς σου καθαρῶς ἐποπτεύεται, καὶ προχέονται αἱ πηγαὶ τῆς χρηστότητος. ἔνθα περιχορεύουσι φαιδρῶς ἀγαλλόμεναι αἱ τῶν δικαίων

καίων χορεῖαι περὶ τὴν σὴν ἀγαθότητα, μεθ' ὧν κατάταξαι τὸν οἰκέτην σου. παρέχε τὸ μέγα ἔλεος. *Splendore vultus tui, Christe, defunctum vt misericors illustra, in loco amœno illum constitue, ad pura tua & diuina quietis fluenta, in desideratis Abraham progenitoris sinu, vbi lumen tuum manifeste cernitur, & sanctitatis fontes effluunt: vbi circa tuam bonitatem chorum agunt lætantes Iustorum cœtus, cum quibus sedem habere famulum tuum magna ex misericordia concede*; Et; Εὐδόκησον τὸν μεταστάντα ἐκ τῶν προσκαίρων πρὸς σὲ, δι' δεὶς ὡραιότητι τοῦ σοῦ κάλλους ἐκλάμπεσθαι, καὶ τῆς γλυκείας καὶ τερπνῆς μετουσίας σου ἀπολαύειν τε καὶ τρυφᾶν καθαρώτερον, ἔνθα περὶ τὸν θρόνον σου χορεύουσιν Ἄγγελοι, καὶ τῶν ἁγίων οἱ δῆμοι χαρμονικῶς περιέπουσι, μεθ' ὧν τῷ σῷ δούλῳ τὴν ἀνάπαυσιν παρέχε καὶ μέγα ἔλεος. *Defunctum hunc translatum a rebus vanis ad te concede tuæ pulchritudinis venustate effulgere, & suaui iucundoque tuo consortio perfrui, & purius deliciari largire; vbi circa thronum tuum choros ducunt Angeli, & Sanctorum cœtus lætanter circumeunt, cum quibus seruo tuo requiem, et magnam misericordiam præbe.* Et in Officio Sacerdotum defunctorum; Συνελαυνόμεθα μόνον ἀκούοντες, ὅτι ἐστὶν ἐκεῖ φῶς αἰώνιον, ἐκεῖ ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἐκεῖ ἡ τρυφὴ ἡ αἰώνιος, ἐκεῖ ὑπάρχει ὁ παράδεισος, ὃν πᾶσα ψυχὴ τῶν δικαίων χαίρει, συνέλθωμεν πάντες ἐν Χριστῷ

καὶ ἡμᾶς. *Ex solummodo auditu, quod ibi sit lux æterna, quod vitæ fons, & inconsumpta voluptas adsit, exardescimus: ibi certe Paradisus est, quo singulæ iustorum animæ lætantur. Vna omnes simul in illum ingrediamur & nos in Christo.* In Horologio in sanctum Martyrem Nicetam; Καὶ νίκης λαβὼν τὸ στέφος ἐν τοῖς ἄθλοις σου, τοῖς Ἀγγέλοις ἐνδόξως συναγάλλῃ Νικήτα φερώνυμε, σὺν αὐτοῖς Χριστῷ τῷ Θεῷ πρεσβεύων ὑπὲρ πάντων ἡμῶν. *Et victoriæ accipiens coronam in certaminibus cum Angelis gloriose vna simul lætaris Niceta tuo nomine dignus, cum illis apud Christum Deum pro omnibus nobis intercedens.* Item; Τοὺς εὐσεβεῖς καὶ θεοφόρους μάρτυρας, ὡς ἐπὶ γῆς καταλιπόντας ἅπαντα, προσεδέξω εἰς ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν σου, καὶ ἀνάπαυσιν. *Pios & deiferos Martyres, tanquam eos qui super terram omnia reliquerunt, in perfruitionem tuorum bonorum accepisti, & requiem.* Item de Nysseno Gregorio; Γρήγορος νοῦς, ὁ σὺν Ἀγγέλοις χορεύων, καὶ ἐντρυφῶν τῷ θείῳ φωτὶ πρεσβεύων ἀπαύστως ὑπὲρ πάντων ἡμῶν. *Vigil mens Gregorius, qui cum Angelis choreas ducit & diuino lumine perfruitur, & intercedit incessanter pro nobis omnibus.* De sanctis Quadraginta duobus Martyribus Ammorij; Οἱ ἐν τῇ γῇ διὰ Χριστὸν ἐναθλοῦντες ἀναδειχθέντες εὐσεβεῖς στεφανῖται, τὴν οὐρανοῦ ἐλάβετε οἰκεῖν ἐν χαρᾷ. *Qui in terra propter Christum certamina subijstis, & piorum*

coro-

corona cohonestati fuistis, cœlum habitationem cum lætitia obtinuistis. De sancto Eudocimo; Ἐκ γῆς ὁ καλέσας σε πρὸς οὐρανίους σκηνάς. *Qui te de terra vocauit ad cœlestia tabernacula*. Et alibi; Ἀνάπαυσον ὁ Θεὸς τοὺς δούλους σου, καὶ κατάταξον αὐτοὺς ἐν παραδείσῳ, ὅπου χοροὶ τῶν Ἁγίων Κύριε, καὶ οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς φωστῆρες, τοὺς κεκοιμημένους δούλους σου ἀνάπαυσον, παρορῶν αὐτῶν πάντα τὰ ἐγκλήματα. *Requiescere fac Deus seruos tuos, & colloca eos in Paradiso, vbi choreæ Sanctorum Domine, & Iusti vti luminaria splendent. Requiescere fac seruos tuos, qui obdormierunt, negligens eorum omnia peccata*. Et alia similia innumera.

Iosephus Melodus Canone in cœlestes Potestates, & in omnes Sanctos edito in eodem Horologio prope finem pag. 645; Ἧς ἠξιώθητε τρυφῆς, καὶ δόξης ἀδιαδόχου, αἱ ἀθλήσασαι γυναῖκες, καὶ ἀσκήσασαι φαιδρῶς, καὶ τὸν ἐχθρὸν νικήσασαι, πάντας ἡμᾶς γενέσθαι ἐν μετοχῇ ἱκετεύσατε. *Quarum digna effectæ estis deliciarum, & gloriæ perpetuæ, quæ fortiter decertastis mulieres & iucunde vos exercitastis, & hostem debellastis, omnes nos fieri participes supplicate*.

In Triodio die Veneris Hebdomadis, cui a caseo nomen est, cum Eremitarum officium celebratur; Κανόνες ἀρετῆς ἀκριβέστατοι. καὶ νῦν ἐν οὐρανοῖς τῶν ἰσοπτέρων λυθέντων πανόσιοι, καθαρῶς ἐποπτεύετε τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἐντυ-

χαίροντες ἀμέσως, ὑπὲρ τῶν πίστει ϗ πόθῳ τιμώντων ἡμᾶς. *Virtutis regulæ integerrimæ, & nunc in cœlis speculis dissolutis sanctissimi, pure conspicitis sanctam Triadem colloquentes immediate pro nobis, qui fide ac desiderio vos veneratione prosequimur.* Et in Canone funebri pro pueris vita functis; Θάνατος νηπίοις ἄνεσις. τῶν γὰρ τοῦ βίου κακῶν ἀνεπίδεκτα ὤφθησαν, καὶ πρὸς λῆξιν ἔφθασαν, καὶ χαρὰν ἐπουράνιον. τοῦ Ἀβραὰμ τοῖς κόλποις ἀγάλλονται, καὶ τῶν νηπίων ἁγίων θείων χορῶν νῦν συνευφραίνονται, ϗ πιστῶς χορεύουσιν, ὅτι φθορᾶς τῆς φιλαμαρτήμονος καθαροὶ ἀπεδήμησαν. *Mors pueris relaxatio est. vitæ siquidem huius malorum expertes visi sunt, & viuendi terminum attigerunt: cœlesti gaudio in Abraham sinu exultant, sacrisque puerorum Sanctorum choris collætantur, sincerisque tripudijs festum agunt, quia a corruptione peccatis gaudente liberi & puri euaserunt.* In Officio de ijsdem vita functis; Ἀλλ' ἰδοὺ Χριστός σοι τῶν οὐρανῶν πύλας ἀνοίγει, ἐκλεκτοῖς ἀριθμῶν σε ὡς εὔσπλαγχνος. *En vt reseratis cœlorum portis electorum numero Christus vt benignus te adiungit.* Et infra; Ἐστέρησας ἀγαθῶν ἐπιγείων τὸ σὸν βρέφος, ἵνα τῶν οὐρανίων σου ἀγαθῶν τοῦτο μέτοχον δείξῃς, μὴ παραβαίνοντα σου πρόσταγμα. *Bonis terrenis puerum tuum orbum fecisti, & eum cœlestium possessorem, ceu qui diuina tua mandata nunquam prætergressus est.*

Et

Et tandem Philotheus Coccinus Patriarcha Conſtantinopolitanus Pappomaſtix de Pappomaſtige in Officio, quod ipſe in Gregorium Palamam Theſſalonicenſem Archiepiſcopum concinnauit, a Schiſmaticis in Triodo inſerto, a Græcis tamen alijs omnibus ſi nonnullos excipias ex illius Epiſcopatu & ex Monte Atho aſſeclas, non recitatur, hæc leguntur; Ποίοις χείλεσιν εὐφημήσομεν τὸν ἱεράρχην, Θεσσαλονίκης τὸ κλέος, συμπολίτην ἔχοντα μυροβλύτην ἐν οὐρανοῖς τὸν θεῖον καὶ ὑπερθαύμαστον Δημήτριον. *Quibus labijs laudabimus Hierarcham, Theſſalonices gloriam, conciuem in cœlis habentem Myroblytam diuinum, & ſuperadmirabilem Demetrium.* Et; Τὴν μακαρίαν ἐν κόσμῳ ζωὴν διανύσας, καὶ νῦν τῶν μακαρίων συνευφραίνῃ τοῖς οἴκοις, καὶ γῆν τὴν τῶν Πατέρων, ὡς πρᾶος οἰκεῖς ἱεράρχα Γρηγόριε. χάριν θαυμάτων πλουτεῖς δὲ παρὰ Θεοῦ, ἣν παρέχεις τοῖς τιμῶσί σε. *Beatam in terris vitam peregiſti, & nunc beatorum habitationibus collætaris, et terram Patrum vt mitis inhabitas, Hierarcha Gregori, gratiam miraculorum abundanter poſſidens ex Deo, quam honorantibus te impertiris.* Et Canone in Ioannem Damaſcenum; Τοὺς ἀσκητικοὺς καμάτους σου, τοὺς ἐν βίῳ καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνας σου, τοὺς ἐκ πόθου διεδέξαντο, Πάτερ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς τῶν Ἀγγέλων αἱ λαμπρότητες, εὐφροσύναι τῶν δικαίων τε, ὑμνογράφε κοσμοπόθητε, ἱκέ-

τευε σὺν αὐτοῖς ὑπὲρ πάντων ἡμῶν. *Asceticos tuos labores, quos, cum viueres, subijsti, & pro Christo tua certamina concupita, acceperunt, Pater, in cœlis Angelorum splendores, et Iustorum gaudia, hymnorum scriptor, a mundo desiderate, ora cum ijs pro nobis omnibus.* Ibidem; Καὶ θερίζεις εὐλογίας τοὺς καρποὺς παρὰ Θεοῦ τοῦ σὲ ἀξίως καταστέψαντος. *Et metis benedictionis fructus a Deo, qui te pro dignitate coronauit.* Ex Orat. eiusd. in S. Anysiam Thessalonicensem; Ἀμφοτέροις ὑπερέσχε μειζόνως τῷ τῆς ἁγνείας καὶ παρθενίας ὑπερφυεῖ κατορθώματι. ἀσκητῶν χοροῖς συναγάλλεται. στίφει Μαρτύρων ὡς μάρτυς ἐν οὐρανῷ ξύνεστι, μετὰ τῶν σεμνῶν λαμπρῶς τῷ νυμφίῳ καὶ δεσπότῃ παρίσταται, ὑπὸ πάντων προπεμπομένη τε, καὶ δορυφορουμένη, οἷς τὰ πάντων κατορθώματα μεγέθει φύσεως καὶ προαιρέσεως ἀξιώματι εἰς ἓν συναγαγοῦσα φιλοτίμως, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλων πάντων τούτοις κατεκόσμησε, νικήσασα καὶ γυναῖκας καὶ ἄνδρας τοῖς ὑπὲρ Θεοῦ καὶ κατὰ Θεὸν ἀγωνίσμασιν. *Vtrosque plus plusque superauit, castimoniæ, virginitatisque recte factis eximijs, cum choris Ascetarum collætatur, agmini Martyrum vt martyr in cœlo adhæret, cum venerandis Virginibus splendide sponso adstat, Dominoque ab vniuersis deducta, stipataque, quorum omnium recte facta, naturæ magnitudine, & electionis dignitate, magno conatu in vnum aggregans, vt quispiam alius seipsam adornauit & homines & mulieres,*

pro

pro Deo & secundum Deum certaminibus superauit. Et tandem in Laudatione sancti Demetrij Martyris; Ἐκεῖ δὲ τῷ πνεύματι γεγονὼς, καὶ μετὰ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Στεφάνου τοῦ σοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς ἑταιρείας τῶν Μαρτύρων περιλάμπων χορῶν, καὶ σὺν Ἀγγέλοις ἄλλος ἥλιος κατὰ χρησμοὺς δηλαδὴ τοὺς θείους τῷ τρισηλίῳ παρεστηκὼς Θεῷ καὶ δεσπότῃ, οὐ τούτοις μόνον ἡμᾶς φιλοτιμῇ καὶ δεξιοῦσαι; θαυμαστῶς τοὺς ἐνταῦθα νόσων παντοδαπῶν, καὶ παθῶν ἀνιάτων, καὶ προσέτι βαρβάρων καὶ πολέμων, καὶ φόνων, καὶ ἁπάσης κακίστης ἕξεως, καὶ φθορᾶς διὰ παντὸς ἀπαλλάττων. *Ibi vero spiritu progressus, & cum Petro, Paulo, & Stephano tuo, & eorum, qui penes eos sunt, sociorum Martyrum choro prælucens, necnon & Angelis alter sol, vt in diuinis eloquijs continetur, trisoli Deo adstans & Domino, non hisce solummodo prolixe largiris, & admirabiliter excipis, eos qui hic degunt, a morbis omnis generis, & malis incurabilibus, prætereaq; barbaris, & bellis, & cædibus, & omni pessima noxa, & internecione perpetuo liberans*. Et vt mulieres in hoc quoq; sententiam suam proferant, Theodosia; Μελῳδὸς & ipsa, Canone in S. Ioannicium; Καὶ γηΐνων ἀπαλλαγεὶς, καὶ νῦν μετ' Ἀγγέλων συγχορεύεις Ἰωαννίκιε μακάριε. *Et e terrenis exemptus, etiã nunc cum Angelis, vna simul choreas ducis, beate Ioannici*. Et; Ὡς πτωχεύσας ἐν πνεύματι τὴν τῆς βασιλείας δόξαν ἐκληρώσας, καὶ πρὸς πόλιν

οἰσυ-

εἰσελήλυθας τὴν τῶν πρωτοτόκων, Πάτερ ὅσιε. *Et pauper spiritu factus, regni gloria ditatus es, & vrbem primogenitorum ingressus es, sancte Pater*: Et; Ἐξ ἐνύλου φθορᾶς πρὸς τὰς ἐκεῖ τῆς ἀφθαρσίας μετετέθης μονὰς καὶ σκηνώματα. *Ex materiata corruptione ad incorruptionis mansionem, & tabernacula translatus es.*

Hæc cum ita sint, a sanctis Patribus, Concilijs, Græcis ipsis tum demortuis tum viuentibus omnibus approbata, & palam aperteq; asserta, nescio qua fronte Marcus Ephesinus Epist. de Synodo Florentina asserat; Καὶ ἡμεῖς μὲν οὔτε τοὺς Ἁγίους ἀπολαβεῖν τὴν ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βασιλείαν, καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀγαθὰ, οὔτε τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς τὴν γέενναν ἐμπεσεῖν ἤδη φαμὲν, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι τὸν ἴδιον ἑκατέρους κλῆρον, καὶ εἶναι τοῦ καιροῦ τοῦ μέλλοντος μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν κρίσιν. *Et nos quidem neq; Sanctos dicimus paratum sibi regnum obtinuisse et arcana illa bona, neq; peccatores iam esse in gehennam contentos, sed vtrosque esse in expectatione sortis, quæ illos manet, idque pertinere ad futurum tempus post resurrectionem & iudicium. Nos dicimus*, solus vnus Ephesius in innumeras lacinias dissectus factus est vniuersalis Græcia; & quod ipse dicit, omnes dicunt. Sed contrarium occinunt libri Græcorum omnes, Catholici, Pappomastiges vniuersi, ipse etiam Ephesius Orat. in Eliam Prophetam, cuius testimonium

nium aduersus eundem Ephesium laudat Gregorius Protosyncellus Responsione in eandem Epistolam. Tanta est peruicaciæ cæcitas, tanta contentionis vis. vt quod vides non videas, & dicti tui in breui spatio memoriam omnem libens volensq; abijcias.

Excute somnum Hottingere, amoue odium, inuidiam, & in Ecclesiam Romanam maleuolentiam, eijce contumaciam, reuoca te paululum ad humanitatem, præbe te in rebus cognoscendis, & in veritate audienda faciliorem. Laus quoque ea est, profiteri per quem profeceris, errata quæ commiseris agnoscere: fructuosum quoque est, de sententia nonnunquam decedere. Græci sunt omnis generis, qui tibi veritatem propinant, & consensum suum cum Pontificijs clamant. Næ tu inconsideratus, inconsultusque fueris, si tot testium, etiam Pappomastigum dicta parui feceris, stupideque dixeris, Allatium temere consensum vrgere. Neque enim tu talis tantusque es, vt Allatius te tot alijs præstantissimis viris præferat, cui vel iurato in rebus leuissimis, & præcipue si de rebus sacris sunt, nō crederet: cum te tot mendaciorum in paucissimis lineolis manifesto modo prehendat. Finxisses aliquid saltem commode, vt aliquid in medium afferre, quod esset in rem tuam, apud

tui

tui similes reputareris. Deponisne iam confidentiam? Hottingere. Contendesne amplius Græcos in ea esse sententia, Iustos ex hac vita migrantes non statim in cœlum deferri, & visione beatifica perfrui, ac plenam sperare cœlestis gloriæ perfruitionem, & in hoc dissentire a Pontificijs? Hæc quæ scripsimus Græcorum sunt, Catholicorum, Pappomastigum, &, quod magis mutum te reddet, Librorum ritualium in Ecclesia illa post diuina oracula summa cum veneratione receptorum effata, quæ singulis horis leguntur, approbantur, & potissimum creduntur. Interim tu mihi responde, non iracunde, vel inhumane, vt soles, Zuinglius ille tuus estne modo in cœlo, possidetque beatitudinem illam, nullo vnquam tempore finem habituram? & tu, cum fatis concesseris, quam promeruisti, & auide concupisti in Zuinglianam illam progredieris? Certusne es de salute tua, & Deum videbis? O pecudem! Et quæ vnquam fuerit illa beatitudo in qua vna simul Petrus, Paulus, Ioannes Baptista, Diua Virgo, & Christus ipse redemptor cum Hercule, Theseo, Camillo, Catone, & Aristide possident? Nulla beatitudo illa est; ideoque, tu cum speras illam, nullam speras, nullam credis. & consequenter nec Zuinglius ille tuus vl-

lam

lam habet, vllam possidet, sed cum Hercule, Theseo, Camillo, Catonibus, & alijs in Zuingliana illa beatitudine sempiternis supplicijs cum Diabolo conflictatur; & tu cum Zuinglio & Catonibus, ni resipiscas, in perpetuum conflictaberis. Peruersitatis huius dogmatis auctorem fuisse Zuinglium non negabis. Palam sunt, quæ ad Franciscum Galliæ Regem scelestissima lingua asseruit, publice typis ante omnium oculos producta, quæ ab ipsis etiam sectarijs vti blasphema & impia reiecta sunt. *Hoc*, inquit Lutherus, *nihil est aliud quam aperte fateri, quod sentiunt nullam esse fidem, nullum Christianismum: si enim Scipio & Numa Pompilius, qui fuerunt Idolatræ salui sunt, cur oportuit Christum mori? aut quorsum opus est baptizari Christianos, aut doceri Christum?* Dices sed insulse quod & alij dixerunt, & defendere publicis scriptis veriti non sunt, Infideles sine Christo, & olim fuisse saluatos & hodie saluari posse. Quare ergo, ne multa hic repetam, eadem confidentia non scribis, vt ille aiebat, Pilatum non Petrum fuisse verum Christi Apostolum, & Mahumetem non Christum fuisse Messiam? Græci & Pontificij similia condemnantes, vna voce fatentur, extra Ecclesiam Christi, extra sacramenta Christi, extra passionem, merita, san-

ſanguinem, & nomen Chriſti, nulli rei proficua eſſe bona opera, nullam ſalutem, nullam beatitudinem. Cœcus plane es, ſi non vides, ſtipes, ſi non intelligis. Caue ne conſenſus tibi diſſidium ſit. Sed reliqua me vocant.

CAP. XII.

Indulgentias Græcos pretio non redimere, ſed nec Pontificios.

N*Vllas indulgentias auro argentoque redimendas pro peccatis.* Poſt tot mendacia, quibus Lectorem tuum onerasti, tandem tibi puto etiam inuito, verum, nec illud incontaminatum excidit, cum illud ſumma malignitate, & tacita fallaciloquentia violaueris. Nanque ſi indulgentias pro peccatis auro argentoque Græci non redimunt, & in hoc a Pontificijs diſſident; Ergo Pontificij eas auro argentoque redimunt. Alias diſſidium nullum inter Græcos eſſet & Pontificios; & tu temere caput hoc de indulgentijs redimendis ad probandum diſſidium inter alia collocaſſes. Bene itaque Græci faciunt, Pontificij male. Quare de hac Græcorum conſuetudine nihil ex Græcis ipſis hic afferam. Latinorum cauſæ alij me doctio-

doctiores ſcriptis editis occurrerunt, & crimen falſo Pontificijs obiectum ſolide eluerunt. Interim illud ſcias velim, non poſſe vnius ſordidi Miniſtelli, & nullius auctoritatis hominis ſupremam Eccleſiæ auctoritatem, fundamentis æternis innixam, falſi criminis nota imminui obterique. Quare neglecta ſcurrili appellatione Riueti, qui Indulgentias Pontificias *emulgentias* vocauit, dicunt Hæretici Lutherum propter Indulgentiarum nundinationem ab Eccleſia Romana abalienatum fuiſſe, & ea occaſione motum, ſuſcepiſſe reformationis opus, quod eſt ad ſua tegenda ſcelera ſectariorum perpulchrum inuentum. Tribunal ſacræ Pœnitentiariæ Romæ adminiſtris ſuis, quos alit proprijs expenſis quam plurimos, pœnis ſcriptis interdicit, ne audeant etiam pro pretio membranæ, aut pro labore, vel ſcriptione, ſiue etiam induſtria ſua aliquid accipere, & ne fraus alicui fiat ſuperſcribitur conceſſionibus, *Gratis etiam quoad ſcripturam*, Stolide ergo argutantur, *Romæ vendi Deum & remiſſionem peccatorum*. Et has Indulgentias non dediſſe cauſam Luthero ſuæ ab Eccleſia Romana abalienationis, doctiſſime ex ipſarum Indulgentiarum conceſſione & teſtimonio ipſius Lutheri & aliorum probant confirmantque Pontificij. Hinc ma-

manifesto deprehenditur quidquid ex similibus Indulgentijs collectum a quocunque fuit, non in proprios vsus, sed in communem vtilitatem & magnificentiam Romanæ Ecclesiæ exhaustum fuisse, & Leonem Decimum exemplo suorum Prædecessorum id fecisse satis notum ex historia est, a quibus id statutum fuerat, vt vnusquisque decimam reddituum & mobilium suorum in eleemosynam daret, ad subueniendum terræ Hierosolymitanæ. Excommunicatio quoque contra eos lata est, qui decimam prætaxatam non dedissent sub præsentia & conscientia illorum, qui debent interesse. Frustra ergo ab Hæreticis asseritur, similem eleemosynarum exactionem Lutherum pacatum ad rebellium incitasse.

CAP. XIII.

Sculptilia Græcos vt reliquas Imagines maximopere venerari.

PErgis, *Sculptilia ad vsum religiosum non prostituunt*. A tuis moribus nunquam discedis, Hottingere, & in rebus sacris ac venerandis verba cantas obscœna. An nescis verborum obscœnitatem, si turpitudini rerum adhibeatur, ludum nec libero quidem homine

homine dignum esse, cum nec turpia ipsa obscœne dicenda esse Ethnicis etiam hominibus vetitum fuerit? Sed Hottingero licent omnia. *Sed Græci ad vsum religiosum sculptilia non prostituunt*. Contrarium video, & tibi, qui nunquam tale vidisti, credam? Horum aspectum capitali odio auersaris. Per manus omnium, eæque vti singularia in veneratione habentur innumeræ apud Principes viros Tabellæ & Cruces ex ligno aliaue pretiosa materia, in quibus mirabili artificio, & operosa subtilitate, quam non ita facile oculis distinxeris, diuina nostræ redemptionis mysteria, Martyrum fortissimæ pro Christo ad necem vsque dimicationes, supra nominibus eadem arte expressis, apte sciteque insculptæ per vniuersam Græciam & Italiam cernuntur, & inter cimelia rariora conseruantur. Et in Græcia præcipue non solum summa religione præditi, sed seculares etiam e collo appensas deferunt & venerantur, cœloque efformatorum Sanctorum auxilia apud Deum pro rebus feliciter agendis, & regno cœlesti demerendo implorant, & inuocant, quorum opem proficuam sæpe sæpius experiuntur. Et ne nimius sim in re clarissima, qui renunciato seculo sese Deo deuouerunt in Monte sancto, antiquis *Athos* est, simili operi, cum

tempus precum non obstat, studiose incumbunt, quos alij aliorum Monasteriorum proceres æmulantur, ita vt fere iam tota Græcia similibus sculptilibus referta sit. Quare fatearis necesse est, sermones te habere de rebus, quas nescias, ideoq; nullā fidem mereri; sed veluti mendacem ex finibus humani generis exterminandum, vti falsario manus præcidendas, ne de cætero similia scribas, & imprudentes falsa scriptis disseminans a veritate abducas. Non parum cognoscere, sed in parum cognito stulte & diu mendacio insistere turpissimum est.

CAP. XIV.

Confessionem singulorum peccatorum secretam & auricularem Græcos vsurpare sicuti Pontificios, Græcorum etiam Pappomastigum testimonijs contra Hottingeri mendacia stabilitur.

EXaminemus reliqua; *Confessionem singulorum peccatorum secretam & auricularem non vsurpant.* Duo hic proponis splendido mendacio, Hottingere. Primum est Græcos non vsurpare confessionem singulorum peccatorum: alterum Confessionem hanc non esse secretam, & auricularem:

Scio

Scio sectarios astruere Vvirtembergenses Responso ad primum Patriarchæ responsum; *Sed tamen ad veram & salutarem pœnitentiam necessariam esse omnium peccatorum, quorum nobis conscij sumus, enumerationem, non credimus*. Et; *Quod autem hominibus ministris Ecclesiæ omnia peccata nostra recensere teneamur, id scriptura nusquam præcepit*. Et Responso ad tertium Patriarchæ Responsum; *A nemine exigitur, vt in specie omnia sua peccata Sacerdoti confiteatur. Talem enim peccatorum confessionem, & singulorum peccatorum enumerationem Christus a nobis non exigit, quæ etiam impossibilis est, iuxta illud Psalmi, Delicta quis intelligit? Quare ea Ecclesiam non oneramus*. Philippus Melancthon; *Nulla enumeratio delictorum necessaria est, quia manifestum est, nunquam extare præceptum diuinum de enumeratione singulorum*. Caluinum; *Auricularem confessionem vti pestilentem, & multis nominibus Ecclesiæ noxiam damnasse, ac sublatam ab Ecclesia cupiuisse*, iam patet. *Quodsi res esset indifferens, quando tamen nulli vsui est, nec fructui, tot autem impietatibus, sacrilegijs erroribus causam dedit, quis non protinus abolendam esse censuit*. Necnon; *Confessionem & absolutionem priuatam a fœtidis Antichristi Romani lacunis originem suam habere, & ab ipso Diabolo inuectam esse in Ecclesiam*.

Non ita insaniunt Græci, vt recepta a suis παραδοθέντα infament, & nouiter a Diabolo dictata exosculentur. Sed suorum maiorum instituta tuentur, & sacra, & cæremonias intemeratas retinent. Pontificij singulorum peccatorum enumerationem, vt confessio perfecta absolutaque sit, requirunt. Videamus interim quid Græci & potissimum Pappomastiges pronunciant. Ioannes Ieiunator Patriarcha Constantinopolitanus, ob inæstimabilem abstinentiam inter Græcos celeberrimus, qui se primum Oecumenicum & Vniuersalem nuncupauit, refragantibus Pelagio II. & Gregorio I. alijsque Pontificibus Romanis, in suo libro Pœnitentiali; Ταύτας ἐν πρώτοις χρὴ τὸν τὰς ἐξομολογήσεις ἀναδεχόμενον ἐρωτᾶν τὸν ἐξομολογούμενον, καὶ τὸ ὅλον εἰς πόσας ὁμοῦ περιέπεσε. περὶ πάντων γὰρ ὁ ἀριθμὸς ζητεῖται, καὶ ἡ τῶν προσώπων διαφορά. *Hæc in primis Confessorem oportet interrogare confitentem in vniuersum simul, in quotas incidit. Ante enim omnia numerus quæritur, & personarum differentia.* Et infra; Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν περὶ πάντων διερευνᾶν μετὰ πάσης ἀκριβείας. ἐνδέχεται γάρ τινα πᾶσαν κακὴν ἐργασίαν μετελθεῖν. πάντα οὖν ἐξετάσας, καὶ ἀκριβωσάμενος, ἅπερ ἀκούσῃ τοῦτον ὁμολογοῦντος, καὶ συγκαταθέμενον, ὀφείλει καθ' ἕκαστον λέγειν, ὁ Θεὸς συγχωρήσαι σοι, καὶ μετὰ τὸ ἀπαριθμήσασθαι πάντα, καὶ τὴν ἐξομολόγησιν

δέξα-

δεῖξασθαι, πάλιν ἐπάγειν. *Atque vt abſolute dicam de omnibus eum omni cum diligentia inquirere debet. Contingit enim quandoque aliquem omne peccati genus aggredi & operari. Omnia igitur cum exquiſierit, et diligenter conſiderauerit, debet ad ſingula, quibus confitentem aſſentiri audiuerit, dicere; Deus tibi indulgeat. Poſtquam autem omnia recenſuerit, & confeſſionem acceperit, addat.* &c. Et Sermone ad eos qui peccatorum confeſſionem edituri ſunt; Ταῦτα οὖν κατὰ νοῦν θέμενος, ἀναλόγισαι σου τὰ πεπραγμένα, τὰ ἐν νυκτὶ, τὰ ἐν ἡμέρᾳ, τὰ ἐν γνώσει, τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, ἅπαντα ἐνώπιον τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν Ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ αἰσχυνθεὶς ἐλευθερίως πρός με τὸν ἁμαρτωλὸν μηδὲν διαστελλόμενος. *Hæc igitur animo reuoluens conſidera, & ad calculum reuoca, quæ feciſti, quæ noctu, quæ interdiu, quæ ſciens, quæ ignorans, omnia coram Chriſto, & electis ſuis Angelis, nihil pudore reticens, aut contrahens, confidenter mihi peccatori confitere.* Ioannes Monachus & Diaconus, magni Baſilij diſcipulus, in Canonario Pœnitentiali; Καὶ μὴ τὸ σύνολον ἀμφοτέρους καθίσαι, ἕως ἂν πληροφόρησῃ πάντα ὁ ἐξομολογούμενος, ἀνακρινόμενος δηλαδὴ λεπτομερῶς, περὶ πάντων, καὶ πόσων, καὶ πόσα. καὶ ὅταν συντηρῇ ἐκεῖνος μὲν λέγων, οὗτος δὲ ἀκούων, καὶ ἐρευνῶν, καὶ ἀνακρίνων τὰ ἀκουόμενα. ὅτε τοίνυν ἀποπληρώσας ἐκεῖνος εἰπεῖν μὴ ἔχει ἄλλο τι. καὶ οὗτος μὴ ἀρίων, ὃ οὐκ ἀνέκρι-

τεῖ, ἢ οὐκ ἠρώτησε. καὶ εἰς ἃ αὐτὸς ἢ διὰ λήθην, ἢ δι' αἰσχύνην οὐκ εἶπε, τότε ῥίπτει αὐτὸν ἐπὶ γῆν. *Neque prius omnino vtrosque sedere oportet, quam confitens omnia compleuerit, interrogans videlicet omnia particulatim, de omnibus quanta, qualiaue. Cum autem perfecerit ille quidem dicens, hic vero audiens, & inquirens, & dijudicans quæ audiuerit: cum inquam compleuerit pœnitens, dixeritque se nihil amplius habere, ipse vero non dimittens, quæ non iudicauit, aut interrogauit; vel quæ pœnitens aut obliuione, aut pudore tacuit, tunc in terram sese deijcit.* &c. Simeon Thessalonicensis Responsionibus ad Gabriëlem Pentapolitanum; Διὰ τῆς γνησίας κοινωνίας ἄνθρωπος ἐκκαθαίρεται ἐν τῷ ἐξαγορεῦσαι κατὰ μέρος τὰς ἁμαρτίας καὶ ἐκκλῖναι τοῦ κακοῦ, καὶ ἄρξασθαι τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δοῦναι τῷ Θεῷ λόγον, μηκέτι ποιῆσαι τὴν ἁμαρτίαν. εὐθὺς γὰρ ἀναλαμβάνει τὴν ἄφεσιν, καὶ οὐκ ἐν τρισὶν, ὡς φὴς, ὥραις. *Per legitimam communionem homo expurgatur, dum confitetur secundum partes peccata, & declinat a malo, & incipit bonum, obligatque se suo sermone de non peccando amplius. Statim enim accipit remissionem, & non in tribus, vt tu autumas, horis.* Et Dialogo contra Hæreses; Τὴν ἐξαγόρευσιν δὲ οὐχ ἁπλῶς χρεὼν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡς ὑπέδειξεν ὁ Σωτὴρ, ὅτε τὸν Ζακχαῖον καὶ τὴν πόρνην ἐδέξατο. ὁ μὲν γὰρ μετὰ σεμνότητος ἐξήλατο τελείας καὶ συντριβῆς, καὶ ἐπι-

ἐπηγγέλλετο τὰ ἀδικήματα διορθώσασθαι. καὶ ἐπιθεῖναι θεῖα ἔργα. ἰδοὺ γάρ φησι τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι Κύριε δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. *Confessio autem non fieri debet simpliciter, sed vt Saluator ostendit, cum Zacchaeum & meretricem suscepit. Ille enim cum grauitate & contritione, omnia palam enunciauit, & promittebat, omnia a se iniuste patrata corrigere, & opera diuina apponere. Ecce enim, dicebat, dimidiam partem bonorum meorum, Domine, pauperibus trado.* Et paucis annexis; Ἐν τόπῳ δὲ σεμνῷ τε καὶ ἱερῷ, καὶ ἡσυχάζοντας καὶ ἀθορύβως χρὴ τὸν δεχόμενον τὴν ἐξομολόγησιν καθῆσθαι μετ' εὐλαβείας, ἱλαρὸν ὄντα καὶ προσηνῆ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ βλέμματι, τὴν θείαν ἀγάπην διὰ τοῦ ἤθους ἐπιδεικνύμενον, καὶ τὸν ἐξομολογούμενον ἢ μετὰ θάρρους, καὶ θείου φόβου, καὶ μετ' εὐλαβείας καθίσαι τοῦ δεχομένου ἐνώπιον, μᾶλλον ἢ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦ δεχομένου τῷ Χριστῷ ἀναγγέλλει τῷ καὶ τὴν ἄφεσιν νέμοντι. καὶ προστρέποντα πάντα λέγειν ἀνενδοιάστως, καὶ ἐν ταπεινώσει, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ μηδὲν ἀποκρύπτειν. καὶ τριῶν ὄντων ἐν ἡμῖν, λογιστικοῦ τε λέγω, καὶ θυμικοῦ, καὶ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, περὶ πάντων τῶν ἐν τούτοις πλημμελημάτων κατὰ μέρος ἀναγγέλλειν. εἰ δὲ ἀγνοεῖ ταῦτα ὁ ἐξομολογούμενος, ὑπομιμνήσκεσθαί τε καὶ ἐρωτᾶσθαι παρὰ τοῦ ἀναδεχομένου, ὅτι ἐν τούτοις, ὡς καὶ ὁ Νύσσης φησὶ μέγας Γρηγόριος, ἢ κατορθοῦμεν, ἢ σφαλλόμεθα. *In loco autem venerando sacroque & separato, & quieto, opus est eum, qui confessionem*

excipit, sedere cum deuotione, hilarem vultu, atque animo perhumanum, & diuinam charitatem moribus ipsis præseferentem: & qui confitetur cum confidentia, & diuino metu, & deuotione assidere aduersum Confessarium, quinimo ante ipsum Christum. Quoniam per eum qui excipit, Christo ipsi enunciat remissionem præbenti: & adhortatur, sine vlla hæsitatione, in humilitate, & veritate omnia manifestare. Et cum in nobis tria sint, rationale, irascibile, & concupiscibile, de omnibus quæ in hisce committuntur, singillatim enunciare. Quodsi hæc confitens nescius est, commonefieri debet, & interrogari a Confessario. In his enim tribus, vti magnus quoque Gregorius Nyssenus admonet, aut recte agimus, aut male. Et enumeratis omnibus, in quibus homo labitur, subdit; Ἐν τούτοις οὖν ἅπασιν ὀφείλει ἕκαστος τῶν ἐξομολογουμένων ἑαυτὸν ἐρευνᾷν, καὶ ὁ δεχόμενος περὶ ἑκάστου διερωτᾷν, καὶ εἰ μὲν κατώρθωκεν ἀγαθόν τι ἐπαινεῖν, καὶ πρὸς τοῦτο ἐπιστηρίζειν. εἰδ᾽ ἐσφαλμένον ἔν τισιν εὑρη διὰ τῆς ἐξομολογήσεως τε καὶ μετανοίας διορθοῦν τοῦτον, ὡς δύναμις, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπαναγαγεῖν τὸν πεπτωκότα, τοῖς ὅροις τῶν Πατέρων ἑπόμενον. *In his itaque omnibus debent ex confitentibus singuli semetipsos excutere, & qui excipit, de vnoquoque interrogare: & si quid bonum absoluerit, laudare, in eoq; confirmare, si malum inuenerit, per confessionem & pœnitentiam corrigere, &*

modo quo potest, lapsum ad Deum deducere decretis Patrum insistens. Hieremias Patriarcha Responso primo ad Vvirtembergenses; Εἶτα ὁ ἐξομολογούμενος εἰς ὅσα δυνηθῇ, καὶ ἐνθυμηθῇ κατ' εἶδος εἰπεῖν καὶ ἐξομολογήσασθαι μετὰ συντετριμμένης καρδίας, καὶ τεταπεινωμένης λαμβάνει τὴν ἴασιν, ἐργαζόμενος δηλαδὴ τὰ ἀντίθετα οἷς ἔπραξεν ἁμαρτήμασιν. *Deinde confitentem quoad possit & recordatur peccata particulatim exponere, idque corde contrito & humiliato. Sic enim is sanatur, si scilicet faciat quæ contraria sunt peccatis a se admissis.* Et infra ex mente Basilij; Τέταρτον περὶ ἐξομολογήσεως καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν γράφετε. πρὸς ὅπερ φαμὲν κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον, ὅτι δεῖ ἕκαστον Χριστιανὸν, εἴγε μέλλει ἀξιόλογον προκοπὴν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ ἐν ἕξει τῆς κατὰ τὰ προστάγματα τοῦ Κυρίου ἡμῶν ζωῆς γενέσθαι, μηδὲν μὲν ψυχῆς κίνημα ἀπόκρυφον παρ' ἑαυτῷ, μηδένα λόγον ἀβασάνιστον προΐεσθαι, ἀλλ' ἀπογυμνοῦν τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς δυναμένοις θεραπεύειν. *Quarto de confessione & remissione peccatorum scribitis. ad quod respondemus ex magno Basilio, debere vnumquenque Christianum, si velit egregium progressum pietatis monstrare, & habitum secundum præcepta Domini nostri viuendi comparare, nullam agitationem mentis occultam secum retinere, nullum verbum absque examine præcedente emittere, sed proferre nude arcana cordis non*

qui-

tus, intra se reputans peccata a se patrata Deo reuelata manifestare, quem nemo fallere potest. Et apud Christophorum Angelum de statu hodierno Græcorum cap. 22. qui est a confessionibus hortatur confitentem; Καὶ βλέπε μὴ σιγήσῃς τὶ ἁμάρτημα αἰσχύνης ἕνεκα. ἄνθρωπός εἰμι ἁμαρτωλὸς ὡς καὶ σύ. καὶ οὕτως ἄρχεται λέγειν τὰς ἑαυτοῦ ἁμαρτίας ὁ ἐξομολογούμενος. ὅτε δὲ ἀποτελέσει λέγων ὁ ἐξομολογούμενος, τότε πάλιν λέγει ἐκείνῳ ὁ πνευματικός. μνημόνευσον, μή τι ἔλαθες. ὁ δὲ ἐξομολογούμενος πάλιν συλλογίζεται, καὶ εἰ μὲν ἐνθυμηθῇ τι, λέγει. ἐὰν δὲ μὴ λέγει, ὅτι οὐδὲν ἐνθυμεῖται. *Caue ergo vllum peccatum vel pudoris prætextu reticeas, quandoquidem & ego homo peccator sum, sicuti & tu. Tum confitens peccata sua enumerat: cui enumerationi vbi finem imposuit, Pater Spiritualis eidem hoc inculcat. Excute memoriam, annum obliuione aliquid sit prætermissum? Tum confitens iterato apud animum suum rationes init, &, siquidem delicti alicuius recordatio in mentem venerit, illud profert: sin minus, nihil sibi amplius occurrere profitetur.* Hoc item fassi sunt Vvirtembergenses in Prooemio ad Responsa Patriarchæ; *Et si autem quod ad Confessionem auricularem, quam vocant attinet, omniumque peccatorum enumerationem, bene iam conuenit inter Græcos & Latinos: eo ipso tamen hodierna Orientalis Ecclesia, a seipsa suisque maioribus*

diss-

dissidet, a quibus illa propter stupratam quandam nobilissimam matronam in confessione a Diacono est abrogata. Et vt rem concludam, notanda est admonitio, quæ fit confessarijs in Officio eorum, qui peccata confitentur; Καὶ ἐρωτᾷ αὐτὸν ὁ ἐπιτιμητὴς εἰς τὰ ἄλλα, καὶ μετὰ τὸ ἐρωτῆσαι κατὰ λεπτὸν. *Circa alia quoque Pœnitentiarius interrogat, & postquam minutim interrogauerit de singulis.* Vide etiam quæ habet Gabriël Seuerus Philadelphiensis Commentario de septem Ecclesiæ Sacramentis. Hi Scriptores peccatorum species, quantitates, qualitates, & differentias minorum, mediocrium, & magnorum, quales sint & quotæ; tam quæ sunt secundum naturam, quam quæ contra naturam in specie commemorant, vt Confessorum vnusquisque inquirere, & scrutari singula, pœnitentes vero tuto pleneque confiteri, & interrogati respondere possint. Illud etiam non leue argumentum est ad probandum in hoc Sacramento Græcorum cum Pontificijs consensum. Cum Latini in Concilio Florentino leuiora poposcissent a Græcis, nullum de Sacramentis, nisi de coniugum non succidenda societate examen propositum fuit; quasi Sacramenti cuiusque ab eis administrati normam, formam, sententiamque approbatam censerent, & ratam, vt animad-

maduertit Iacobus Goar in Euchologio: & Græcis prius abire permiſſis, vt quod circa illa nihil ab eis deſiderandum, aut caſtigandum iudicaſſent, Armenos de illorum partibus, materia videlicet & forma & alijs, ad ſingula ſpectantibus inſtruxerunt. Græci ſiquidem vti & Pontificij in confeſſione ſingula quæque & in ſpecie Patri ſpirituali exponunt. Adi, ſi tibi ſacra nauſeam non pariunt, ipſos Græcorum libros Rituales, ex quibus optime deprehendes Solem Græcos Solem dicere, & diem diem, Hottingerum Solem Lunam eſſe credere, & noctem qui nunc eſt dies. *Si* plura cupis de huius Sacramenti vſu apud Orientales, vide dictum Goaram in Euchologio, in quo præter alias habes Orationes quibus Calabri, Siculi, Græci, & nonnulli Orientales vtuntur: ad hoc onus admitti potiſſimum Monachos; vt Patres ſpirituales confeſſionem excipiant: vt peccata ad Canonum rigorem examinant: vt conſolentur illi, quos a ſacra communione arcent, & ſimilia ex libris ipſis Græcorum, & antiquiſſimo Euchologio Barberino deprompta.

CAP. XV.

Episcopis coniungio plane interdici a Græcis. Ante Presbyteratum virgines, si vnicam, & virginem duxerint, ad Presbyteratum promouentur: ea demortua tum coniugio plane interdici; si duxerint, a ministerio cessant. De coniugio Presbyterorum nonnulla scitu digna: Moniales integræ semper Deo conseruantur.

SVbdis; *Episcopis, & Presbyteris coniugio non plane interdicunt.* Tantamne vecordiam innatam tibi esse Hottingere, vt falsis continuo gaudeas? Itane? Homo omnium, quos terra sustinet ignauissime; nunquamne ergo tua oratio a mendacio nuda erit? Semperne in summa fraude, ac malitia versabitur? Hoccine vero credibile non est, & tamen re ipsa ita est. Quo duce vel auctore didicisti, hodiernos Græcos Episcopis coniugio non plane interdicere. Memora vnum, & triumpha. Vxores permissas Episcopis in antiqua Græcorum Ecclesia, nemini dubium est. Postmodum honestati Sacerdotum consulens Synodus Trullana statuit; *Vxor eius, qui ad Episcopalem dignitatem promotus est, communi sui viri consensu prius separata, postquam in Episcopum ordina-*

tus

tus est, & consecratus; Monasterium ingrediatur, procul ab Episcopi habitatione extructum, & Episcopi prouidentia fruatur: si autem digna visa fuerit, etiam ad Diaconissæ dignitatem proueheatur. Canone 48. Ἡ τοῦ πρὸς Ἐπισκοπὴν προεδρίαν ἀναγομένου γυνὴ, κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς προδιαζευχθεῖσα μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς Ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω, πόῤῥω τῆς τοῦ Ἐπισκόπου καταγωγῆς ἀφιδρυμένῳ, καὶ τῆς ἐκ τοῦ Ἐπισκόπου προνοίας ἀπολαυέτω. εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀναβιβαζέσθω ἀξίωμα. Vide in eundem Canonem Expositionem Alexij Aristeni, Ioannis Zonaræ, & Theodori Balsamonis. Isaacius quoq; Angelus Imperator Nouella de hac re edita, quæ non mere ciuilis est, vt bene notat Petrus Arcudius de Concordia vtriusque Ecclesiæ lib. 7. cap. 40. sed etiam canonica, cum ea edita sit præsentibus & efflagitantibus Græcorum Patriarchis & Pontificibus, quæ, cũ dubitationem omnem tollat, hic etiam apponendam esse iudicaui, vt tu quam ieiunus & infans sis in rebus Græcorum Ecclesiasticis plane agnoscas.

Ea inter alia hæc quoq; continet; Ταὐτά τοι καὶ συχνόν τι καὶ ἄχαρι τῷ θεοφιλεστάτῳ Χαρτοφύλακι προσβλεψαμένη ἡ Βασιλεία μου παρ' αὐτὰ διωρίσατο, προσβλεψαμένων τοῦτο, καὶ τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν, ἐν γυναικείοις Μοναστηρίοις αὐ-

παρθέντως εἰσαγαγεῖν τὰς πρὸ τῆς χειροτονίας συναφθείσας γαμετὰς τοῖς χειροτονηθεῖσιν ἀρχιερεῦσιν, πόρρω τῆς τῶν ἀρχιερέων ᾠκοδομημένης καταμονῆς, καὶ ἀποκείρεσθαι ταύτας, καὶ κανονικῶς μετὰ μοναχὰς διάγειν ἑκάστην αὐτῶν, ἐν ᾗ μονῇ καὶ τὴν τρίχα ἀπέθετο. ἢ μὴ βουλομένων γυναικῶν ἑκουσίως τὴν ἀπόκαρσιν δέξασθαι, τοὺς πρὸ τῆς χειροτονίας συναφθέντας αὐταῖς, ἀπογεγυμνωμένους εἶναι τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου, καὶ ἀξιώματος, καὶ ἑτέρους ἀντ' αὐτῶν ἐπὶ ταῖς λαχούσαις αὐτῶν ψηφίζεσθαι. καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι τὸν πρὸ τῆς χειροτονίας νόμιμον ἔχοντα γαμετὴν, εἰ μὴ διαζευχθεῖεν ἑκάτεροι κατὰ κοινὴν τῶν συνόντων ἔγγραφον συμφωνίαν τε καὶ ἀρέσκειαν, καὶ ἡ γυνὴ τὸν μονήρη βίον ἀσπάσηται. καὶ οὕτω τὰ τῆς χειροτονίας προβαίνειν κατὰ τοὺς ἱεροὺς καὶ θείους κανόνας ἀσκανδάλιστα καὶ ἀπρόσκοπα, καὶ μώμου παντὸς ἀπεξενωμένα τῆς ἱερᾶς καταστάσεως. *Quapropter tristibus molestisque oculis amabilissimum Deo Chartophylacem mea intuens Maiestas, statim decreuit, cohortantibus ad id etiam sanctissimis Patriarchis, vt vxores, quæ ante ordinationem coniunctæ erant creatis Pontificibus, in muliebria Monasteria procul sita ab habitatione Pontificum sine dilatione inducantur, tondeanturque, & canonice apud Monachas degant, in quo Monasterio comam deposuerint: aut si ipsæ tonsuram recusent, qui eis ante ordinationem iuncti erant matrimonio, Pontificali solio & dignitate priuentur,*

& in

& in eorum locum alij ſufficiuntur. In poſterum autem qui ante ordinationem legitimam vxorem habuerit, non aliter ordinetur, niſi communi coniugum ſcripto conſenſu, & placito a ſe inuicem ſeparentur, & mulier ſolitariam vitam amplectatur. Atque hac ratione ordinatio ſine offendiculo & damno iuxta ſacros & diuinos Canones procedat, ſemota omni Sacerdotalis ordinis reprehenſione.

Et ne venuſtatis illecebræ mentem ad ſe trahant Pontificis, ſed ad metas contineant: ne muliebris familiariſque conſuetudo, vicinitaſque continua ad voluptatum inſolentiam dimotam rapiant, atque impellant; crimen quod tu tuique contemnitis, hoc illi perhorreſcentes, amotis pellecebrarum pabulis, ſcelus perturpe, perflagitioſumque præſcriptis legibus deuitant, & mulieris libidinem, ſi ſors tulerit, prolapſam hoc non odioſo, ſed amicabili ſepto repellunt, & in tranſgreſſores acria ac ſeuera iudicia faciunt; & maleficium acerrime vindicant. Sed maturo iudicio & conſiderate Matthæi Blaſtaris capita, vt quid de Clericorum, Sacerdotum, & Epiſcoporum nuptijs Græci ipſi etiam ex Schiſmate ſtatuunt, dignoſce. *De nuptijs Clericorum conceſſis & prohibitis. De Clericis inceſtas contrahentibus nuptias. De his, qui matrimonio ſibi copulant Deo conſecra-*

tas. De Clericorum ſponſalibus. Epiſcopos ab vxoribus ſuis ſeparari debere. Etiam tonderi debere mulierem ab Epiſcopo ſeparatam. Debere Sacerdotes ab vxoribus ſuis abſtinere cum ſacra tractaturi ſunt. De habentibus in contubernio mulieres extraneas Epiſcopis aut Clericis.
Interdicitur ergo plane coniugium Epiſcopis, quorum poſt ordinationem vxores de communi conſenſu in Monaſterium longe ab Epiſcopali domicilio truduntur, & a conſuetudine prohibentur, ſi tamen ex ſeculo ſunt Epiſcopi, eaſque ex præſcripto Canonum duxerint: ſin minus ab Epiſcopatus dignitáte remouentur. Quod tamen apud Græcos hac ætate in vſu non eſt; cum ad Epiſcopalem dignitatem ad vitanda quæ ex hoc negotio oriri poſſunt incommoda, eligantur ſolummodo Monachi, quibus ex inſtituto prohibetur vxores ducere. Imo ſi ex Clero promouendus eſt, non promouetur, ni prius Monachatum profeſſus, habitum induerit Monaſticum, votumque emiſerit, obſtrinxeritque ſe, vi ſumma Monachorum inſtitutum ſeruare. Et vt melius intelligas,

Apud Græcos alij ſunt Epiſcopi, alij Preſbyteri, & diuerſitas plane agnoſcitur, cum Epiſcopi Presbyteris ſuperiores, Presbyteri inferiores habeantur. Multa poſſunt Epiſcopi, quæ Presbyteris non licent: multa

natu-

natura sua in Presbyteratum promotis insunt, quæ si facultas ab Episcopo non detur, in sese illi suppressa tenent, nec extra se vnquam efferent in executionem: & vno verbo, quidquid in Presbytero est, ab Episcopo est; in Episcopo nihil est, quod illi deferatur a Presbytero. Hæc Græcorum sententia est: hæc Pontificiorum. Tui cum Aërio Episcopos & Presbyteros eosdem esse dicente confundentes omnia, Presbyterorum gradum, & consequenter Episcoporum puris laicis, & quod peius est, impia mysterij profanatione mulieribus etiam tradunt, cum omnes nascantur in baptismo Presbyteri, & omnes sint Sacerdotes; & sic a Deo omnes potestatem habent a peccatis confitentes absoluendi, & quæcunque alia Sacramenta, prolatis modo aptis verbis efficere, maioris efficaciæ futura, quam quæ fiant a Pontificijs. Hac imbuti hæresi, qui de Græcorum institutis scripsere, fucum sibi fecere, tibiq; qui rerum ignarus, totidem verbis ex illis transcribis, & fucos & fallacias venditas, imposuerunt, & quod erat adscribendum Presbyteris, tu pro tua largitate, ne dicam inscitia, Episcopis elargiris. Largitionem tamen istam tuam flagitiosam, & plane meretriciam, homines Græci dignitatis suæ custodes integri respuunt, tibique

tuisque remittunt. Et puniunt interim seuerissime non eos tantum, qui Deo sacratas Virgines & Matrimonio iunctas, sed liberas publiceque expositas tangunt. Et hæc de Episcopis quod aliter fit de Sacerdotibus, sub legibus & conditionibus, quas hic ex Concilijs, & certa Græcorum consuetudine commemorabo. Presbyter, siue Sacerdos per ignorantiam illicitis nuptijs implicatus, cathedræ tantummodo particeps sit, in reliquis abstineat: neque enim publice vel priuatim benedicet, neque corpus Christi distribuet, nec aliud ministeriorum obibit, & nefarium coniugium dissoluetur. Quodsi in illis nuptijs perseuerauerit, ius quoque cathedræ amittet, & vterque eijcietur ab Ecclesia, & contractum inter ipsos initum iudex dissoluit. Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ante ordinationem, si velint, permittuntur venire ad nuptias, post ordinationem si venerint, a ministerio remouentur: neque enim nuptiæ impediunt ordinationem, sed ordinatio nuptias. Qui ordinatur Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus debet esse virgo, vel ex virginitate vnam solam virginem vxorem duxisse. Presbyter si vxorem duxerit, ordine suo mouetur; si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, penitus extrudatur; vel ad poeniten-

nitentiam redigatur. Si vxor, cum esset laicus, de adulterio manifestis indicijs conuicta fuerit, impedit, ne maritus ad sacros ordines promoueatur, si post ordinationem, vxor, dimittatur: si persliterit in consuetudine a sui ordinis gradu dimoueatur. Presbyter vel Diaconus non eijciat occasione religionis vxorem; si eiecerit a communione pellatur: persistens ordine moueatur. Cognosce Hottingere sacerdotalis coniugij apud Græcos honestatem. Conspice leges, quas inuiolabiles seruant. Vnica est, Virgo, & non famosa flagitijs, sicuti & qui ad Sacerdotium promouetur. Ea demortua coniux Sacerdos in viduitate ac solitudine vitam aget: si duxerit gradum amittet. Neque per somnium in ea Ecclesia Monasteria maculantur, sed sartatecta Deo soli conseruantur: adstrictas nanque Deo Virgines sacrant, ea consecratione legis & pœnæ, vt caput eius qui contraria ausus fuerit consecretur. Longe absunt a Sacerdotibus Caterinæ, Candidulæ, Audebertulique, nec ob nefanda crimina in vitæ discrimen veniunt, postmodum candenti ferro insignia Principis humeris ferunt inusta, quod faciunt homines, quos in summa nequitia non solum libido & voluptas, verum etiam ipsius nequitiæ fama delectat, vt multis in locis

notas ac vestigia scelerum suorum relinqui glorientur. Vide quæ de Matrimonio Sacerdotum fuse disputat Arcudius lib. 7.

CAP. XVI.

Vecordia Hottingeri refellitur etiam testimonijs Hæreticorum, quos ipse in sui fauorem laudat, dum summa rerum ignoratione scribit, Græcos sacra Ecclesiastica nonnisi lingua vernacula administrare.

TVa etiam sunt. *Sacra Ecclesiastica nonnisi lingua vernacula administrant.* Neque in hoc melius sapis. Contenderim etiam iureiurando, te, si tamen homo es, qui nihil humani habes, illud tibi in hoc negotio proposuisse, non tantum in incertis & dubijs, sed etiam in certissimis & minime controuersis commemorare ea impudentissime vti vera; quæ longissime absunt a vero. *Græci sacra Ecclesiastica nonnisi lingua vernacula administrant.* Si cœcus non es, inspice libros in quibus dicta sacra continentur; quos tamen inspexisse debebas, antequam de ijs sententiam diceres. Tu qui in omni fere linguarum genere versatus esse, deq; ijs iudicium ferre vti ex oraculo præsumis, nondum linguam Græcorum vernaculam a pura illa & anti-

qua distinguis. Si ita doctus es existimator, & intelligens in Arabicis & alijs, næ tu miser admodum es, nescisque omnia iuxta cum ignarissimis, qui adeo infans in Græcis repereris. Sed nolo tibi hanc ignorantiæ Græcorum literarum notam inurere: Quare ergo similia publicas, & in re adeo aperta improbe facis? Dicam, ex malitia iam a te vsitata hoc est: qui simplicioribus imponere studes, non curans, si a prudentioribus mendax atq; falsarius deprehendaris, dummodo hisce tuis mendacijs sic eorum animos occupaueris, vt difficilis aditus veritati relinquatur. Sic sequeris magistros tuos alios. Verum Græca vti Ecclesia Romana sacra sua faciunt ea lingua, quæ non a mulieribus, neque ab indoctis, sed a doctioribus intelligitur. Et quos tu laudas in hac re testes, puto equidem non legisti, vel saltem eorum verba animaduertisti. Quare tuos ad te remitto. Edoardus Brerevvodus in Scrutinio Linguarum cap. 2. *His locis non obstantibus certum est tantum esse modernæ linguæ Græcæ a vetere differentiam; vt Liturgiæ quæ adhuc hodie in Græcis Ecclesiis leguntur, Basilij diebus Dominicis & solemnibus, Chrysostomi pro festis a vulgo vel parum, vel plane nihil intelligantur, quod testimonio virorum, qui illis in partibus fuere habeo: nec veteris Græcæ linguæ periti mo-*

dernam vulgarem intelligunt. Et cap. 17. agens de ijs, qui ignota laicis lingua vtuntur, & erudita lingua celebrant, ipsos Græcos enumerat, & addit; *Verum lingua illa non est vulgaris, sed pura Græca, quam plebs non intelligit*. Et post pauca; *Vtut vero se ista habeant, non habere Græcos scripturas in vulgarem linguam versas certo est*. In quibus adnotandum est signandumque quod dicit de Liturgia Basiliana. Neque enim illa legitur diebus Dominicis & solemnibus, sed tantum Dominicis Quadragesimalibus, die ipsi sacro Kalend. Ianuarij. Reliquis vero diebus, siue Dominicis siue ferialibus per annum exceptis Quadragesimæ vt dixi, Missa Chrysostomi vti breuior, & accommodatior tempori recitatur. Cytræus quoque ipse, quem pro te testem producis tibi aduersus est, cuius verba ex Oratione de statu Ecclesiarum hoc tempore recitat Georgius Ehelauius Notis ad cap. 21. Christophori Angeli. *Discunt plerique in scholis Græce legere tantum eo consilio, vt* ὡρολόγιον *Græcum, quod Latini Breuiarium nominant, seu Horarias preces euoluere possint, cuius* Τροπάρια, στάσεις, κοντάκια, ἀπολυτίκια, καὶ λοιπὰς εὐχὰς *eleganti Oratione Græca compositas, vt nostri Horas Canonicas, aut Nonnæ Psalterium* ἀναγινώσκουσι μὲν, ἀλλ' οὐ γινώσκουσιν, *non Sacerdotes solum & Monachi,*

verum

verum etiam ex vulgo plurimi, qui bonam religionis partem in harum precum recitatione quotidiana collocant. Nam & ipse talem ὡρολογίου, καὶ μηνολογίου libellum diligentissime lectum, & detritum a Cyprio quodam vulgaris solummodo linguæ Græciæ, quæ a veteri non minus quam Italica aut Gallica a Latina differt, perito, ad triremium fabricæ in armamentario nauali Viennæ præfecto mihi comparaui, ex quo inuocationem, & honores Sanctorum, ac in primis Mariæ Virginis cultum superstitiosum in Græcia hoc tempore non minus quã in regno Pontificio vigere animaduerti. Hæc Cytræus. Minus stultus est is, aiebat ille, *cui nihil in mentẽ venit, quam ille, qui, quod stulte alteri venit in mentem, comprobat.* Quid putas de te diceret, qui non stulta aliorum sed probata, stultiora reddita ad stabiliendas tuas nugas in testimonium adducis? Sed tua stupiditas videtur superare omnia, dum auctores etiam, quos præ manibus habes, & quorum scripta oculis sequeris vel non intelligis, vel maligna mente in contrariam sententiam aperte mentiendo producis. Quare ipse tibi habeas absque inuidia desipientiæ tuæ testes. Nec est quod hic eorum dicta refellam, qui fidem aliorum malam sequentes, tradunt de ijsdem Græcis; *Ad orationes plane necessarium esse iudicant, vt quis intelligat preces, quas fundit, ideoque lingua ignota pro-*

latas

latas preces nihili æstimant. Ipse siquidem vsus & consuetudo luce & palam contrarium docent; cum nullæ in ea Ecclesia preces etiam quæ passim, & femellarum ore enunciantur, non vernacula sed antiqua lingua puraque recitentur.

CAP. XVII.

Romani Pontificis Hierarchiam & praeminentiam in rebus Ecclesiasticis Græci agnoscentes tum antiquiores tum recentiores, suis dictis obediuerunt, & inuiti obedire coacti sunt. idqꝫ multis exemplis constabilitur, & potissimum Auctoris Schismatis Photij. Nec aliud in dogmatibus fidei censuerunt, quam quod illis Romanus Pontifex iniungit, quod & Pappomastiges posteriores censuerunt.

POstremum quod ex Græcis proponis est; *Romani Pontificis Hierarchiam, & praeeminentiam, ceu supremi omnium Ecclesiarum capitis in causis diuinis atque politicis aduersantur, & detestantur*. Quis ingenij tui constantiam in falsis supponendis non admirabitur? Græci Romani Pontificis Hierarchiam, & præeminentiam tanquam supremi omnium Ecclesiarum capitis quemadmodum in diuinis, ita etiam sæpissime in politicis agno-

scen-

ſcentes, exoſculantur, & venerantur, licet tu ampliter mentiendò contrarium aſſeras. Chriſti ſiquidem obſequentes alumni dictis audiunt, quæ conſeruant intimo pectore, nullo vnquam tempore, vel morte etiam euellenda. Sic illa ſemper meditantur, & cum animo agitant; *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Et; *Paſce oues meas*, Et; *Confirma fratres tuos*. & reliqua, quæ in ſacris eloquijs lectitantur. Sic ea Patres Græci, Concilia, à quibus ipſi nunquam diſcedunt; contra te tuique ſimiles veritate inuincibili expoſuerunt. Ideò ex antiquioribus paucis prælibatis ad medij temporis Scriptores; & ſubſequentes poſt Schiſma ad hæc noſtra tempora confero; vt plane, ſi ſtolidus non es, deprehendas in hoc articulo ſummum eſſe conſenſum inter Ecclesiam Græcam & Pontificiam. Et ne antequam hæc conſiderate legas, ad illa confugias conſueta, dogma falſum eſſe; alia Pontificios, alia Græcos innuere, tecum ipſe mitius agam. Eſto, ſint falſa: in ijs Pontificij aſſerendis falluntur, hallucinantur, delirant, nec minus illis decipiuntur omnes, qui ſimilia tenent & profitentur. Hoc tu tamen non negabis, in hoc Græcorum & Pontificiorum vnam eſſe voluntatem, conſenſionem, & conuenientiam, cum

eadem

eadem plane prodant. Et tum Pontificiorum neq; obſcura ſint, neq; dubia, ad Græcos prouoco, apud quos in eodem pondere fuit, & eſt, quo & apud Pontificios Romani Pontificis auctoritas, nec ipſis infidelibus inexplorata. Habeoque id ex ipſis Schiſmaticis. Matthæus Blaſtarius in Nomocanone; Ὅτε δὲ εἶδον ἀνιάτως νοσοῦντα τὸν Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, τότε συμφώνως ψῆφον ἐξενεγκόντες, τῆς ἱερωσύνης τοῦτον ἐγύμνωσαν, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξέτεμον. ἀντιτείνοντος δὲ αὐτοῦ, καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας παρανόμως κατέχοντος ἡγεμονίαν, Αὐρηλιανοῦ τοῦ Βασιλέως ἡ ἁγία Σύνοδος ἐδεήθη τὰ περὶ τῆς Παύλου θρασύτητος αὐτὸν ἀναδιδάξαντες. ὁ δὲ καίπερ Ἕλλην ὑπάρχων, ἀπεφήνατο μετὰ τὸν ἀντιλέγοντα τῇ τῶν ὁμοπίστων ψήφῳ τῆς ἐκείνων ἀποτμηθῆναι συμμορίας, καὶ ἔτι τῆς Ἐκκλησίας ἐξελαθῆναι. τὰ κατ' αὐτὸν δὲ ὅμως ἀνέθετο περὶ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἀρχιερεῦσιν, ὡς ἂν ἐπισκεψαμένων, εἰ δικαίως καθῄρηντο, τῆς Ἐκκλησίας διωχθείη. καὶ ταῦτα δὲ ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. *Cum autem de Pauli Samoſateni ſalute curam abieciſſent, vno omnes concordique calculo Sacerdotali dignitate ſpoliarunt, & ab Eccleſia exciderunt. Eo porro reſiſtente, retinenteque Eccleſiæ imperium, ſancta Synodus tum Aurelianum Imperatorem rogauit, prius de Pauli pertinacia certiorem redditum, vt Paulum comprimeret. Is licet gentilis eſſet,*

esset, decreuit vti eiusdem fidei homines statuerant, e societate abscidi, pellique ab Ecclesia. Causam tamen Pauli Episcopo Romanæ Ecclesiæ commisit, & qui circa eum erant, Præsulibus, vt recte considerato, an iuste depositus fuerat, ab Ecclesia pelleretur. & hæc Eusebius Pamphili in historia commemorat. Similia narrant Ioannes Zonaras, & Theodorus Balsamon in Expositione Canonum Synodi Antiochenæ, & Nicephorus Callistus Histor. lib. 6. cap. 27. In quibus notandum est, ad compescendam audaciam Pauli, decretis Concilij obnitentis, Synodum recurrisse ad Imperatorem, qui de causa instructus Concilij, sententiam examinandam, an iuste lata esset, ad eum detulisse, ad quem tantum iudicium supra etiam decreta Concilij pertinebat, ita rogante, laudanteque Concilio. Neque enim Aurelianus id incogitato animo, & absque causæ examine statuisse reputandus est. Cum Patres Concilij præsentes taceant, & electionem probent, dum iudicium suum examini sententiæque Romani Pontificis nulla vi coacti supponant. Quod & postmodum executum est, Paulo non tantum a sacris, & Ecclesia, verum etiam a profana & mundana potestate turpiter expulso. Et considera verba Callisti; Ὁ δὲ ὑπώταξε περὶ τοῦ πρακτέου διειλήφοσι, ἐκείνοις δὴ τὸν θρόνον ἐγχει-

ρεῖ.

ἐκδοθῆναι κελεύει, οἷς ἂν οἱ τῆς Ῥώμης Ἐπίσκοποι ἐπιστέλλοντες εὐδοκήσωσι. εἰ γὰρ καὶ τῇ δαιμόνων θεραπείᾳ κατάσχετος ἦν, δίκαιόν γε πως ἔκρινε, τὸν τῇ τῶν ὁμοπίστων ἀντιλέγοντα ψήφῳ τῆς ἐκείνων συμμορίας ἀποτμηθῆναι. *Is sanctissime de ea re constituit, eis scilicet Episcopatum mandari iubens, quos Romani Episcopi literis suis comprobassent. etiamsi enim Dæmonum cultui deditus esset, tum tamen quod iustum est iudicauit, vt qui in fidei professione consentientibus responsaret, decretumque eorum contemneret, ab eorum sodalitate & collegio reÿceretur.* Sanctissimum fuit, Callisto asserente, Aureliani decretum, & iustum iudicium, ergo debitum, & Ecclesiasticis legibus conforme; ideoq; illi assentitur Concilium; nec condemnatus ipse refragatur. Ergo eo tempore & Catholicorum, & Hæreticorum calculo sanctissimum iustumque fuit, non tantum peculiares causas, sed generales, & a Concilijs determinatas, vt firmæ essent stabiles atque infrangibiles, Romani Pontificis iudicio submitti; Et ne a Callisto digrediar, Conuenere Romam Athanasius Alexandrinus, Paulus Constantinopolitanus, Marcellus Ancyranus, Asclepas Gazæus, Lucius Adrianopolitanus, & alij, sedibus suis ab Hæreticis pulsi, cognita eorum causa ab Antistite Romano Iulio; expeditis ad vniuersos literis suas Ecle-

clesias reddidit, & expulsores perstringens in Orientem remisit; Τῷ τοῦ θρόνου ἀξιώματι, scribit Callistus, ἐκ τῶν ἀνέκαθεν προνομίων εἰδὼς προσήκουσαν ἑαυτῷ τὴν τῶν ἁπανταχοῦ ἱερέων κηδεμονίαν τε καὶ ἀνάκρισιν, παρρησίας μεστοῖς γράμμασι καθοπλίσας αὐτοὺς, ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν Ἐκκλησίαν ἀπένειμε· καὶ εἰς τὴν ἕω ἐξέπεμπε καθαπτόμενος τῶν προπετῶς καθῃρηκότων αὐτοὺς, ἅτε δὴ μὴ βεβουλευμένων τὰ δέοντα, δι' ὄχλου τε γινομένων ταῖς Ἐκκλησίαις, καὶ μὴ ἐμμενόντων τῇ καθάπαξ ἐν Νικαίᾳ ὁρισθείσῃ πίστει. πρὸς δὲ τούτοις ἐκέλευε, καί τινας εἰς ῥητὴν ἡμέραν παρεῖναι διελέγξοντας, ὡς δικαίαν ἢ ἐπὶ τοῖς καταψηφισθεῖσιν ἐξήνεγκαν δίκην. εἶδ' οὖν ἠπείλει, εἰ μὴ παύσαιντο νεώτερα πράττοντες τὴν ἱερὰν εἰσπραχθήσεσθαι καταδίκην. *Pro amplitudine sedis suæ ex veteri priuilegio & prærogatiua persuasum habens, omnium vbique Sacerdotum curam & iudicium ad se pertinere, datis cuique liberrime scriptis literis suas eis Ecclesias reddidit, eosq; in Orientem remisit, eos qui temere eos exauctorassent perstringens, vt qui non recta sequerentur consilia, motusque & turbas Ecclesiis crearent; neque semel Nicææ factis fidei decretis starent. Ad hæc præcepit, vt quidam ex iis ad diem constitutum Romæ presto essent, qui recte sententiam in condemnatos latam esse probarent. Sin minus minas addidit, nisi a rebus nouandis desisterent, se ab eis sacras exacturum pœnas.* Et Auctor vitæ Pauli

Pa-

Patriarchæ Conſtantinopolitani; Δεξάμενος δὲ ὁ ἅγιος Ἰούλιος τὰ παρὰ Εὐσεβίου γράμματα, καὶ διαγνοὺς τὰ κατ' αὐτὸν πεπραγμένα, καὶ μαθὼν συκοφαντίαν εἶναι τὸ πρᾶγμα, παῤῥησιαστικοῖς γράμμασιν ὀχυρώσας αὐτοὺς, Παῦλόν τε, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἐπισκόπους, ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθανάσιον ἐπιστέλλει ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν, τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τόπον ἀποδιδοὺς, καὶ καθαπτόμενος οὐ μικρῶς τῶν προπετῶς καθελόντων αὐτούς. οἱ δὲ ἀναζεύξαντες ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ τοῖς τόποις, μᾶλλον δὲ Ἐκκλησιαστικοῖς γράμμασι καὶ κανονικοῖς τοῦ Ἐπισκόπου Ἰουλίου θαῤῥοῦντες τὰς ἑαυτῶν Ἐκκλησίας καταλαμβάνουσιν, καὶ τὰς ἐπιστολὰς πρὸς οὓς ἐγράφησαν διεπέμποντο. *Cum vero accepiſſet ſanctus Iulius literas Euſebij, & dijudicaſſet quæ aduerſus eos fuerunt geſta, didiciſſetque rem meram calumniam eſſe, literis ac minacibus muniens, Paulum & qui cum eo erant, Epiſcopos, & ſimiliter Athanaſium in Orientem mittit, vnicuique proprium locum reſtituens, redarguenſque non parum eos, qui temere eos depoſuerant. Illi Roma reuerſi, & literis Eccleſiaſticis canonicisque Iulij Epiſcopi fidentes, proprias Eccleſias recipiunt, & literas ad eos, quibus ſcriptæ erant, tranſmittunt.* Et aus ei uſdem vitæ Auctor expreſſius; Παῦλος γὰρ ὁ Ἀρχιερεὺς τὴν Ῥώμην καταλαβὼν, ἑταῖροί τε Ἐπίσκοποι οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος. οἳ καὶ κατὰ συνοδικὴν ἀπηλάθησαν Εὐσεβίου, δῆθεν ὁμοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ. ὁ δὲ ἱερὸς Ἰούλιος συγκα-

φαρ-

φαντίαν εἶναι μαθὼν τὰ κατὰ τῶν ἀρχιερέων πεπραγμένα, γράμμασιν αὐτοῦ ὀχυρώσας ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐπιστέλλει, τόν τε οἰκεῖον ἑκάστῳ θρόνον ἀποδιδοὺς, καὶ συκοφαντιώμενος τοῦ καθελόντας. τὰς μὲν οὖν οἰκείας Ἐκκλησίας οὗτοι πάλιν ἀπολαμβάνουσιν. καὶ τὰς ἐπιστολὰς οἷς ἐγράφησαν διαπέμποντα, *Paulus vero Præsul Romam accessit, aliique Episcopi non pauci; sed & Athanasius ipse, machinis Eusebij pulsi insimul Romæ degebant. Sed sacer Iulius cum comperisset, quæ contra Præsules illos gesta erant, calumniam, datis literis communiens in Orientem mittit, singulis thronum suum restituens, & expulsores accusans. Vnusquisque itaque eorum proprias Ecclesias recipiunt, & literas ad quos scriptæ erant, mittunt.* Et infra; Καὶ ὁ Κωνστάντιος τὴν πόλιν καταλαβὼν τὸν ὅσιον Παῦλον ἀπελαύνει ταύτης, καὶ ὁ μακάριος Παῦλος καταλαμβάνει τὴν Ῥώμην, καὶ Ἀθανασίῳ συνῆν. ἀναφέρει γοῦν ἃ πεπόνθει πρὸς Ῥώμης. καὶ αὖθις τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ, ἔτι δὲ καὶ τοῖς Κώνσταντος τοῦ Βασιλέως καθοχυρωθεὶς γράμμασι παραυτίκα ἐπάνεισι, καὶ πρὸς οἰκείῳ θρόνῳ μετὰ πολλῆς αὐτὸν θυμηδίας τῆς πόλεως ὑποδεξαμένης ἐγκαθιδρύεται. *Cum Constantius Byzantium peruenisset sanctum Paulum pellit, & hic beatus Romam veniens Athanasio familiariter vtebatur. Tandem quæ perpessus fuerat Romano refert, rursusque illius & Constantis Imperatoris literis communitus, statim regreditur, & in propriam*

 sedem

ſedem cum multa vniuerſæ Vrbis lætitia reſtituitur. Vides? ſolus Romanus in Synodis Orientalibus ſtatuta dijudicat, & infecta irritaque decernens, ſuopte arbitrio contraria ſancit, ex priuilegio & prærogatiua, & amplitudine ſuæ ſedis, non tum primum a recenti, ſed a cana antiquitate conceſſis, non in ſua Diœceſi ſolum, ſed omnibus vbique; ideoque mandat imperatque in Oriente, vt expulſi reſtituantur, expulſores vti iniuſtos iudices increpans, & contraria ſentientes ad diem conſtitutum Romæ coram ſe in iudicium vocans, & ſi obedire recuſauerint, minas indicens. Et licet aduerſari; multa in ſui fauorem afferrent, quibus ſimilem auctoritatis amplitudinem infringere conabantur; illud nihilominus non inficiantur, Romanæ Vrbi ab omnibus obſeruantiam & honorem exhibendum eſſe, quippe *quæ antiquitus Apoſtolorum domicilium, & ſchola, veræque pietatis Metropolis & primaria Vrbs fuerit.* Τὴν μὲν γὰρ Ῥωμαίων πᾶσι φέρειν φιλοτιμίαν, ἅτ' ἐκ παλαιοῦ Ἀποστόλων φροντιστήριον, καὶ εὐσεβείας γεγενημένην Μητρόπολιν. Et in dicto iudicio per literas in omnibus obſequuntur & obediunt, ὡς παρὰ τὸ Ἐκκλησιαστικὸν ἔθος πράττουσι, μὴ καὶ αὐτὴν εἰς Σύνοδον κεκληκότες. εἶναι γὰρ Ἐκκλησιαστικὸν, ἄκυρα διορίζόμενον εἶναι, ὅσα δὴ πραχθείη παρὰ γνώμην τοῦ Ῥωμαίου Ἐπισκόπου.

Præter

Præter Ecclesiasticam consuetudinem se, Pontificem nempe Romanum, *in Synodum vocare intermisissent. Extare enim Ecclesiasticum Canonem, irrita decernentem omnia, quæ præter Romani Pontificis sententiam peracta essent.* Et hoc Romanæ Sedis priuilegium agnoscunt præterea Socrates lib. 2. capite 15. Ἰούλιος ἅτε προνόμια τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας ἐχούσης παρρησιαστικοῖς γράμμασιν ὠχύρωσεν αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἐπιστέλλει, τὸν οἰκεῖον ἑκάστῳ τόπον ἀποδιδοὺς, καὶ καθαπτόμενος τῶν προπετῶς καθελόντων αὐτούς. *Ille vero quoniam Ecclesia Romana priuilegium præter cæteras obtinet, literis suis ad Episcopos Orientis liberius perscriptis illorum partes tutatus est: in Orientem literas mittit, quo & suus cuique locus restitueretur, & eos qui illos temere abdicauerant, grauiter reprehenderet.* Sozomenus lib. 3. cap. 7. Οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου ἑκάστῳ τὴν ἰδίαν Ἐκκλησίαν ἀπέδωκεν. *At cum propter sedis dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis suam Ecclesiam restituit.* Vide etiam Socratem lib. 2. cap. 13. Comprobatque Auctor vitæ Pauli Patriarchæ Constantinopolitani; Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ Συνόδῳ συνῆλθον Ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα. Μάξιμος μέντοι ὁ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος ἀνὴρ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπίσημος οὐ παρεγένετο ἐν αὐτῇ. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ὁ μακά-

ειΘ Ἰέλιος παρlῶ τῆς Ῥωμαίων Ἀρχιεπίσκοπος, ὐδὲ εἰς τὸν τόπον ἀυτδ ἀπέςαλκέν τινα. καίτοι κανόνος Ἐκκλησιαςικοῦ κελεύοντος, μὴ δεῖν παρὰ τὴ γνώμlω τ Ἐπισκόπου Ῥώμης τὰς Ἐκκλησίας κανονίζεσθαι. *In hanc Synodum conuenere Episcopi nonaginta, sed Maximus Hierosolymorum Episcopus, pietate præcelebris vir non accessit: neque aderat beatus Iulius Romanæ Ecclesiæ Præsul, neque suum legarat locumtenentem. Etsi Canon Ecclesiasticus præciperet, absque sententia Romani Episcopi nõ esse dirigendas Ecclesias.* Et Concilium Chalcedonense de Dioscoro Act. 1. Πρόσωπον γὰρ ἥρπασε τδ κρίνειν. ὅπερ ὐκ ἐκέκτητο, καὶ Σύνοδον ἐτόλμησε ποιῆσαι ἐπιτροπῆς δίχα τδ Ἀποςολικοῦ θρόνδ. ὅπερ ὐδέποτε γέγονεν, ὐδὲ ἐξὸν γενέσθαι. *Cum personam iudicandi non haberet, præsumpsit: & Synodum ausus est facere sine auctoritate Sedis Apostolicæ, quod nunquam licuit, & nunquam factum est.* Quod postea dicit esse *contra Ecclesiasticas regulas, & contra Patrum instituta.* Et Romanæ Ecclesiæ muneris esse res Ecclesiasticas dirigere, & leges in illis statuere, Patres Nicænæ secundæ Synodi testimonio suo firmant, cum pseudosynodum ab Iconoclastis coactam eo potissimum argumento infirment, quod in ea neque ipse Romanus Pontifex, neque illius Legati adfuerint, neque eam Romanus ipse Antistes comprobauerit Act. 6.

Πῶς

Πῶς δ' αὖ μεγάλη καὶ οἰκουμενική, ἣν οὔτε ἐδέξαντο, οὔτε συνεφώνησαν οἱ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν πρόεδροι, ἀλλ' ἀναθέματι ταύτην παρέπεμψαν; οὐκ ἔχε συνεργὸν τὸν τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαίων Πάπαν, ἢ τοὺς περὶ αὐτὸν ἱερεῖς, οὔτε διὰ τοποτηρητῶν αὐτοῦ, οὔτε δι' ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς, καθὼς νόμος ἐστὶ ταῖς Συνόδοις. *Quomodo autem magna & uniuersalis, quam neque receperunt, neque concordauerunt reliquarum Præsules Ecclesiarum, sed anathemati hanc transmiserunt? Non habuit enim adiutorem illius temporis Romanorum Papam, vel eos qui circa ipsum sunt Sacerdotes, nec etiam per Vicarios eius, neque per Encyclicam Epistolam, quemadmodum lex dictat Conciliorum.* Neque dissimilia sunt, quæ aduersus eandem Synodum Iconoclastis obijcit Stephanus Iunior.

Antiquiora hæc esse dices in Ecclesia, ideoque vieta, nec in exemplum adducenda ad eos conuincendos, quibus non faciunt ad stomachum nisi noua, nouoque exemplo progenita. Audi Hottingere, quid in ipso schismatis initio & ardore, cum omnia perturbasset, & incerta reddidisset Photius in ea Ecclesia comprobatum sit. Et ante alios primus Schismatis auctor primus in scenam prodeat Photius. Quomodocunque id fuerit: neque enim mihi modum promotionis Photianæ in Patriarchatum Constantinopolitanum examinandum suscipio, sit legi-

tima promotio, ſit inuaſio. Ipſe ſtatim atque in throno ſedit, non ſe tuto locum illum tenere, niſi obtento beneplacito Romani Pontificis ratus, ad Nicolaum Romanum Pontificem literas dat ſumma animi demiſſione, in quibus ſe ad tantum faſtigium euectum fuiſſe populi Principumque adhortationibus, minis etiam coactum, certiorem reddit, emittit ſuæ fidei profeſſionem, ſubmiſſionem ſpondet, tandemque petit beneplacitum. Cum votorum principio compos non ſit, iterat literas & longiores, quibus inuaſionem ſuam, & eiectionem legitimi Paſtoris a Nicolao ſibi obiectam, & quod ex Laico contra Canones thronum occuparit, excuſatione violentiæ ſibi illatæ, & exemplis ſimilium promotionum ex Orientali atque Occidentali Eccleſia, & quod in alia atque alia Eccleſia, aliæ atque aliæ eſſent conſuetudines, nec propterea vna de alia male ſtatueret, defendit. Cum Nicolaus, & qui eum ſecutus eſt, Adrianus ſimiles Photij excuſationes non probaſſent, Romæ in Synodo cauſa cognita, Photium ob dicta aliaque ſcelera inuaſorem & laicum declarant, & excommunicant, & ab Eccleſia pellunt: Actiſque Byzantium miſſis, cogitur ibidem aliud Concilium Orientalium in quo diſcuſſa cauſa Photij ad normam

Pon-

Pontificum Romanorum ſententiæ Patres decretum ſuum dirigunt, & Photium depellunt, deponunt, excommunicant, & ab Eccleſia trudunt, qui ſic eiectus, remotuſque ab Eccleſiaſticis negotijs, a vulgo & a ſcena, inglorius & mutus in ſecreta ſe reuocat. Dic ſodes, ſi Græci Romani Pontificis Hierarchiam vti ſupremi capitis auerſantur & deteſtantur, quis continuiſſet Photij petulantiam, ne id clamaret, & quaſi ab eo faſtigio independentes tum ipſe tum reliqui Orientales, ne Pontificibus Romanis ſonora voce indicerent; Conſeruet Romanus Pontifex, & iudicet ſua. Imperet ſuis. modum agendorum ſuis præſcribat. quid iura ſua in alienos, & non ſuos extendit. Nos non ſumus ſub poteſtate Romani. Nos liberi ſumus. Nos noſtris Pontificibus & Magiſtratibus auſcultamus. In promotione facta per nos Photij placito Romani non indigemus: neque noſtræ electiones ex arbitrio illius dependent. Quare valeat ille, triumphet Photius. Nil tamen ſimile auſi, elingues ac proni in ſententiam Romanorum Pontificum iuerunt. Non deteſtantur ergo, neque auerſantur Romani Hierarchiam in cauſis Eccleſiaſticis Græci.

Georgius Metochita Oratione prima Hiſtorica de Pace inter Eccleſias ſubſecuta de

Ignatio per Photium eiecto verba faciens; Ἀλλ᾽ ὁ ἠδικημένος μὴ ἔχων ὅτι καὶ δράσειε, ἔν τι διανοεῖται τὴν ἐς τὴν Ῥωμαϊκὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τὸ κρατῆσαν ἔθος καταφυγήν. καὶ δὴ τῷ ταύτης προέδρῳ, Νικόλαος δὲ οὗτος ἦν, δηλοποιεῖται τὰ καθ᾽ αὐτόν. καὶ ὃς μελλήσας μηδὲν, ἐπιταχύνει τῷ καταπονουμένῳ τὴν οἰκείαν ἀντίληψιν, καὶ διὰ γραμμάτων θριαμβεύει τὴν ἀδικίαν, καὶ τὸν ἀδικοῦντα παύσασθαι παραινεῖ, καὶ κανονικοῖς ἐπιτιμίοις τάχος ἀποδοῦναι τῷ ἀδικουμένῳ τὴν ἐς τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀνίδρυσιν ὑποτίθησιν. *Verum qui iniuriam passus fuerat, ad sua defendenda omni ope destitutus, hoc sibi suggerit consilium, recurrendum esse pro more maiorum valido receptoque ad Romanæ Ecclesiæ perfugium. statimque illius Præsidi, qui tum Nicolaus erat, fortunas suas denunciat. qui abiecta omni cunctatione, suam oppresso opem accelerat: & datis literis iniustitiam peruulgat, adhortaturque inique opprimentem, vt ab iniuria ferenda abstineat, & pœnis a Canonibus perscriptis mandat, vt expulsum in propriam sedem restituat.* Et infra; Καὶ οὐκ αὐτὸς μὲν οὕτως. Ἀδριανὸς δὲ ὁ τούτου διάδοχος ἐπευδοκῶν ἐφαίνετο πρὸς τὸν Φώτιον, ἢ αἰδεσίμως ἔχων, ἢ ὁπωσοῦν μαλθακώτερον διακείμενος, πολλοῦ γε καὶ μᾶλλον σφοδρότερον διεγείρεται, καὶ δεσμοῖς στεναρωτέροις ἐμπεδῶσαι τοῦτον διερεθίζεται. *Et non ipse quidem sic, Adrianus vero illius successor complacere Photio studuit, vel lenius, vel mi-*

tius quoquo modo ſe geſſit, quin ardentius excitatus, validioribus vinculis eum euincire concitatur. Suprema in eam Eccleſiam Eccleſiæ Romanæ auctoritas eſt. ad quam proceres Græcæ in aduerſa fortuna vti iudicem confugiunt, vt examinatis rerum momentis, ſua cuique reſtituat: & hoc non eſſe de nouo inuectum, ſed morem & conſuetudinem a maioribus acceptam, & continuo vſu firmatam. Vides Hottingere, non ſedet in tuto Photius niſi ſecuritatem præſtet Romanus. expulſus a nullo alio reſtitutionem quam a Romano expoſcit. Qui vtriuſq; iudicium ſibi aſſumẽs ſontem condemnat, inſonti propria reſtituit; & vti ſibi obnoxijs mandat & præcipit pœnis etiam indictis, quas poſtmodum contumacibus in regia Vrbe, videntibus Imperatoribus, nec obnitentibus, infligit. Sic Photius damnatus iniuſte occupatis expoliatur. Sic Photius eijcitur, Ignatius reſtituitur. Et ne a Photio diſcedamus, videamus quid ipſe de hac præeminentia & hierarchia teneat, & quam perhonorifice de illius poteſtatis amplitudine locutus eſt. Non defugies puto Pappomaſtigis huius auctoritatem. id ſi feceris, iam edico: *Si quando fatuo delectari vis, non longe tibi quærendus eſt. te vide.* Photius itaque Epiſtola ad Nicolaum Papam; Διὸ δὴ καὶ τὴν

ὑμε-

ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς Ἐκκλησια-
στικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν, καὶ τῆς κανονι-
κῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν
γραμμάτων πρὸς τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἐντεῦ-
θεν ἀπαίροντας, μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι. *Qua-
propter vestram perquam optatissimam Beati-
tudinem, quæ rectæ Ecclesiæ administrationis in
omnibus curam gerit, & rectitudinem canoni-
cam mordicus retinet, rogo, ne eos, qui in Ro-
manam Ecclesiam ex his locis absque literis di-
missorijs proficiscuntur, vtut obtigerit, excipiat.*
In Amphilochijs, Opere doctissimo sane at-
que eruditissimo, quod dolemus tantun-
dem cum tineis & blattis & tenebris col-
luctari cap. 96. Ἐπειδὴ δ' ἔμελλεν ὁ μέγας Πέ-
τρος τῆς οἰκουμένης τὴν προστασίαν καταπιστεύεσθαι,
συγχωρεῖται περιενεχθῆναι τῷ πτώματι, ἵνα τῷ καθ'
ἑαυτὸν ὑποδείγματι φιλάνθρωπος εἴη καὶ ἐπιεικὴς
τοῖς μετανοοῦσιν ἐφ' οἷς ἥμαρτον. *Cum itaque ma-
gno Petro principatus orbis terrarum concreden-
dus esset, permittitur illi lapsu deturbari; vt
proprio exemplo humanitatem & moderationem
erga delinquentes circa commissa ab eis scelera
sibi compararet.* Et infra; Εἰ γὰρ τῶν μαθητῶν ὁ
κορυφαῖος μετὰ τηλικαύτας δυνάμεις, ὧν τὰς μὲν
εἶδε τὰς δὲ καὶ ἐτέλεσεν, μετὰ τοσαύτην διδασκαλίαν,
μεθ' οὕτω πολλὴν καὶ ποικίλην τῆς διδασκαλίας πεῖ-
ραν, τρὶς ἀρνησάμενος, διὰ μετανοίας ὅμως καὶ
θερμῶν δακρύων, οὐ τὸ ἁμάρτημα μόνον ἐκάθηρεν,

ἀλλὰ

ἀλλὰ πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς Ἀποστολῆς ἀξίωμα ἐπανέστρεψεν, οὐ χρὴ ῥαθυμεῖν ἐμὲ καὶ καταπίπτειν ἐξ ἀσθενείας ὀλισθαίνοντα, ἀλλὰ θᾶττον ἀνίστασθαι πρὸς μετάνοιαν. *Etenim si Discipulorum vertex post similes virtutes, quas vel vidit ipse, vel perfecit, post tantam doctrinarum perceptionem, post tam multum & varium institutionis experimentum, ter pernegans, nihilominus media poenitentia, & calidis lacrymis non tantum peccatum suum expurgauit, sed ad ipsam Apostolatus dignitatem reuocatus est: non est opus me animo despondere, & deijci, qui ex infirmitate delabor, sed illico ad poenitentiam reduci.* Et Tractatu de Processione Spiritus sancti contra Latinos; Καὶ τί με δεῖ περὶ τῶν ἄλλων σχολάζειν; Λέων ὁ μέγας ὁ τὰς ἱερὰς τῆς Ῥώμης φροντίδας ἱερωτέρας ἀποδείξας. ὁ τῆς τετάρτης στῦλος Συνόδου. οὗτος διά τε τῶν θεοπνεύστων αὐτοῦ καὶ δογματικῶν ἐπιστολῶν, διά τε τῶν ἀναπληρωμάτων αὐτοῦ τὸ προνόμιον, διά τε τῆς συμφωνίας, δι᾽ ἧς ἐκείνην τὴν μεγάλην καὶ θεόλεκτον ὁμήγυριν κατηγλάϊζε, τὴν αὐτὴν τῆς ὀρθοδοξίας φωτοχυσίαν, εἰς πᾶσαν οὐ τὴν δύσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς ἀπαυγάζων ὅρια, τὸ πανάγιον πνεῦμα διαπρυσίως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι ἀναδιδάσκει. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς ἕτερόν τι παρὰ τὸ τῆς Συνόδου φρόνημα δογματίζειν ἀνθισταμένους, ὅσους μὲν ἱερωσύνης βαθμὸς ἔχει, τῆς ἱερωσύνης γυμνοὺς ἀποφαίνει, ὅσοι δὲ τῶν ἰδιωτῶν χώραν πληροῦσιν, εἴτε βίον ὑπέδραμον τὸν μονάδα·

εἴτε

ἔτι πολιτείᾳ συνεξετάζονται δήμῳ τῷ ἀναθέματι παραπέμπει. καὶ γὰρ ἅπερ ἡ θεόπνευστος Σύνοδος ὁρίζει, Λέων ὁ θεσπέσιος διὰ Πασχασίου, καὶ Λουκινσίου, καὶ Βονιφατίου τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ἀναφανδὸν ἐπισφραγίζει, ὡς μυριάκις ἐστὶν αὐτοῖς ἐκείνων ἀκούειν, οὐκ αὐτῶν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀπεσταλκότος αὐτούς. καὶ γὰρ συνοδικὰς ἐπιστολὰς ἐπιστέλλων τῶν τοποτηρητῶν αὐτοῦ καὶ τοὺς λόγους, καὶ τὸ φρόνημα, καὶ τὰς ψήφους, οὐκ ἐκείνων, ἢ αὐτοῦ γε μᾶλλον εἶναι διαμαρτύρεται καὶ διαβεβαιοῦται. καίτοιγε καὶ εἰ μηδὲν προσῆν τοιοῦτο, ἀποχρόντως ἔχει τὸ ἀντ' αὐτοῦ δοῦναι τοὺς συνεδριάσαντας τῇ Συνόδῳ, καὶ τὸ πέρας λαβούσης ὁμολογεῖν ἐμμένειν τοῖς ἐψηφισμένοις. *Et quid oportet me in aliјs tempus conſumere? Leo magnus, qui ſacratas Romæ curas ſacratiores demonſtrauit, quarta columna Synodi, ſuis a Deo inſpiratis & dogmaticis Epiſtolis, & iјs quæ ſuam præeminentiam complent, necnon concordia, ob quam magnum illum & a Deo collectum cœtum cohoneſtabat, ea ipſa rectæ fidei illuminatione, omnem non ſolum Occidentem, ſed & Orientis terminos illuſtrans, ſanctiſſimum Spiritum ſonora voce ex Patre procedere docet: neque id ſolum, ſed eos omnes, qui contra Synodi ſententiam dogma decernere contendunt, eos inquam, ſi Sacerdotis dignitate adornantur, Sacerdotio ſpoliat: ſi vero idiotarum locum tenent, ſiue vitæ Monaſticæ addicti fuerint, ſiue publicis plebiſq; negotiјs implicantur, anathemati ſubiјcit. Etenim*

nim a Deo spiratæ Synodi decreta diuinus hic Leo per Paschasinum, Lucentium, & Bonifacium sanctos homines subsignat, vt infinitis vicibus eos audire possimus, nec solum ipsos, sed eum quoque qui eos miserat. Nanque Synodales Epistolas mittens, suorum locumtenentium, & sermones, & sententiam, & calculos, non eorum, sed suimetipsius esse contestatur & confirmat. Et si nihil tale adesset, tamen satis abundeque est, si loco sui dederit eos, qui vna simul in Synodo assiderent, eaque cum finem habuisset, faterentur persistere, perseuerareque in decretis.
Et infra; Ἐννοήσατε τὸν ὁμόθρονον τούτοις, καὶ τὴν δόξαν ἰσοστάσιον τὸν κλεινὸν Βιγίλλιον τῇ πέμπτῃ μὲν καὶ αὐτὸς ἐφεστηκὼς Συνόδῳ. οἰκουμενικοῖς δὲ καὶ αὕτη, καὶ ἁγίοις ψηφίσμασιν ἐλλαμπρυνέται. τούτου οὖν οἷα δὴ κανὼν ἀπαρέγκλιτος, τοῖς ὀρθοῖς αὐτῆς ἐναρμοζόμενος δόγμασι, τά τε ἄλλα συμφώνους ἀφίησι φωνὰς, καὶ τὸ πανάγιον, καὶ ὁμοούσιον πνεῦμα τοῖς τε περὶ αὐτοῦ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ πατράσιν ἐν ἴσῳ, καὶ ὁμοίῳ ζήλῳ ἐκ τοῦ πατρὸς ἀνεκήρυξεν ἐκπορεύεσθαι. καὶ τοὺς ἔτι ἄλλο κατὰ λόγον δόγματος παρὰ τὴν ὁμόψηφον καὶ κοινὴν τῶν εὐσεβούντων πίστιν παραγαγεῖν ἕλοιντο, τοῖς ἴσοις δεσμοῖς τοῦ ἀναθέματος ὑπηγάγετο. *Versate mente hisce sede comparem, & gloria æqualem, laude inclytum Vigilium, qui quintæ Synodo interfuit, œcumenicis sanctisque calculis celebratæ. Hic itaque veluti regula inconcussa atque immota, re-*

ctis

ctis illius sese adaptans dogmatibus, alijs concordes emittit voces, & sanctissimum & consubstantialem Spiritum vna simul cum Patribus, qui ante eum, & cum eo fuerunt, simili pariq; zelo & studio ex Patre procedere prædicauit; & eos qui alienum a fide dogma extra vnanimem vniuersalemque fidelium mentem publicare præsumerent, ijsdem anathematis vinculis submisit. Audisti Photium; audi reliquos. Leo Imperator Basilij Macedonis filius eadem ætate cum Photio viuens, Oratione de sancto Petro; *Tu me sequere. hoc est, sequere me baculo pastorali, & sicut ego cum eram vobiscum, seruabam vos vt pater vester, & caput, & magister vigilans pro vobis: sic & tu esto meo loco, & sequere me principatu, & potestate ista fratres tuos confirmans. Te enim volo esse meo loco. Vnde manet vsque in hodiernum diem Petrus sequens Christum in successore suo.* Hæc Leonis verba nondum legi Græce, legi nihilominus illa in hunc modum laudata ab alijs. Nicetas, qui & Dauid Paphlago eodem tempore scribens, in vita sancti Ignatij Patriarchæ, in Oecumenico Concilio aduersus Photium coacto maiorum pœnarum inflictarum Photio duritiam exoptat, & vt Canones præscribebant, cuius clementia postea tot mala euenerunt, & lenitatem Pontificum Romanorum accusat, quibus

agendi

agendi auctoritatem & iudicandi potestatem pro Ecclesiastica antiqua traditione permiserat; Ἅπερ ἴσως οὐκ ἂν συνέπεσεν, εἰ καὶ τὸν Ἀποστολικὸν ὡς εἴρηται τὰ κατ' αὐτὸν ἐκρίθη θεσμόν· ἀλλ' ὅμως οὐ ῥυπαίνει ταῦτα τὴν τοῦ Πατριάρχου δόξαν, ὅτι μὴ αὐθεντικῶς εἶχε πᾶν, ὃ ἐβούλετο δρᾶν, μᾶλλον δὲ τοῖς Ῥωμαίοις καὶ τὴν ἄνωθεν Ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν τῆς κρίσεως ἐξουσίαν παρεχώρει. *Quæ fortasse euenissent nunquam si caussam Photij Synodus ex decreto Apostolico, vt est dictum, decidisset. Enim vero hæc Patriarchæ gloriæ labem nullam aspergunt, quod non esset illi auctoritas agendi quæ vellet. Romanis enim pro Ecclesiastica antiqua traditione iudicandi potestatem permittebat.* Nota, in iudicio Patriarcharum in Oriente non est auctoritas Patriarchæ Constantinopolitano agendi quæ vult, cum eam ex antiqua Ecclesiastica traditione habeat Romanus. Et postremis fere Imperij Græci temporibus in Vrbe Byzantij plena Synodo inter Pontificios & Græcos vnio peracta est, hisce potissimum conditionibus: Prima vt in sacris hymnodijs commemoratio Romani Pontificis fieret. Secunda, vt liceret cuiuis Romam veterem; quæ vti curia maior & perfectior eminebat, appellare. Tertia, vt illi principatus in omnibus deferretur. Historiam fuse prosequitur testis oculatus Georgius Pachymeres

Histor. lib. 5. Et postremis hisce Græciæ temporibus Ioannes Canabutius de Dijs Troicis & Insula Samothracia cap. 25. Ὁ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, λέγει, ὅτι οἱ Θεοὶ αὐτοῦ ἐποίησαν τὴν Ῥώμην βασιλεύουσαν, καὶ δεσπόζουσαν ὅλης τῆς οἰκουμένης, διὰ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν οἰκιστῶν καὶ κτητόρων, καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς, καὶ τῶν βασιλέων, καὶ τῶν βουλευτῶν αὐτῆς. ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι οἱ Θεοὶ αὐτοῦ οὔτε εἰσὶν, οὔτε δύνανται. Θεοὶ γάρ φησιν ἡ γραφὴ, οἳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν ἀπολέσθωσαν, ἀλλ' ὅπερ ἐγένετο εἰς τὴν Ῥώμην ὑπῆρχε πρόνοια τοῦ πρώτου καὶ μόνου καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ τῆς ἁγίας Τριάδος. ἐπειδὴ γὰρ ἤγγιζεν ὁ καιρὸς, καὶ ἐπλησίαζον αἱ ἡμέραι εἰς ἃς εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, ἵνα γένηται ἡ σάρκωσις, καὶ ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου. ἔμελλε δὲ ἵνα λάβῃ ἡ πίστις τοῦ μεγάλου καὶ ἀπορρήτου μυστηρίου τούτου ῥίζαν καὶ ἀρχὴν καὶ θεμέλιον διὰ τῆς διδαχῆς τῶν Ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς τὴν Ῥώμην. διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς αὐτὸς ᾠκονόμησε περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ, ἵνα ἡ πόλις ἡ μέλλουσα δέχεσθαι τὸ μυστήριον τοῦτο κυρίως καὶ καθολικῶς ὑπὸ τῶν πρώτων καὶ κορυφαίων αὐτοῦ μαθητῶν, ἄρξῃ καὶ κυριεύσῃ καὶ βασιλεύσῃ τοῦ κόσμου παντὸς καὶ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἵνα ἀπὸ ταύτης, ὡς ἀπὸ ῥίζης τινὸς καὶ πηγῆς μεταδοθῇ καὶ κηρυχθῇ καὶ βεβαιωθῇ εἰς πάντα τὰ ἔθνη καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὥσπερ καὶ ἐγένετο ὕστερον. ἔπρεπε γὰρ τὸ μεγαλώτερον καὶ ὑψηλότερον πρᾶγμα τοῦ κόσμου εἰς τὴν μεγαλωτέραν, καὶ εἰς τὴν ὑψηλοτέραν πόλιν τῆς οἰκουμένης

ῥιζω-

ῥιζωθῆναι καὶ φανερωθῆναι, οὔτε γὰρ μεγαλωτέρα καὶ ἀληθεστέρα πίστις ἐστὶ παρὰ τῶν Χριστιανῶν; οὔτε μεγαλωτέρα ἀρχὴ καὶ βασιλεία ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἐγένετο παρὰ τῆς Ῥώμης. καὶ διὰ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Θεὸς ταύτην μεγάλην καὶ ἔνδοξον, ἵνα δείξηται καὶ βεβαιώσῃ τὸ μέγα καὶ ἄλογον καὶ ὑπέρτατον τῶν Χριστιανῶν κήρυγμα καὶ μυστήριον. *Dionyſius Halicarnaſſeus dicit; Deos ſuos effeciſſe Romam reginam & dominam vniuerſi, propter pietatem virtutemque habitantium, & conditorum & totius populi & Imperatorum & conſiliariorum illius. Ego autem dico Deos illius nullos eſſe, neque aliquid poſſe. Nanque ait Scriptura; Qui cœlum & terram non fecerunt Dij intereant: ſed quod in Romana Vrbe peractum eſt, prouidentiam fuiſſe primi, ſolius, & veri Dei ſanctæ Triadis. Cum enim appropinquaret tempus, & imminerent dies, quibus Deo bene placuerat, vt incarnatio fieret, & inhumanatio Filij Dei et Verbi, & fidei magni ineffabiliſque myſterij huius originem, principium, & fundamentum per doctrinam Apoſtolorum Petri & Pauli Roma acceptura eſſet; propterea Chriſtus ipſe ordinauit ante ſuam incarnationem, vt Vrbs acceptura myſterium hoc proprie, et vniuerſa a primis & principibus ſuis diſcipulis imperium & dominatum, & ditionem haberet terrarum orbis vniuerſi, vt ab ipſa tanquam a radice & fonte communicaretur, ſtabiliretur, & prædicaretur in omnes gentes, & vni-*

uersum mundum, quemadmodum postea factum est: Nanque addecebat maiorem ac sublimiorem mundi rem in maiore ac sublimiore Orbis ciuitate radicari & reuelari. Neque enim maior ac verior fides est quam Christianorum, neque maius imperium ac regnum a saeculo fuit Romano. Propdereaque eam fecit Deus magnam & gloriosam, vt susciperet, confirmaretque magnum hoc rationabile, eminensq; Christianorum dogma & mysterium. Subditque paulo post in hoc eodem Tractatu cap. 27. Ἥτις Ῥώμη μέχρι τῆς σήμερον, ἐὰν καὶ κοσμικῶς οὐδὲν ἄρχει τοῦ κόσμου, ἀλλὰ πνευματικῶς διὰ τὴν πίστιν βασιλεύει τοῦ κόσμου παντός. ὅλος γὰρ ὁ κόσμος γινώσκει, ὅτι ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἄρχει καὶ βασιλεύει τῶν ἁπανταχοῦ τοῦ κόσμου Χριστιανῶν. καὶ πείθονται ταύτῃ καὶ ὑποτάσσονται πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς. ἵνα μὴ διαπέσῃ ὁ ἐξ ἀρχῆς σκοπὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἔχει τὴν τιμὴν ἄπαυστον καὶ αἰώνιον ἡ δόξα μένῃ τὸ μυστήριον αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνανθρωπήσεως πόλις. καὶ διὰ τοῦτο ηὐδόκησεν ἀναιρεθῆναι καὶ τοὺς πρώτους αὐτοῦ καὶ κορυφαίους ἀποστόλους τὸν Πέτρον καὶ Παῦλον εἰς τὴν Ῥώμην. εἰ γὰρ μὴ ἦν παρεωραμένη ἡ Ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν χριστοκτονίαν τοῦ Κυρίου, καὶ ὁ Πέτρος ἂν καὶ ὁ Παῦλος ἐκεῖ ἔμελλον ἀποθνήσκειν, ὅπου ἀπέθανεν ὁ διδάσκαλος αὐτῶν καὶ Θεός. νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐγένετο διὰ τὴν ὀργὴν ἣν εἶχε πρὸς αὐτήν. ἔθηκε δὲ αὐτοὺς ἀντ' αὐτοῦ ὥσπερ θεμέλια τῆς πίστεως εἰς ἣν ἠγάπησε καὶ ἐτίμησε πόλιν, ἵνα δοξάζηται καὶ ἐκείνη δι' αὐτῶν, καὶ δοξάζωνται καὶ

οὗτοι

ἔστι αἰωνίως ταῖς πρεπούσαις τιμαῖς ἐν αὐτῇ. καὶ ταύτην νομίζω ἐγὼ ἀληθεστάτην αἰτίαν, δι' ἣν ἀνεβίβασεν ὁ Θεὸς εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀρχῆς καὶ βασιλείας τὴν Ῥώμην, ἀλλ' οὐκ ἐκείνην ἣν λέγει ὁ Διονύσιος. *Quæ Roma ad hodiernum vſque diem, licet in mundo ciuile dominium non habeat, ſed ſpiritualiter propter fidem vniuerſi terrarum orbis dominium tenet. Vniuerſus ſiquidem orbis agnoſcit, Eccleſiam Romanam Chriſtianorum omnium vbicunque degentium dominium ac imperium obtinere, & omnia regna mundi illi ſubdita eſſe, & obedire: ne diuinus ſcopus ab initio intentus in caſſum caderet; ſed haberet honorem inconcuſſum & ſempiternum Vrbs, quæ illius myſterium ſuſcepit, & incarnationem. Propiereaque ſibi complacuit, vt primi ſui & principes Apoſtoli Petrus & Paulus Romæ conficerentur. Etenim ſi neglecta non fuiſſet propter cædem Domini Ieruſalem, Petrus & Paulus in ea interimendi erant, in qua Magiſter eorum Deuſque cæſus fuerat. Nunc autem id peractum non eſt, propter odium, quo eam proſequebatur. Dedit autem illos pro ſeipſo vti fidei fundamenta in ea, quam dilexit, & honorauit Vrbem, vt propter eos ipſa glorioſa eſſet, ipſique eſſent glorioſi condignis honoribus in perpetuũ in ipſa. Et hanc ipſe exiſtimo veriſſimam cauſam, ob quam Deus in tantã regni atq; imperij ſublimitatem promouit, & non illam quã refert Dionyſius.*

 Et

Et hæc pro poteſtate Romani Pontificis in rebus Eccleſiaſticis agendis, & Eccleſiaſtici dominij directione. Si plura cupis, adeſis libros a me de Conſenſione Eccleſiæ Orientalis atque Occidentalis conſcriptos; Quid porro de dogmate & rebus fidei definiendis? Plane eadem. Diſco ex Chryſoſtomo, fuiſſe inſtitutum terrarum Orbis Magiſtrum & Paſtorem. Non negabis Magiſtri eſſe explanare quæ inuoluta ſunt, explicareq; & quæ in obſcuritate latent aperire, & in apertum educere. Quare & in Eccleſia fuerit ſpiritualis Paſtor, & ſpiritualis Interpres, Dogmatum ſcilicet, quæ ſpiritualis vitæ ſunt fundamentum; & hoc ſemper vſitatum fuiſſe in Eccleſia, diſcito ex Concilijs generalibus in Oriente ipſo coactis, quæ ex ore Romanorum Pontificum acceptam fidem catholicam determinabant. Hinc in Concilio Chalcedonenſi; *Vocis Petri interpres*, Papa audit, *cui Chriſtus firmauerat, ſe rogaſſe Patrem, ne fides illius deficeret. quod ad ſucceſſores quoque perueniſſe*, tradit ſexta Synodus Oratione Proſphonetica ad Imperatorem: & alia ſæpius ibidem repetita, & in Epiſtola Taraſij Patriarchæ, & ſeptima bene conuenit, quibus tu licet aſſenſum non præbeas, & amara vti in ſimilibus febricitans reputas, non inde tamen ſequitur, ea non

fuiſſe

fuisse in Ecclesijs Orientalibus excepta, & nunc quoque mordicus conseruata. Linque caninos mores, discitoque Leonem Pontificem Orientalibus fuisse omnium Episcoporum, vt membrorum, caput, eorundemque vti filiorum, Patrem, & eo potissimum tempore, cum Orientalium studium & labor eo tantum respiciebat, vt sedes Constantinopolitana extolleretur, paribusque priuilegijs cum Romana gauderet. Hinc illa ex certa fide prouenisse fatendum est, *Papam esse interpretem, hæredem fidei Petri, caput Oecumenicæ Synodi, vas Apostolicæ sedis, ex quo sæpe*, vt ipsi aiunt, *illustrata fuit Sedes Constantinopolitana*. Dum hæc audis, Hottingere, ab alijs quoq; inculcata, in alio mundo videris tibi esse; & es plane, cum nouum cribrum nouo paxillo appendas, & veteris & firmatæ per tot secula a Patribus, & Doctoribus Ecclesiæ decreta rancidula obsonia tibi sint.

Sed iam, vt video, tu Pappomastigas & Pappomisuntas quæris, grauiter spirantes nempe foricas, & cœno madoreque confectas Camarinas, ex quibus permundum veritatis lumen haurias. Infelix hominum ingenium! quasi dignitatis Pontificum hostes, Romanorum Pontificum dignitatem tueri debeant. Sed vt conuincam pertinaciam, & prorsus ita esse rem, tibi persuadeas,

ex eiuſdem dignitatis infenſiſſimis hoſtibus pro dignitate ipſius teſtimonia producam, quæ ſerio non pernegabis, licet te ſciſſe, ſi tamen aliquod ſit quod neſcias, negabis. Horum teſtimonium, quod in aliena re leue eſſet, id in Pontificia quoniam pro ea eſt, gratiſſimum fuerit, Ioannes Zonara Expoſ. in Can. Synodi Photianæ. Τὰ δὲ πρεσβεῖα, ἤγουν τὴν προτίμησιν, καὶ τὰ προνόμια ὧν ἠξιώθη ἔχειν ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία ἀκαινοτόμητα. ἀλλὰ ταῦτα, τότε, ὅτε οὔπω περὶ τὴν πίστιν ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία ἐσφάλλετο, καὶ πρὸς ἡμᾶς διεφέρετο. *Prærogatiuas hoc eſt primum honoris locum, aliaque priuilegia, quibus Romanorum Eccleſia honeſtata fuit, inuiolata ſeruari placet. Sed hæc iam olim, cum in ijs quæ fidei ſunt Romanorum Eccleſia nihil errabat, neque à nobis interea diſſidebat.* Theodorus Balſamon in eoſdem; Ὡς δέ τινος τοῦ ἐξ Ἰταλίας εἰπόντος ἐπὶ περιγραφῇ τῶν προνομίων τοῦ θρόνου τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ταῦτα θεσπίζεσθαι, διὰ τὴν ἐξίσωσιν, προσέθεντο ἀκαινοτόμητα συντηρεῖσθαι εἰς τὸ ἑξῆς τὰ πρεσβεῖα, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ προέδρου αὐτῆς. *Tanquam autem dixiſſet Italus quiſpiam hæc ad circumuenienda veteris Romanæ Sedis priuilegia decerni, propterea quod inducatur æqualitas adiecerunt, nihil penitus innouata in poſterum ſeruari eius priuilegia, & eius antiſtitis honorem.* Simeon Theſſalonicenſis Dialogo contra hæreſes. Ἴσα δέ σοι καὶ μικρὸν

ὧδε

οὐδὲ τὴν εἴδησιν δῶμεν· καὶ ἡμεῖς ὡς δύναμις ἐκ τῶν τοῖς ἁγίοις ῥηθέντων φαμὲν, ὡς τὸ λέγειν Λατίνους πρῶτον εἶναι τὸν Ῥώμης, ἀντιλέγειν οὐκ ἀναγκαῖον, οὐδὲ παραβλάπτει τοῦτο τὴν Ἐκκλησίαν. ἐπιδειξάτωσαν μόνον αὐτὸν ἐν τῇ πίστει ὄντα τοῦ Πέτρου, καὶ τῶν διαδόχων τοῦ Πέτρου, καὶ πάντα ἐχέτω τὰ τοῦ Πέτρου. καὶ πρῶτος ἔστω, καὶ κορυφὴ, καὶ κεφαλὴ πάντων, καὶ ἄκρος ἀρχιερεὺς, καὶ γὰρ τοῦτο περὶ τῶν κατὰ καιροὺς Πατριαρχῶν Ῥώμης γέγραπται, καὶ Ἀποστολικὸς ἐστὶν ὁ θρόνος, καὶ ὁ ἐπ᾽ αὐτοῦ τῆς ὀρθοδοξίας ἐχόμενος ἀρχιερεὺς διάδοχος λέγεται τοῦ Πέτρου, καὶ οὐδεὶς τῶν ὀρθὰ φρονούντων καὶ λεγόντων ἐπὶ τούτοις ἀντερεῖ. ἐπεὶ καὶ ἡ δευτέρα Σύνοδος, ἡ τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῷ Κωνσταντινουπόλεως νέμουσα. πρῶτον εἶναι τὸν Ῥώμης φησὶ, καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως τὰ ἴσα μὲν τῷ Ῥώμης δυνάμενον εἶναι, δεύτερον δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον ὑπάρχειν. καὶ ἡ τετάρτη δὲ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τὸν αὐτὸν ἀνακεφαλαιουμένη κανόνα τὰ ὅμοια περὶ τῶν πρεσβείων τοῦ Ῥώμης τε, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως φησὶ· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Λέοντα, ὃς τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψε τῇ Συνόδῳ ἀποστολικὸν φασὶν οἱ τῆς Συνόδου Πατέρες, καὶ ὡς τοῦ Πέτρου δέχονται τὰς αὐτοῦ φωνὰς, καὶ στήλην ὀρθοδοξίας τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ κατονομάζουσιν. καὶ οἱ τῆς ἕκτης καὶ τῆς ἑβδόμης καὶ αἱ λοιπαὶ ἀποστολικὸν θρόνον αὐτὸν ὀνομάζουσιν, καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀντεροῦμεν τοῖς τῶν Πατέρων ὅροις. ἔστω μόνον τῆς ὀρθοδοξίας Σιλβέστρου τε καὶ Ἀγάθωνος, Λέοντός τε καὶ Λιβερίου, καὶ Μαρτίνου, καὶ Γρηγορίου διάδοχος ὁ τῆς Ῥώμης, καὶ οὕτως ἀποστολικὸν αὐτὸν καὶ πρῶτον

τῶν ἄλλων ἱερουμένων ἀρχιερέων, καὶ τὴν ὑποταγὴν αὐτῷ δώσομεν, οὐχ ὡς τῷ Πέτρῳ μόνον, ἀλλ' ὡς αὐτῷ τῷ Σωτῆρι. εἰ δ' οὐ διάδοχος τῇ πίστει τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις ἐστὶν, οὐ διάδοχος τοῦ θρόνου, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀποστολικὸς, καὶ οὐ πρῶτος, οὐδὲ πατὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐναντίος, καὶ λυμεὼν, καὶ τῶν Ἀποστόλων ἔσται πολέμιος, *Vt vero paruam harum rerum cognitionem a nobis, uti fieri potest, tibi habeas, ex dictis sanctorum Patrum dicimus, non esse necessarium Latinis contradicere, cum dicunt, Romanum primum esse: neque hoc Ecclesiam vulnerat. Ostendant tantummodo eum in fide Petri illiusque successorum persistere; & tum omnia Petri sibi vindicet, & primus sit, & vertex, & caput omnium & summus Pontifex. Id enim de Patriarchis Romanis alio atque alio tempore scripto mandatum cernimus. Et ista Sedes Apostolica est, & Pontifex in ea assidens, rectæ fidei adhærens successor dicitur Petri. Neque vllus vnquam, dummodo bene sapiat & loquatur, hisce refragabitur: Cum & secunda Synodus, æqualia priuilegia Constantinopolitano tribuens, primum esse Romanum asseueret, & Constantinopolitanum ijsdem cum eo munitum priuilegijs secundum: & quarta sexcentorum triginta Patrum eundem Canonem repetens similia de Romani & Constantinopolitani priuilegijs edisserit; & Leonem ipsum, qui Epistolam scripsit ad Synodum, Apostolicum Patres Synodi voca-*

vocarunt, & veluti Petri voces illius exceperunt & columnam rectæ fidei Epistolam illius nuncupauerunt. Et sextæ, ac septimæ & reliquarum Synodorum Patres Apostolicam Sedem vocitarunt. Et nos Patrum statuta de medio non tollimus. Sit solum rectæ fidei Siluestri, Agathonis, Leonis, Liberij, Martini, & Gregorij Romanus successor. Sic enim Apostolicum, & inter alios primum Pontificem vocabimus, & obedientes dicto illius, non vt Petri tantum, sed vt Saluatoris erimus. Quod si in fide iam enumeratis sanctis successor non est, neque throni successor est, nec Apostolicus, nec primus, nec Pater, sed hostis & pestis, Apostolorumque aduersarius. Idem ibidem; Ταῦτα οὖν καὶ τῇ τῶν Λατίνων Ἐκκλησίᾳ μεγίστου πτώματος ὑπῆρξεν αἴτια. πρότερον μὲν καὶ τῷ Συμβόλῳ καὶ ταῖς τῶν Ἀποστόλων καὶ Πατέρων παραδόσεσιν ἀγομένη, καὶ ἑπομένη καλῶς καὶ πρώτη πάντων τελοῦσα, οὐ γὰρ κρύπτομεν τὴν ἀλήθειαν, ἐπεὶ καὶ πρώτην ἐβουλόμεθα καὶ ἐποθοῦμεν ἔχειν αὐτὴν, εἰ τὸν χαρακτῆρα τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μόνον ἀκηλίδωτον διετήρει. νῦν δὲ ὑπερφρονήσαντες Λατῖνοι, καὶ μήτε τὸ, ὁ θέλων πρῶτος εἶναι ἔσχατος λογισάμενοι, μή τε πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, ποθήσαντες δὲ τὰ τῶν Ἑλλήνων ὑψηλὰ οἱ πιστοὶ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀθεΐαν Ἑλλήνων διὰ τοῦ ἁλιέως Πέτρου, καὶ τῶν αὐτῷ ὁμοίων πρώτην ἀποβαλλόμενοι. καὶ τὴν μωρὰν ταύτην σοφίαν. καὶ τὰ ἑξῆς. *Hæc itaque Latinorum Ecclesiæ magni lapsus causa*

exti-

extiterunt. Prius quidem & Symbolo, necnon Apostolorum & Patrum traditionibus gubernatam & bene obsequiosam & omnium primam existentem, neque enim veritati tenebras offundimus, eam & primam volebamus & desiderabamus habere, si notam orthodoxæ fidei tantum immaculatam conseruasset. At nunc neglectis omnibus Latini, neque illud, qui vult primus esse, sit omnium postremus, neque qui seipsum extollit, humiliabitur, mente agitantes, cum desiderassent, conquisiuissentq; Gentilium sublimia & impietatem, Christi fideles per Petrum piscatorem. &c. Idem ibidem; Ἀλλὰ Πέτρος, ὡς ἔοικε, διὰ τοῦτο μᾶλλον τοῖς ἐν Ῥώμῃ διδάσκαλος γέγονε, καὶ πρῶτος ποιμὴν, ὡς ἂν καὶ τὰ τῆς ἐπιστροφῆς ἐκδιδάξῃ, καὶ τὰ τῆς μετανοίας ὑποθῆται, ἑαυτὸν προτιθεὶς εἰς ὑπόδειγμα. *Sed Petrus vt videtur, propter hoc potius Romanis Magister factus est, & primus Pastor, vt conuersionem edoceret, & pœnitentiam suggereret, semetipsum in exemplum exhibens.* Ibidem; Ἀλλὰ Πέτρος μὲν τῇ μετανοίᾳ καὶ δάκρυσι, καθὼς εἴρηται, καὶ τῇ τριπλῇ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ὁμολογίᾳ, οὐ μόνον τῷ τῶν Ἀποστόλων χορῷ πάλιν συντέτακται, ἀλλὰ καὶ κορυφὴ τούτων δέδεικται, καὶ ποιμὴν τῆς Χριστοῦ ποίμνης κεχειροτόνηται. *Sed Petrus quidem pœnitentia & lacrymis, vt dictum est, & trina in Christum amoris confessione, non solum rursus cœtui Apostolorum restituitur, sed & vertex*

omnium

omnium ostenditur, & Pastor Christiani gregis ordinatur. Vides hic Hottingere, Latinorum Ecclesiam Pontificiam nempe; primam omnium existere, habere sibi omnia quæ Petri sunt: Romanum Pontificem esse primum & verticem & caput omnium: esse Petri successorem, ideoque thronum Apostolicum nuncupari: neminemque dummodo recte sapiat contradicere posse: hancq; esse perpetuam Patrum & Conciliorum, & quod magis est, Ecclesiæ Græcæ doctrinam: & hoc negare, est veritati tenebras offundere? Qui hoc dicit, Pappomastix est, Schismaticus est, non Romani Pontificis mancipium.

Dices, illi modo hunc primatum, & reliqua maiestatis insignia, licet alias ea habuerit, a Schismatico denegari. Nunc quia defecit in fide denegari: si non defecisset non denegasset, imo perquam maxime cuperet illius primatui subdi. Accipio omen. Sed responde. Græci tradūt Pontificem defecisse, quia addidit Symbolo, *ex Filio*. Sed esse Spiritum ex Filio per te & tuos non est error vel hæresis, imo catholicum Ecclesiæ dogma; Argumentare; Ergo Pontifex Romanus in fide recta persistens, est successor Petri, omnium Ecclesiarum caput, accurator, & moderator. &c. Sed Alexander Septimus

persi-

perſiſtit in vero dogmate, nec ab eo vnquam deſciuit. Ergo Alexander Septimus. &c. Maior eſt Schiſmaticorum, qui Romanam Eccleſiam & illius primatum oppugnant, ideoque a te non neganda, qui ad illos prouocas. Minor eſt tua & Schiſmaticorum. Ergo veritas concluſionis ſtat. Maiorem eſſe tuam, cum certum ſit, non negabis. Schiſmaticorum etiam eſſe eorundem auctoritatibus euincam. Nam ſi errarunt Latini, vel errarunt propter dogma, quod peruerſum eſt; vel quod dogma verum addiderunt in Symbolo. Sed in neutro illis error merito appingi debet. Non errant ergo in fide, & conſequenter, cum catholici ſint, gaudeant ſuis priuilegijs neceſſe eſt. Dogma nec peruerſum, nec impium eſſe ex ipſa hiſtoriarum ſerie clariſſimum eſt. Clarum enim eſt ab antiquiſſimis temporibus Eccleſiæ Romanæ Doctores id tradidiſſe verbo, & ſcripto etiam confirmaſſe, neque vnquam ab ipſis Græcis ob id vti hæreticos condemnatos fuiſſe, ſed ſilentio vniuerſali approbatos. & Martini primi tempore cum Orientales illud in profeſſionibus quoque Synodalibus additum animaduertiſſent, turbaſque mouiſſent, & obſtitiſſent, reſponſo tamen Maximi Homologetæ acquieuerunt, & acceptarunt Romanorum expoſitionem,

& ad

& ad tempora vſque Photij erat Græcis cum Pontificijs *ex Filio* aſſerentibus magnus vſus, & ſumma amborum officijs conſtituta neceſſitudo, & de alijs rebus diſſidijs exortis ſedatiſque, de dogmatibus controuerſiæ nullæ fuerunt. Non ergo dogma impium reputabatur: nam ſi exiſtimaſſent ſimili additione fidem lædi, perſonaſſent omnia vocibus, & clamores ingentes cum execrationibus edidiſſent. Non eſt cur reliqua minute dicam. Pete tibi illa, ſi animus eſt, ex Epiſtola mea ad Boineburgium, & Tractatu de Purgatorio. Audi quid de his ſentiat alter Pappomaſtix & peſſimus Barlaamus Monachus Orat. de Concordia. Πρὸς δὴ ταῦτα ἐκεῖνα ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν δεῖ, ὅτι καὶ ὅτε ἡνῶτο ἡ Ἐκκλησία, ἦσαν δὲ καὶ ἐκ μόνου πατρὸς προϊέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπελάμβανον, καὶ πάλιν ἕτεροι δὲ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ. ἀλλ' οὔτι γε ἡ τινῶν διαφορὰ τῇ ὅλῃ τῆς Ἐκκλησίας ἐλυμαίνετο καταστάσει, οὐδὲ τὴν κοινὴν κατέλυεν ὁμόνοιαν, ἀλλὰ τὸ σύμπαν κοινῇ τὸ ἐκ πατρὸς ἁπλῶς οὑτωσὶ ἐπρέσβευον, καὶ πάντας εἰς τὴν τούτου, ὡς πᾶσιν ὁμολογουμένην συγκαλοῦν ἑνότητα τῆς τοιαύτης διαφορᾶς τοῖς τὰ τοιαῦτα περιττοῖς παρεχώρει. *Ad hæc illa nobis conſideranda ſint, cum Eccleſia vna erat, fuiſſe quoſdam, qui ex ſolo Patre procedere Spiritum ſanctum aſſerebant, rurſuſque alios, qui etiam ex Filio. Sed nonnullorum differentia ſtatum & ordinem Eccle-*

Ecclesiæ minime lædebat, neque vniuersam Ecclesiam dissoluebat: sed omnes communiter ex Patre simpliciter hoc modo profitebantur, omnes in huius tanquam quod apud omnes in confesso erat, vnam sententiam conueniebant, & hanc differentiam illis, qui circa has res eximij erant; permittebant. Et Nilus Thessalonicensis libellum edidit sæpius typis excusum, in quo non aliam dissidij Ecclesiarum causam fuisse probat, quam quod Papa controuersiæ cognitionem ac iudicium ad Oecumenicam Synodum deferre detrectaret, sed ipse solus controuersiæ magister & iudex sedere voluisset; reliquos vero discipulorum instar dicto audientes habere. Inter alia; Ἔστι τοίνυν, ὥς γε ἐγὼ νομίζω, οὐ τὸ τοῦ δόγματος ὑψηλὸν καταπίπτειν ἐῶν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν. καὶ γὰρ πάντα τ' ἄλλα τοιαῦτα, ὅσα τῇ Ἐκκλησίᾳ πράγματα παρέχει κατὰ καιρούς. ἔτι τοίνυν τοῦτο τῆς διαστάσεως αἴτιον, ἔτι πολλῷ μᾶλλον ὁ τῆς γραφῆς λόγος, συντετμημένος ὤν, καὶ μὴ σαφῶς διαγορεύων περὶ τοῦ ζητουμένου. τὸ γὰρ τὴν γραφὴν αἰτιᾶσθαι, ἴσον ἐστὶ καὶ Θεὸν αἰτιᾶσθαι. ἀλλὰ Θεὸς ἀναίτιος. αἰτία δὲ ἐλομένοις πᾶς τις ἂν φαίη νοῦν ἔχων, καὶ ἄνθρωποι δὲ ἀφ' ἑκατέρου γένους ὁρμώμενοι Ἰταλῶν τε καὶ Ἑλλήνων σοφοί τε καὶ ἀγαθοὶ οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς ἐρημίαν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι, καὶ ταύτῃ τὸ τῆς διαστάσεως νέμειν. ἀλλ' οὐδ' ὅπερ Λατῖνοι φασὶν, ὡς ἄρα ἡμεῖς πρωτείων ἀντιποιούμενοι, ἔτι δ' αὖ περὶ τῆς Ῥωμαίων

ἀρχῆς αἰτούμεθα δείκνυσθαι, ἅμα δὲ διὰ τοῦτο καὶ τῆς εἰρήνης ἀποπηδῶμεν. οὔτε γὰρ περὶ τῶν πρωτείων ἠμφισβητήσαμεν πώποτε τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ. οὔτε περὶ δευτέρων ὁ λόγος νυνί. ἀλλ' οὐδὲ τοσοῦτον ἠγνοήκαμεν, οὔτε τὸ παλαιὸν ἔθος, οὔτε τοὺς τῶν Πατέρων θεσμοὺς, ἐν οἷς ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία πρεσβυτάτη πασῶν Ἐκκλησιῶν ἀνηγόρευται. ἄλλως τε οὐδὲ δίκαιον, ὅπερ ἀρνούμεθα προσφέρειν ἡμῖν, καὶ ταύτῃ συγκαλύπτειν πειρᾶσθαι τὸν ἀληθῆ τοῦ πράγματος ἔλεγχον. τί τοίνυν ἐστὶ τὸ τῆς διαστάσεως αἴτιον; τὸ μὴ κοινῇ τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδῳ κυρωθῆναι τὸ δόγμα, ἀλλὰ τὸ μὴ προβῆναι τὴν λύσιν κατὰ τὰ παλαιὰ τῶν Πατέρων ἐν τοῖς τοιούτοις ἔθη, ἀλλὰ τοὺς μὲν Ῥωμαίους Διδασκάλους τοῦ ζητουμένου ἐθέλειν καθίζεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἐν μαθητῶν μοίρᾳ ὑπακούοντας ἔχειν. *Causa itaque huius dissidij, vt ego quidem existimo, non est dogmatis sublimitas humanum captum superans. Nam & reliqua, quæ diuersis temporibus Ecclesiæ negotium fecerunt, eiusdem generis fuerunt. Neque hoc igitur dissidij est causa: multoque minus ipse scripturæ sermo, quod tanquam concisus nihil aperte de eo, quod controuertitur pronunciat. Scripturam enim incusare tantumque fuerit ac Deum ipsum incusare. At Deus extra omnem culpam est. Penes quem vero sit culpa, quiuis mente præditus facile dixerit. At qui homines qui ex vtraque natione Italica scilicet, & Græcanica confluunt*

docti

docti pariter ac probi non patiuntur, vt hominum idoneorum penuriam incusemus, eique distractionem hanc imputemus. Neque vero illud in causa est, quod Latini affirmant, nos nobis primatum arrogare velle, & in secundis post Romanum principatum nolle consistere, simulque idcirco pacem detrectare. Neque enim vnquam cum Romana Ecclesia de primatu contendimus; neque de secundo loco nunc agitur. Sed neque vetus consuetudo, neque Patrum decreta nos latent; quibus Romana Ecclesia antiquissima omnium Ecclesiarum declaratur. alioqui neque æquum fuerit, vt id quod inficiamur, nobis obijciatur, certaque huius rei demonstratio hoc prætextu occultetur. Quænam igitur tandem est huius dissidij causa? Quod scilicet quæstio controuersa communi Oecumenicæ Synodi decreto non sit confirmata, quod eius solutio, explicatioque non fiat ex veteri Patrum in eiusmodi negotijs consuetudine. Sed quod Romani quidem magistrorum in hac quæstione partes sibi sumunt; alios vero instar discipulorum dicto audientes habere velint. Non est igitur error credere, Spiritum esse etiam ex Filio, & additionem huiusce in Symbolo hæresim non importare alibi fuse abundeque demonstrauimus, aliorum testimonijs & Petri Antiocheni potissimum. Quid itaque male sani homines garriunt, Græcos Romanum Pontificem

tificem ſingulis annis die Orthodoxiæ ſacro excommunicare ac diris deuouere, & inter eos Vvirtembergenſes; *Patriarcham Conſtantinopolitanum quotannis Dominica, Inuocauit, Romanum Pontificem cum tota ſua Eccleſia ſolemni ritu inter alios Hæreticos excommunicare.* Hoc falſiſſimum eſt. Adeatur ipſum quod legitur Synodicon eo ipſo die, in quo omnes fere Hæretici damnantur, & Catholici exaltantur, & accurate conſideretur, nuſquam ibi Papæ nomen inuenient. Imo, quod puto iuſto Dei iudicio factum eſſe, cum nomina Monothelitarum Patriarcharum, nominatim exprimantur, & anathemati ſubijciantur, nulla ibi de Honorio Romano Pontifice mentio fit, quem minimum non tacuiſſent Græci, ſi in Romanos Pontifices infamiam intentare animus fuiſſet. Et de auctoritate & preæminentia Romani Pontificis in reliquas Eccleſias ad conuellendum tua de eadem mendacia ex Græcis ipſis & Schiſmaticis ſatis ſint.

CAP. XVIII.

Sententiam Latinorum de Processione Spiritus etiam ex Filio, licet innotesceret Græcis, nunquam tamen ab vllo eorum ad tempora vsque Photij fuisse vti hæreticam condemnatam; ideoque nec causam Schismati Photiano dedisse.

ET vt plane intelligas, me in hac causa vel quicquam reticendo voluisse subterfugere, vel dicendo obscurare, paulo longius exordium rei demonstrandæ capiam: sic enim principijs cognitis multo facilius extrema quoque comprehendentur. Sed antequam id facio, quædam mihi supponenda sunt vti certissima apud Græcos & Pontificios, de quibus nec tu quidem subdubitaueris, si parum prospicio. Primum est, supra etiam ex Augustino inculcatum, in Ecclesia, siue de rebus fidei certa atque indubitata doctrina, quam in dubium vertere animus Christianus potis non est; si verterit, oppositam fixo animi decreto comprobando, extra Ecclesiam vagus oberransque, salutis suæ proditor est; ideoque qui id ausus fuerit, dicitur charitatem dissoluere & communionem conuellere, neque cum fideli-

bus vnus esse. Alterum, consuetudines & ritus, hominum arbitrio, vt sese occasio tulit, institutos non eosdem apud omnes nationes esse, sed varios incertosque: tempore siquidem alijs obortis causis alterati nouantur, atque immutantur, & vt reliquæ res humanæ mutant faciem, locoq; dimouentur suo, & quamuis aliud atque aliud sint, vnitos tamen tenent animos, & fidem non vulnerant, & qui illis vtuntur in eadem Ecclesia viuunt. Hæc Græcis & Pontificijs indubitata sunt. Secundum suppono, Ecclesiæ Græcæ vel Pontificiæ fidem non pendere, neque suam firmitatem habere ab hoc vel illo homine, vel singularibus personis, etiam si sint in dignitatibus amplissimis constituti, sed ab vniuersitate sub suo capite in eadem fide permanente. Hinc fit, licet Titius vel Neuius, vel alij sexcenti ab ea desiscendo externis atque a vero alienis dogmatibus adhæserint, dummodo reliqua communitas vnum idemque sit, & animo & voce idem profiteatur, Ecclesiam illam non a defectoribus illis atque apostatis, sed a seipsa & fide sua nomen trahere: ideoque licet in Ecclesia Orientali plerique spreta recta fide ad exteras conuersi opiniones, illas dicto scriptoq; defenderint, illa tamen Ecclesia, dum oppositum prædicat, cum alia eadem sentiente communica-

re dicetur. Sic nec Marcus Ephesius, nec Cabasilæ Nicolaus & Nilus, nec Andronicus Camaterus, nec Barlaamus Monachus, nec Cyrillus Lucaris, nec reliqui alij, si qui sunt, Ecclesiam Græcam constituunt; & multo minus eorundem dictata Ecclesiæ Græcæ appingenda sunt, si modo Ecclesia Græca alia prædicat, quod procul dubio colligitur ex illius fidei professione, libris Ritualibus, quos singulis horis & momentis in Ecclesijs legit, & Doctoribus suis, quibus plaudit, & quos sequitur, & quorum se doctrinam & cultum sequi dictitat. Et hæc erit Ecclesia Græca, cuius placita sunt examinanda committendaque cum Pontificijs, quæ si eadem fuerint, eadem quoque fuerit Ecclesia Græca & Pontificia, & consequenter, qui de consensu dubitat, sine vlla dubitatione insanit, ac furit.

Dicunt Pappomastiges hi Græcorum ac defectores, *Papam esse hæreticum*. Hoc vero disquirendum est, ob quod ille Hæreticus nuncupari commereatur; & ne extra rem in leuioribus & minutioribus, nulliusque momenti rebus versandis tempus teramus, quinque illa Capita diu multumque in concionibus agitata, iactata in congressibus, & in Synodis multis decertationibus conflictata, tam penitus insita Græcorum animis, &

tam vetusta, producta tandem sunt in Florentina Synodo & definita: nam quæ tu affers, & modo quo affers ad probandum dissidium indigna sunt, quæ vel sciolis proponantur. Quinque ergo fuere disputata in Synodo Florentina, Processio Spiritus etiam ex Filio, Præeminentia Papæ in alias Ecclesias, Purgatorium, Visio beata, & Consecratio in Azymo. Græcos de tribus hisce postremis idem cum Pontificijs sentire iam vidimus. Non itaque Pontifex Romanus causa eorum Hæreticus reputatus est, cum etiam ipsi Græci eadem asseuerantes non minus essent Hæretici. Ex duobus primis alterum de præeminentia Pontificis, cum pendeat a primo, Processione nempe Spiritus etiam ex Filio, inquirendum est, an tenere Spiritum procedere etiam ex Filio, hæresis est, ideoque Romanus illud tenens, & addens in Symbolo in hæresim lapsus, amiserit suam præeminentiam, & nunc tandem sit Hæreticis accessendus, vti hæresis manifesto compertus, & deprehensus. Vt vero clarius res internoscatur, duo considerabimus, alterum an verum sit; *Spiritum procedere etiam ex Filio*. alterum an recte additio illa, *Filioq;* facta sit in Symbolo.

Ad primum de Processione Spiritus sancti tum Græci tum Latini doctissima Com-

mentaria ediderunt, quibus non coniecturis, sed oculis & manibus, vt ita dicam, tenetur, vt in causa nulla dubitatio sit æquis æstimatoribus, quin Spiritus sanctus etiam ex Filio procedat. Nos relictis argumentorum ambagibus, neque enim sapientiæ speciem iactamus, rem ipsam, vti est, non ex lubricis, & vanis narrationibus, sed certis & minime dubijs, & ab omnibus confessis, sed præcipue ex Græcis ipsis & Schismaticis; quorum testimonium in rebus Ecclesiasticis leue videri poterit nonnemini, sed in sua causa, quoniam contra eos est, grauissimum fuerit; Idque vt securius procedat, tria examinanda nobis proponimus. Primum, quo tempore in Ecclesia Græca similis Spiritus processio concipi, deinceps nata veluti in incunabulis ali educarique cœperit. Alterum, quando educta adoptataque apud sui studiosos agitari, variasq; in partes distrahi. Tertium, quando in Symbolo addita communi suffragio; licet id non arrideret omnibus, vires in Ecclesia ac firmitatem acceperit.

Disquiratur primum. Sunt clarissima illius vestigia in Euangelio, quæ nec Græcus nec Latinus negauerit. Ioannis 16. dicitur; *Omnia quæ habet Pater mea sunt*. confirmaturque cap. 17. *Omnia tua mea sunt*. Qui

dicit

dicit *Omnia* in Trinitate nihil excipit, nisi quæ relatio denegat; Excepta ergo paternitate, quidquid habet Pater Filij est, & Pater vt spirator non refertur ad Filium. Item Ioannis 16. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* & paulo ante dixerat; *Non a seipso loquetur, sed quæcunque audiet loquetur.* Ne Spiritus sanctus fiat creatura, non accipiet scientiam nisi accipiendo essentiam. Item cap. 16. *Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* & cap. 15. *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre.* Ne dicamus Patrem mitti a Filio, & Filium & Patrem a Spiritu sancto, cum Pater æque atque Filius & Spiritus sanctus, sit auctor donorum, necesse est, sit essentialis & consequenter processio. Sic Ioannis 20. *Insufflauit & dixit, Accipite Spiritum sanctum.* & Paulus ad Romanos 3. *Si quis Spiritum Christi non habet, eius non est.* Et tandem in Apocalypsi; ne singula referamus, cap. 22. *Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam chrystallum procedentem de sede Dei & Agni.* Clariora ergo sunt pro asserentibus processionem etiam ex Filio ex Scriptura sacra testimonia. Non habent quæ producant similia, qui illam denegant. Licet enim Christus dixerit, *Qui a Patre procedit*, & seme-

metipsum tacuerit, non propterea statim sequetur, ex solo Patre. Id fuse pertractatum est a nobis in Enchiridio de processione Spiritus sancti, & in Vindicijs Synodi Ephesinæ.

Criminantur Schismatici Latinos, quod verbis Christi addant, *ex Filio*, nec erubescunt ipsi addere, *ex solo*. Vtraque additio aut est. si culpanda, quare non in vtroque? Audiat Schismaticus. Etiam si Christus dixisset, *ex solo Patre*, bene potuit Latinus alijs sacræ Scripturæ testimonijs insistens addere, *ex Filio*. nec ideo vituperandus veniret. Non credit Latinis asserentibus? An propterea non credet Basilio Cæsariensi? Ille sic definit Epistola ad Amphilochium; Τὸ οὐδεὶς καθολικὸν μὲν εἶναι δοκεῖ ῥῆμα, ὡς μηδὲ ἓν πρόσωπον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ὑπεξαιρεῖσθαι. ἔστι δὲ οὐχ οὕτω παρὰ τῇ γραφῇ ἀναφερόμενον, ὡς τετηρήκαμεν ἐπὶ τοῦ, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. οὐ γὰρ ἐκεῖ ἑαυτὸν ἔξω τίθεισι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως ὁ υἱὸς, ταῦτα λέγων, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ὁ πατὴρ, τὸ οὐδεὶς, συνυπακουομένου τοῦ πρώτου, τὸ δεύτερον εἰρῆσθαι πιστεύομεν. *Illud* Nemo *videtur certe dictum generali notione, ita vt ne persona quidem vlla excipi videatur. At non ita esse accipiendum vsu ipso scripturarum deprehendimus. Nam dictum est, Nemo bonus nisi solus Deus, at nequaquam eo loci se Filius statuit extra omnem boni numerum & rationem, cum istud diceret:*

Sed

Sed cum Pater sit primum & principale bonum, subintellecto primo, credimus dici secundum. Non potest afferri dilucidius. Non ad distinctionem ergo Filij illud, ex Patre solo appositum fuisset, sed ad comprobandum solummodo primariam causam esse Patrem atque intelligi. Epistola Apologetica ad Cæsarienses; Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως εἰρημένα νοοῦμεν τὸ, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, καὶ, μόνῳ σοφῷ Θεῷ, καὶ τὸ, οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. Τὸ γὰρ εἷς ἐνταῦθα τῷ μόνος ταυτὸν δηλοῖ. *Ita enim intelligimus & illa de natura diuina pronunciata, vt pote, qui solus habet immortalitatem, & , soli sapienti Deo, & illud, Nemo bonus nisi vnus Deus: nam hic vnitatis dictio idem significat ac si dixisset, nisi solus Deus.* Dictio ergo *solus Pater*, & *Nemo*, non excludit Filium, neque Spiritum sanctum. Basilius ad Amphilochium; Καὶ τὸ, οὐδεὶς οἶδε τὴν προτέραν εἴδησιν τῶν τε ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγοντος, καὶ διὰ πάντων τὴν πρώτην αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεικνύοντος εἰρῆσθαι νομίζομεν. *Nemo nouit, rerum cum præsentium tum futurarum scientiam Patri ascribi, primamq; omnium causam designari arbitramur.* & paucis interiectis; Παρασιωπήσας τοίνυν ὡς ὁμολογούμενον τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ὁ Κύριος, εἰδέναι τὸν Πατέρα μόνον φησὶ, τὴν τοῦ πατρὸς γνῶσιν καὶ τὸ σιωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων. *Suam igitur personam silentio*

trans-

transmittens, veluti rem positam in confesso Dominus, Patrem solummodo cognoscere dicit, scientiam Patris & suam esse statuens per reticentiam. Hæc Basilij pluribus examinat, & comprobat Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus De processione Spiritus sancti cap. 12. Et Petrus Episcopus Mediolanensis de eadem Tractatu ad Alexium Comnenum. Quare dictio *solus* addita Patri non excludit Filium, Basilio sic decernente, & doctiora exposcimus? Plura de his alibi dicimus, quæ hic vel innuisse prolixum reputabitur. Et hæc Græcis & Latinis communia sunt.

Nunc de singulis agamus & primum Latinis, in quorum Commentarijs, licet aliquando processio ex Patre, nulla facta mentione Filij, asseratur, male a Schismaticis concludi, eosdem *ex solo Patre* processionem affirmasse, negasse, *ex Filio*. Multa siquidem tenemus, quæ verbo non exprimimus: neque enim omnia eodem tempore, & locis in omnibus enuncianda sunt. Patres itaque Latini ab ipso fere Ecclesiæ exordio, pro conditione tamen temporum, similem processionem scriptis editis publicarunt, & constanter asseuerarunt, quod nec ipsi ex schismate negant. De Augustino, & Hieronymo, & Ambrosio eorum antesignanus Pho-

Photius, & illo posteriores Georgius Gorcyrensis & alij, & ante alios Georgius Scholarius, qui & Gennadius Monachus eos refellit, qui asserebant Pericopas, in quibus Augustinus de processione Spiritus ex Filio tractat, in illius Commentarijs ab ijs, qui additionem propugnabant, insertas fuisse, traditque illam mordicus & pertinaciter Augustinum defendisse; Ἐν αὐτοῖς δὲ τοῖς χρόνοις καὶ ἡ τοῦ Αὐγουστίνου διδασκαλία διέπρεπεν. ὃς πρῶτος σχεδὸν τὴν δόξαν ταύτην ἐν τοῖς Λατίνοις διήρθρωσέ τε καὶ κατεσκεύασε, πλεῖον τῶν περὶ αὐτὸν πάντων ἐμφιλοτιμησάμενος ταύτῃ. ὅσον ἐκ τοῦ προφαινομένου τῆς λέξεως; τόν τε τὸν Νεστόριον φανερῶς τἀναντία ταύτης ὁμολογεῖν καὶ συγγράφειν, ὡς ἔοικεν, ἴσως ὑπολαβὼν ἐκεῖνον ἀπαρέσκοντα λέγειν τῇ κοινῇ τῆς ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας γνώμῃ κἀνταῦθα, ὥσπερ κἀν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ ληρήμασι καὶ τοὺς πολλοὺς ἐκεῖ τὸ τοῦ Νεστορίου σύμβολον ἐξετάζοντας, τὰ μὲν ἄλλα ἐγκαλεῖν αὐτῷ, τῇ δὲ περὶ τοῦ πνεύματος δόξῃ μηδὲν ἔχειν μέμφεσθαι, οὐ μᾶλλον Νεστορίῳ, ἢ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας ὁμολογίᾳ χαριζομένους, ὡς ὑπελάμβανεν Αὐγουστῖνος αἱ μὲν τοίνυν οὐ τῶν φρονούντων. πάνυ γὰρ ἑάλω τοῦτο τοῦ δόγματος, ὅτι ἡ τοιαύτης πίστεως διδάσκαλος ἐκεῖνος ἐκινήθη πρὸς φράσεσι τῆς γνώμης ταύτης μετὰ πολλῶν ἱδρώτων προστῆναι δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἀναγκαστικῶς πανταχοῦ τὴν δόξαν ταύτην ἐναπειργ τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων. κατοχεύει γὰρ τὸν λόγον, ὥσπερ τὸ ῥεῦμα πρὸς τὸ περὶ τοῦ πνεύματος

ὕλην

ὕλην ἀεὶ, τῆς δὲ θείας ἀφιστάμενος τοῦ λόγου προθέσεως. οὐδὲ ἀπαλλάττεται ῥᾳδίως, ἀλλ᾽ ἐπιμελῶς πάσαις ἀνάγκαις χρώμενος, ὥστε δυνηθῆναι τὸ πνεῦμα δεῖξαι, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ προϊόν. οὐδὲ τὸ τῆς διδασκαλίας τρόπῳ συνήθως, ἀλλὰ τῷ τῆς διαλέξεως προχειρεῖ, καὶ ὡς ἄλλων προβαλλομένων τοῦτο τὸ ζήτημα, καὶ βοηθεῖν πειρᾶται τῇ ἐναντίᾳ γνώμῃ, λόγους τε ἐκείνων τιθεὶς καὶ ἐνστάσεις, ὡς ἂν δι᾽ ἐλέγχου δόξῃ συμπεραίνειν τ᾽ ἀληθῆ, καὶ ὅτι τοῦθ᾽ οὕτως ἔχει οὐκ ἐκ τῶν ἄλλων Αὐγουστίνου βιβλίων καὶ λόγων, ὧν ἀνέγνων ἐγὼ τῆς Ἰταλικῆς ἐπαΐων γλώττης, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὀλίγων, ἃ πρὸς τὴν ἡμετέραν μετηνέχθη φωνήν, σαφὲς ἔστι τῷ βουλομένῳ σκοπεῖν. τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα τῶν λόγων πάνυ δείκνυσιν ἐκεῖνον πρὸς ἀγῶνα πεποιημένον τοὺς περὶ τοῦ πνεύματος λόγους, ὡς τοῦ ζητήματος τούτου βιαιότερον ἢ πρόσθεν ἐνοχλεῖν ἀρξαμένου τότε, καὶ ἐπὶ μεῖζον τὴν διαφορὰν αἴροντος. διὸ καὶ πολλοῖς δοκεῖ τὰ τμήματα ἐκεῖνα ὕστερον ἐνεσπάρθαι τοῖς Αὐγουστίνου συγγράμμασιν, ὑπὸ τῶν τὴν προσθήκην ἐργασαμένων, βουληθέντων τὴν τῆς δόξης ταύτης αἰτίαν ἐπ᾽ ἐκεῖνον μάλιστα τὸν διδάσκαλον ἀναφέρειν ἁγιωσύνῃ καί γε σοφίᾳ τῶν Εὐρωπαίων διδασκάλων πάντων σχεδὸν διαφέροντα. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει. ἀλλὰ γνήσιά τε εἰσὶν Αὐγουστίνου τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διαφοράν, ὅπερ ἔφθην εἰπών, τὴν νῦν ἡμῖν ἐνοχλοῦσαν ἐπὶ τῶν ἐκείνου χρόνων συνείξεσθαι μαρτυροῦσιν. *His iisdem temporibus & Augustini doctrina insigniter resplendebat, qui primus fere apud Latinos hanc opinionem expressit, con-*

fir-

firmauitque magis præ omnibus alijs, qui eum præiuerant, in ea propaganda enixe conatus, quantum ex dictione constat, quod tum Nestorius palam ipsi aduersari, & contra scribere videbatur; fortasse suspicatus Nestorium a communi Orientalis Ecclesiæ sententia hac etiam in re, quemadmodum in alijs nugamentis discrepare: & quod multi ibi Nestorij symbolum examinantes, alia quidem eiusdem criminarentur, sententiam vero de Spiritu nullatenus impugnarent non tantum Nestorio, sed communi Ecclesiæ confessioni inseruientes, quos existimabat Augustinus errare, dum ita sentirent. Nanque mirum in modum simili dogmati deditus erat. Non absimilibus itaque causis doctorem illum abreptum hanc sententiam defendendam multo cum studio sibi proposuisse planum est ex illis, quæ ipse non absque contentione hanc opinionem suis in Commentarijs, & vbique disseminat. Corriuat siquidem orationem veluti fluentum semper ad argumentum de Spiritu, a recto deuians sermonis proposito, nec facile distrahitur, sed perseuerat, necessaria omnia in vnum conferens, vt possit ostendere, Spiritum ex Filio quoque promanare: neque vt doctrinæ moris est, sed dissertationis procedat, & æque ac si alij quæstionem proponerent, opposita sententiæ opem ferre conatur: & sermones eorum atque instantias proponens, vt videatur non absque ratione vera colligere.

gere. Et hoc ita se habere, non ex alijs Augustini libris, & Orationibus, quæ ego linguæ Latinæ minime ignarus percurri, sed ex paucis etiam, quæ in nostram linguam conuersa sunt, apertum erit cuicunque placitum fuerit. Hic vero sermonum modus plane ostendit contentiose de Spiritu dicta digerere, quasi tum temporis violentius quam antea quæstio hæc negotium facescere cœpisset, & dissidia maiora excitare. Proptereaque nonnullorum opinio est, segmenta illa postmodum in Augustini Commentarijs inserta esse ab ijs, qui additionem meditati sunt, volentibus similis sententiæ causam ad Doctorem illum referre potissimum, qui & sanctitate, & sapientia Europæos reliquos omnes Doctores fere anteiret. Hoc autem non ita se habet, sed genuina sunt Augustini verba, & differentiam, vt supra dixi, quæ nunc negotia facessit, illius ætate firmitatem consequi probant. Collige ex hoc Schismatico, Hottingere, quidquid alij ex suo sensu depromant, ante Augustinum hanc sententiam apud Latinos fuisse, ab Augustino tamen primum expressam, & amplius quam alijs fuerat confirmatam, suspicante, Nestorium a communi Orientalis Ecclesiæ sententia hac etiam in re discrepare. Et mirum in modum fuisse deditum simili dogmati; ideoque in suis Commentarijs, & vbique hanc opinionem contentiose

ac perseueranter disseminasse, aduersariorum instantias proponentem, & dissoluentem: idque manifesto haberi ex alijs Augustini libris, quos Scholarius linguæ Latinæ gnarus percurrerat, & ex ijs qui in linguam Græcam conuersi fuerant. Et segmenta similia non fuisse inserta in illius Commentarijs ab ijs qui additionem comprobant, sed esse illius genuina verba. Et hanc Augustini sententiam fuisse, in dubio vertere, esset plane insanire. Nihil enim in eius scriptis est, quod frequentius occurrat, & contentiosius, etiam quæsita occasione, cum nulla sese offert, comprobetur.

Et hæc ex Scholario. Schismatici alij impudentius, vt tanti Patris auctoritatem, & fidem imminuant, & inter eos præcipuus Nilus Thessalonicensis, quid non ex ingenio excogitant? Quæ de processione Spiritus ex Filio agunt, non esse Augustini, sed insititia, cum & alia multa sanctorum Patrum Commentaria non absimili fortunæ succubuere. Idque patere palam ex Maximo Homologeta, qui Romanos interrogans, quid id esset, quod ipsi dicebant, ex Filio Spiritum esse, responderunt, non facere causam Spiritus Filium, idque comprobabant testimonijs Patrum Latinorum, & Cyrilli: sed cum modo Cyrilliana cum Latinis non

con-

conueniant, plane ea immutata fuisse suspicione non caret. Sed sint Augustini. Non quæcunque scripta sunt a Patribus, vti dogmata tradita sunt: cum quædam vti dogmata, alia comparatiue, alia œconomice, alia contentiose dictata sint. Hinc concludi, similia veluti dogmata non tradidisse. Sed tradiderit vti dogmata. Id non ex suis, sed ab alijs acceptum enunciauit. Si accepit a diuinis eloquijs, vel illis quæ illud palam faterentur, vti de Patre dictum est, Spiritum ex Patre procedere; vel necessario id concludentibus: non primum, cum nullo in loco sacrarum literarum expressum habeatur: non secundum, cum ex dictis Scripturæ, Patrum, necnon illis, quæ in confesso sunt in Ecclesia, id necessario non consequatur: remanent enim omnia integra, etiam si Spiritus non procederet ex Filio. Et illud certum sit, nihil esse enunciandum de dogmate, quod non legitur. Et si in nonnullis videatur oppositum vt de Consubstantiali, & alijs, ad quæstionem propositam nihil confert, cum illa habeantur apud antiquissimos Patres, & si non eodem nomine, expressa. Addunt Augustinum in exponendo simili dogmate in errorem induci potuisse. cum fieri possit, vt quispiam & Doctor Ecclesiæ sit, & non in omnibus verita-

tem

tem aſſecutus, vti contigiſſe cernimus in Dionyſio Alexandrino Epiſcopo, Gregorio Thaumaturgo, & alijs. confirmatq; id Auguſtinus Epiſtola ad Hieronymum ſcribens, tantum infallibilibus ſacræ Scripturæ dictis credere, alijs licet ſanctis & eruditione præſtantibus non acquieſcere. Nec obſtat Synodi quintæ Canon; dictis Auguſtini non eſſe contradicendum: cum eodem Canone re ipſa Auguſtino contradicatur, qui ait, ab errore immunia eſſe tantum diuinitus inſpirata volumina, neque alijs multum attendendum eſſe. Et cum Latini non omnia quæ Auguſtini ſunt excipiant, neque Græci tenentur excipere, quæ ille de proceſſione Spiritus ex Filio dixit. Et ſeptima Oecumenica Synodus Damaſcenum Ioannem maximis laudibus euexit, & nihilominus Thomas dictis illius de Spiritu ſancto aduerſatur, & vti Neſtorianum condemnat. Hæc & alia multa Schiſmatici de Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, & alijs; quæ quantum veritati dogmatis officiat, conſideremus.

Et primum id probandum erat, *Libros Auguſtini ſimilibus additionibus corruptos fuiſſe.* cum nihil quicquam ſit illud, multi aliorum Patrum libri deprauati ſunt. ergo & Auguſtini. Hoc axiomate quid non reſcindendum erit ex Patribus? Quid erit in tota

antiquitate ad ictus calumniantium tutum. Dixit hic. non creditur. multi alij falsa dixerunt. Fecit hic. fama putrida. multi alij non potuerunt perficere. & similia. Sermo mihi modo est cum Græcis, Hottingere, qui Patrum & Doctorum Ecclesiæ scripta exosculantur, & venerantur: & tui similes damnant, quorum in eorum scripta vitamque aliæ sunt criminationes & captiunculæ. Audi ipsos in Synodico Orthodoxiæ alta voce inter sacra clamantes; Ἅπαντα τὰ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, καὶ τὴν διδασκαλίαν καὶ ὑποτύπωσιν τῶν ἁγίων καὶ ἀοιδίμων Πατέρων καινοτομηθέντα, ἢ μετὰ τοῦτο πραχθησόμενα, ἀνάθεμα. *Omnia quæ præter Ecclesiasticam traditionem, & doctrinam, & dispositionem sanctorum. & celebrium Patrum, innouata sunt, aut in posterum attentabuntur, anathema.* Et infra; Τοῖς ἀποβαλλομένοις τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων φωνὰς τὰς ἐπὶ συστάσει τῶν ὀρθῶν δογμάτων τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐκφωνηθείσας Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Ἀμβροσίου, Ἀμφιλοχίου τοῦ θηγόρου, Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῶν λοιπῶν. ἔτι δὲ καὶ τὰ τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων πρακτικὰ τῆς τετάρτης τε φημὶ καὶ τῆς ἕκτης μὴ κατασπαζομένοις, ἀνάθεμα. *Reyicientibus sanctorum Patrum voces in confirmationem rectorum dogmatum Dei Ecclesiæ dictatas Athanasij, Cyrilli, Ambrosij, Amphilochij diuiniloqui,*

Leonis sanctissimi Archiepiscopi veteris Romæ, & aliorum, necnon sanctarum vniuersalium Synodorum Acta quartæ inquam & sextæ non amplectentibus, Anathema.

Corrupti sunt Augustini Libri. Itane vniuersalis hæc ruina Augustini Codices conuulsit, vt nemo vllus ex illis integer vllo in loco remanserit, qui fraudem aperiret? & Latinorum animi ita fuere oculati, vt nullus neque in Africa, neque in Asia, neque in Europa studium acerrimum latuerit, & manus corruptorum effugerit? Somnia. Corrupti sunt a Græcis, an a Latinis? a Græcis non dicent. Quis enim ad sui dogmatis abolitionem Codices sibi fauentes vitiauerit & lampadem contra se aduersario accenderit? a Latinis? nihil minus. Vel enim deprauarunt ante dissidium, vel post. Ante dissidium cum nulla esset proposita quæstio de dogmate, neque de illius veritate altercaretur, & adhuc addubitaretur, a quanam parte veritas staret, plane nemo infestas manus apposuisset in eos Codices, quos in quæstione soluenda futuros sibi proficuos existimasset. Et Latinorum sententia de processione Spiritus etiam ex Filio ad ipsum Schisma in Ecclesia tum Græca tum Latina ad gratiam esset vniuersorum, nec apud vllum malæ suspicionis affinis. Quam non con-

demnatam ſed approbatam in Concilio Generali Epheſino in noſtris Vindicijs Epheſinis probauimus; & poſtmodum ſancti Maximi Homologetæ tempore, cum Romani reſpondiſſent criminantibus Orientalibus, ſe veſtigijs Doctorum tum Orientalium tum Occidentalium inſiſtentes enunciare, Spiritum procedere ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principijs ſed vno, Orientalium obiecta aduerſus Romanos crimina quieuere: & inter vtranque Eccleſiam concordia conciliata, & Orientales & Occidentales ab omni diſſidio, & ſuſpicione vacui coniunctis animis pacatiſſime vixere. Poſt diſſidium? Et quiſnam tum cum apud Græcos innoteſceret, & Auguſtini, & aliorum Latinorum ſententia, cuius buccinator clamoſiſſimus Photius eſt, in Græcia & vniuerſo Oriente non vnam ſyllabam aut vocem addens vel demens, ſed paginas integras & tractatus, notas literarum Codicis imitando, vt fraudem obtegeret, tuto ac impune immutare potuiſſet? Photius Latinorum vehemens accuſator nuſquam id tacuiſſet, ſi expoſitione vel vnius Codicis confirmare potuiſſet; Romanos dicta de proceſſione Spiritus in Auguſtini, vel aliorum Patrum Codicibus inſeruiſſe. Et tamen per illa tempora pleraque Auguſtini, & aliorum

in Oriente proſtabant, tum Græce tum Latine, vt colligitur ex Scriptoribus, qui eorundem teſtimonijs ſua dogmata probant, Theodoreto, Anaſtaſio Antiocheno, Leontio Byzantio & alijs. Non ergo id temporis corrupta erant Auguſtini Commentaria.

Multo minus Latinorum ſententia damnata, vel hæreſis reputata. Qua enim ratione hæreſim pertinaciter ac contentioſe propugnantem inter Sanctos collocaſſent, & eminentiſſimum Eccleſiæ Magiſtrum prædicaſſent, & omnia quæ ab eo de fide recta, & ad condemnationem Hæreticorum conſcripta ſuſcepiſſent, & alios coëgiſſent ad illa ſuſcipienda? Verba ſunt quintæ Synodi Generalis. *Sequimur in omnibus ſanctos Patres, ac Doctores Eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Cyrillum, Joannem Conſtantinopolitanum, Leonem, Proclum, & omnia quæ ab eis de recta fideq́, & ad condemnationem Hæreticorum conſcripta ſunt.* & ſexta Synodus eundem, Ἅγιον καὶ ἔκκριτον Πατέρα, *Sanctum & ſelectiſſimum Patrem* nuncupauit, Act. 8. Et nota Hottingere, quod etiam Nilo animaduertendum erat, Græcos inter Sanctos retuliſſe Hilarium, Auguſtinum, Ambroſium, Leonem Romanum Pontifi-

 cem,

cem, qui processionem Spiritus ex Filio fassi sunt, ex illis qui aperte ex Filio negarunt, neminem, quin potius vti Hæreticos condemnasse, velut Theodorum Mopsuestenum; Nestorium, Theodoretum. Leontius quoque de Sectis Act. 3. Hilarium Pictauiensem, Ambrosium Mediolanensem, Augustinum Hipponensem inter Doctores & Patres Ecclesiæ collocat. Non est ergo error in fide secundum eosdem Græcos sentire, *Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere.*

Sed, *non omnia quæ Patres dixerunt, dogmata sunt, & potissimum ea quæ vel expresse non habentur in scripturis, vel non colliguntur necessario sequi.* Primum, stultissimus est, qui asseruerit processionem Spiritus ex Filio non vti dogma tradidisse Augustinum. Annon dogma est, *de quo non possumus aliter dicere?* Et; *Firmissime tene, & nullatenus dubites ipsum Spiritum sanctum, qui Patris ac Filij vnus spiritus est, a Patre & Filio procedere.* Et; *Ex Filio procedere Spiritum sanctum, & Prophetica nobis, & Apostolica doctrina commendat.* Et; *Doce me per gratiam tuam, quomodo in te inculpabiliter oportet credere, vt te Deum trinum in personis credam, Patrem ingenitum, Filium ex Patre vnigenitum, procedentem ex vtrisque, & in vtrisque permanentem Spiritum sanctum.* Et; *Hanc fidem per te*

& ex

& ex te, & in te confiteor, o Trinitas, vnus ex nullo, vnus ab vno, vnus ex ambobus. ex nullo Pater, ex altero, Patre scilicet Filius, ex ambobus Spiritus sanctus, hoc est ex Patre & Filio. & similia, ne omnia Augustini referam? Et; *Hanc fidem se ex sacra Scriptura colligere sæpius affirmat. Nec video quid aliud significare voluerit, cum sufflans in faciem discipulorum ait, Accipite Spiritum sanctũ.* Et; *Quis enim dementissimus dixerit, alium fuisse Spiritum sanctum, quem sufflans dedit, & alium quem post ascensionem suam misit.* Et; *Prophetica & Apostolica doctrina commendat.* Et. hoc idem alijs quoque Scripturæ testimonijs probat. Dicit Nilus dicta similia in aliam quoque sententiam trahi; sed in Augustinianam quoque trahi non negauerit. Quare ergo Augustinianam reijcit, suam deosculatur? Augustiniana sacris Scripturæ verbis & Patrum auctoritati est conformior, quorum expositioni ex Patribus quoque plurimi assentiuntur: nec vlla afferri potest ratio, quæ Nili expositionem probabiliorem reddat. Maligne ergo agit, dum vbi consensus atque vnitas omnium est, in aliam atque aliam partem, atque inimica studia trahit.

Sed sit Augustinus Doctor Ecclesiæ, *quis eum ab errore immunem facit? Alij etiam Doctores errarunt, & recta eorum dicta reci-*

piuntur ab Ecclesia, impia explodimtur; vt cernimus in Dionysio Alexandrino, Gregorio Thaumaturgo, Methodio Patarensi, & alijs. Non aliud Nilo, quam quod Ioannes Veccus Photio respondit similia blateranti, repono; Ὅτι δὲ παρασυρῆναι τῆς ἀκριβείας αὐτοὺς ἔφης, ὡς τὸν δεῖνα καὶ δεῖνα τῶν παρ' ἡμῖν ἁγίων. ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκ ἀληθεύων οὔπω φανήσῃ. ὧν γὰρ ἁγίων ῥήσεις τινὰς οὐκ ἀποδεχθῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ ἔφης, ἐπισημανθῆναι πάντως αὐτὰς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαστικαῖς βίβλοις οἱ τὰ Ἐκκλησιαστικὰ ἱστοροῦντες ἴσασιν. κἀντεῦθεν τὸ παρασυρῆναι τῆς ἀκριβείας ἐκείνους γέγονε δῆλον, εἰ γοῦν καὶ τοὺς ῥηθέντας Πατέρας τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας παρασυρῆναι τῆς ἀκριβείας ἐλέγχων, οὔτε ἄλλοι τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας Πατέρες, οὓς πολλοὺς καὶ μεγάλους ὁ τότε χρόνος ἀνέδειξεν, οὔτε τῆς ἡμετέρας Ἐκκλησίας φωστῆρες, οὓς ἡ τῶν Ἐκκλησιῶν τότε ἠσπάζετο ἕνωσις, οὐκ ἄν ποτε παρεῖδον ἀνεπισήμαντον, τὸ ἔτι γεγονὸς ἡμῖν ὕστερον ἀξιοζήτητον σφάλμα. *Eos ab accurata rerum notitia excidisse, ais, vt hunc vel illum ex nostris Sanctis. Sed mera te mendacia fundere hinc apparet. Nanque quorum Sanctorum dicta non approbasse Ecclesiam dicis, ea omnia obsignata in Ecclesiasticis voluminibus, qui res Ecclesiasticas pertractant, optime norunt. indeque eos ab accurata rerum notitia excidisse innotuit. Si itaque & allegatos Romanæ Ecclesiæ Patres ab accurata rerum notitia excidisse cognouissent,*

uiſſent, tum alij Romanæ Eccleſiæ Patres, quos plurimos & ſummos ea ætas tulit, tum Eccleſiæ noſtræ lumina, qui id temporis Eccleſiarum unionem exoſculabantur, non neglexiſſent, ſed ſcripto ſignaſſent, poſtmodum nobis enatum, digniſſimum tamen qui ſciretur, errorem. Adde Auguſtinum iam ſenem opuſcula ſua, ſiue in libris, ſiue in tractatibus cum quadam iudiciaria ſeueritate recenſuiſſe, & quod illum offenderat velut cenſorio ſtylo denotaſſe, examinaſſeque, ſi non falſa, at certe quæ falſa viderentur, ſiue etiam conuincerentur non neceſſaria in Retractationibus. In illis nulla eſt de Spiritus ſancti proceſſione etiam ex Filio retractatio. Quare in ea ſententia morti etiam proximum perſeueraſſe manifeſtum eſt. Et Nilus vel alij Schiſmatici dicent, in errore ac hæreſi demortuum inter Sanctos & Doctores Eccleſiæ collocandum? Qui licet vti ad regulam infallibilem ſcripturas ſacras prouocauit, non ideo tamen negauit auctoritatem Doctorum Eccleſiæ in ſtabiliendis fidei dogmatibus maximi eſſe faciendam, & potiſſimum ſi conſenſus acceſſerit. Quid de proceſſione Spiritus ſancti ſenſerit Damaſcenus, qui Patrem per Filium illius emiſſorem agnoſcit, in noſtro Enchiridio fuſius explicauimus, licet is a Diuo Thoma ambiguitate verborum ducto

cum

cum Nestorio reiectus videatur. Et de Augustino alijsque Latinis Patribus processionem Spiritus ex Filio propugnantibus, etiam Græcis ipsis non inscijs, satis.

Eam postmodum secuta sunt Latinorum Doctorum agmina, quorum si Catalogum hic texere peruellem, nouas aduersus Græcos Troianas phalanges explicarem. Tantum hic recensere satis fuerit eos, qui nec ipsis Græcis, cum eorum verba Græce legantur, ignoti sunt, inter quos præter iam dictos primas occupant summi Ecclesiæ Romanæ Pontifices Damasus, Leo I. Gregorius I. Hormisda, & clarissimi nominis Doctor Thomas Aquinas, cuius scripta de hoc argumento, vel simili, in Græcam linguam traducta Græcis innotuere, & quibus, scriptionibus etiam editis ex ijsdem nonnulli reclamitare non veriti sunt, & inter eos Georgius Boila, Matthæus Philaretus, Callistus Angelicudes, Angelus cognomento Aidarus, Nicolaus Cabasilas, & Demetrius Chrysolora. Et Græci ipsi id non negauerint, qui Latinorum sententiam de processione ex Filio, & additionem potissimam fuisse dissidij causam inculcant. Quare Græcos ipsos conueniamus.

Præter loca ex nouo testamento supra allata, quæ multi Patres Græci de processione

Spi-

Spiritus etiam ex Filio explicant, semper in ea Ecclesia huiuscemodi sententia aperte deprædicata, & illius certissima vestigia insinuata. Negant Schismatici, & καινοφωνίαν vocant, & audacter pronunciant, omnes Sanctos ex solo Patre Spiritum procedere asseuerasse. Iosephus Bryennius Oratione 16. de Trinitate; Καὶ τὸ τοὺς ἁγίους δὲ πάντας μηδεμίαν σχέσιν ἑτέραν εἰσάγειν δεικνύναι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, ἤπερ μόνον τὸν Πατέρα σύνδεσμον ὄντα τῶν ἐξ αὐτοῦ, σαφῶς ἐστι δοξαζόντων, μήτε τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πνεύματος εἶναι, μήτε τὸ πνεῦμα προσωπικῶς ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. ἀλλὰ τινές εἰσιν οἱ λέγοντες ἅγιοι, μόνος υἱοῦ καὶ πνεύματος αἴτιος ὁ πατὴρ, ἐξαριθμήσομαι αὐτοὺς, καὶ ὑπὲρ ἄμμον πληθυνθήσονται. πλὴν ἀντὶ πάντων οὗτοι πρὸς πίστωσιν ἱκανοί. ὁ θεῖος Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, ὁ ἐξ Ἀρείου πάγου Διονύσιος, ὁ τὰ θεῖα πολὺς Σίλβεστρος ὁ Ῥώμης, Ἀθανάσιος ὁ πολύτλας, Δάμασος ὁ ἀοίδιμος, Βασίλειος ὁ οὐρανοφάντωρ, Ἱερώνυμος ὁ μέγας, ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, ὁ φιλόσοφος Ἰουστῖνος, ὁ Νύσσης Γρηγόριος, Κύριλλος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰωάννης ὁ Δαμασκόθεν. ὧν ὁ μὲν, Πᾶσα, φησὶ, δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. ὁ δὲ, Ἐκ τοῦ ἀΰλου, καὶ ἀμεροῦς ἀγαθοῦ τὰ ἐγκάρδια τῆς ἀγαθότητος ἐξέφυσαν φῶτα· καὶ τῆς ἐν αὐτῷ, καὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐν ἀλλήλοις συναϊδίου τῇ βλαστήσει διαμονῆς ἀπομεμενήκεν ἀνεκφοίτητα.

τα. ὁ δὲ, Εἷς ὑπάρχει Θεὸς, ἀληθινὸς πατὴρ ἀληθινὸν υἱὸν ἔχων ἐκ σοῦ γεννηθέντα, ἀληθινὸν πνεῦμα ἅγιον ἐκ σοῦ ἐκπορευόμενον. ὁ δὲ, Μόνος ἀγέννητος, καὶ μόνος πηγὴ θεότητος ὁ πατήρ. ὁ δὲ, Εἴ τις μὴ εἴποι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς εἶναι ἀληθῶς καὶ κυρίως, ὡς καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς θείας οὐσίας, καὶ Θεοῦ Θεὸν Λόγον, ἀνάθεμα. ὁ δὲ, Ἐκ τοῦ πατρὸς δὲ τὸ πνεῦμα, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν. ὁ δὲ, Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται ἰδίως καὶ ἀληθῶς. ὁ δὲ, Εἷς μὲν Θεὸς εἰς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων. ὁ δὲ, Ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς, πλὴν τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως. ὁ δὲ, Ἓν πρόσωπον καὶ τὸ αὐτὸ τοῦ πατρὸς, ἐξ οὗπερ ὁ υἱὸς γεννᾶται, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται. ὁ δὲ, Εἷς παρ' ἡμῖν ἀμφοῖν τοῖν προσώποιν αἴτιος ὁ πατήρ. ὁ δὲ, Πατὴρ ἐστὶ πηγὴ καὶ αἰτία τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. αἱ μὲν δὴ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν πατέρα σχέσεις αὗται εἰσιν, αἳ τοῖς οἰκουμενικοῖς διδασκάλοις δοκοῦσιν, οἷς ἡμεῖς ἑπόμενοι ἐπ' ἀσφαλοῦς ἔχομεν ἐρηρεισμένους τοὺς πόδας. *Et Sanctis etiam cum nullam aliam relationem Filij, & Spiritus ponant, nisi tantummodo Patrem, qui eorum, qui ex ipso sunt, vinculum est, non est dubium, eos tenere, neque Filium ex Spiritu esse, neque Spiritum in ratione personæ ex Filio procedere. Sed quinam ex Sanctis asserunt solum Spiritus & Filij causam esse Patrem? Eos ipsos enumerabimus, qui super arenam excrescent. Veruntamen*

tamen

tamen pro omnibus, qui sequuntur ad fidem, faciendam satis fuerint, S. Iacobus frater Domini, Areopagita Dionysius, in rebus diuinis pertractandis eximius Siluester Romanus Pontifex, Athanasius innumera pro fide perpessus, præcelebris Damasus, Basilius rerum cœlestium interpres, magnus Hieronymus, Theologus Gregorius, Iustinus Philosophus, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Ioannes Damascenus, quorum alter, Omne donum, ait, bonum, & omne donum perfectum desuper est, descendens ex te Patre luminum: Alter, Ex immateriali & indiuiduo bono cordialia lumina egrediuntur, & ab ea, quæ in eo & in illis est mutua, & coæterna germinationis consistentia inseparabilia: Alius, Vnus est verus Deus Pater, verum Filium habens ex te genitum, verus Spiritus sanctus ex te procedens: Alius, Solus ingenitus, & solus fons Deitatis Pater: Alius, Si quis non dixerit Spiritum sanctum ex Patre esse, & vere & proprie vti & Filius Dei ex diuina essentia est & Dei Deum Verbum, anathema sit: Alius, Ex Patre vero Spiritus est, nec aliunde: Alius, Spiritus sanctus, qui proprie vereque ex Patre procedit: Alius, Vnus quidem Deus, cum in vnam causam Filius & Spiritus referantur: Alius, Quemadmodum Filius ex Patre, ita & Spiritus sanctus ex Patre, præter modum existentiæ: Alius, Vna persona eademque Patris, ex qua Filius gene-

generatur, & Spiritus sanctus procedit: Alius, Vnus apud nos ambarum personarum causa Pater est: Alius, Pater est fons & causa Filij & Spiritus sancti. Relationes itaque Filij & Spiritus erga Patrem, quæ ab vniuersalibus Doctoribus probantur hæ sunt, quos nos sequentes in firmo pedes fixos tenemus. Nec dissimilia sunt, quæ ad confirmandam Schismaticorum sententiam ex Athanasio, Damasceno, Cyrillo, Nazianzeno, Basilio, & alijs adducit Michaël Glycas Epistola ad Maximum Smeniotam de Processione Spiritus sancti, & Auctor libelli, *Græcos, atque Latinos ad tempora vsque Christophori Papæ in omnibus concordasse.*

Id idem Synodos vniuersales tradidisse Oratione octaua Bryennius affirmauerat; Καὶ ὅρα μοι τοῦ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν. ἀληθῶς μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός, καὶ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν οἶδε, καὶ ποιεῖ καὶ μετασκευάζει ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ προαναξέεται, καὶ δράσσεται τῶν σοφῶν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν. οἷα γοῦν καὶ ἐν ἅπασι πάντοτε πάντα πρὸς τὸ συμφέρον οἰκονομεῖ οὕτω κἀνταῦθα κηδεμονικῶς καὶ πανσόφως πεποίηκεν. ἵνα γὰρ μή τις τινὶ τῶν Πατέρων, ἢ καὶ πᾶσιν ἴσως ὑπερεχέχειν ἐγκαλεῖν, ὅτι τούτων ἕκαστος ἑαυτοῦ ἰδιάζουσαν τὴν ἰδίαν δόξαν ἐξέθετο, ταύτῃ τοι καὶ λαθὼν τῶν πολλοὺς ἑτερόδοξα φρονῶν, ἢ λέγων, ἢ γράφων κεκοίμηται

μηται ταῖς ἱεραῖς τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδοις γενέσθαι ηὐδόκησε. σὺν αὐταῖς δὲ ἄρα πλείους τῶν τοπικῶν, ἵν᾽ ὅπερ ἰδίᾳ κατορθοῦται ἑκάστῳ, ἢ ὡς δόγμα δοξάζεται, τοῦτο περὶ πάντων εἰς μέσον δοκιμασθὲν, ἢ ἀπρόσδεκτον, εἴη, τοῦ λοιποῦ οὐκ ἀποβλήτων. οὕτω γοῦν ἡ πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν ἐδογμάτισε Σύνοδος. οὕτως ἡ δευτέρα ἐθέσπισεν. οὕτω παρέδωκεν ἡ τρίτη. οὕτως ἐκήρυξεν ἡ τετάρτη. οὕτως ἐβεβαίωσεν ἡ πέμπτη. οὕτως ἐκύρωσεν ἡ ἕκτη. καὶ ἐπεσφράγισε λαμπρῶς ἡ ἑβδόμη, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀραρότως ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι δογματίσασαι, οὐ μὴν ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας ἀναθέματι παραπέμψασαι. *Et conſpice diuinam prouidentiam. Vere magnus Dominus noſter, & magna eſt virtus illius, & prudentiæ illius non eſt numerus. Qui omnia nouit antequam fiant, & immutat, & in formam habitumque, qui ſibi placuerit, vertit; & ſapientes in aſtutia ipſorum comprehendit. Vti ergo in omnibus ſemper omnia ad vtilia diſponit, ſic & hic prouidenter ac ſapienter diſpoſuit: ne quis enim aliquem ex Patribus, aut forte etiam vniuerſos poſtmodum accuſare poſſet, quam horum ſinguli ſibi priuatim opinionem decreuerunt, ideoque clam alios aliam tenens, aut dicens, vel ſcribens mortem oppetijt, ſacras Vniuerſales Synodos, quibus & pleraſque locales addidit fieri conſtituit, vt quod priuatim cuicunque fixum animo erat, aut veluti dogma probaretur, ante omnes in medio poſitum*

situm, & comprobatum futuris temporibus exciperetur, nec illud reÿcere fas esset. Sic prima Vniuersalis Synodus decreuit, sic secunda determinauit, sic tertia tradidit, sic quarta prædicauit, sic quinta constabiliuit, sic sexta confirmauit, sic septima splendide conclusit, Spiritum nempe sanctum constanter ex Patre procedere decernentes, non autem & ex Filio. & eos, qui aliter sentirent, anathemati subiecerunt. Et Glycas dicta Epistola; Ἕπεσθαι χρὴ λοιπὸν τοῖς ἁγίοις πατράσι καὶ διδασκάλοις ἡμῶν, καὶ μὴ τἀναντία φρονεῖν τοῖς ὑποφήταις τοῦ πνεύματος. εἰ γὰρ σὺ παραδέκτους καὶ οὗτοι τὸ δοκεῖν παράγουσι μάρτυρας, τῆς τοιαύτης αὐτῶν καινοφωνίας ὑπερηγοροῦντες Αὐγουστῖνον, Ἀμβρόσιον, καὶ Ἱερώνυμον, κἂν τούτῳ θρασυνόμενοι, ἢ μέγα καταυχώμενοι ἡμῶν, ἀλλ' οὐ κατὰ τοῦτο δεδοικέναι σε ἄξιον. ἔχεις ἀντιπαραγαγεῖν ὑπὲρ ἀληθείας καὶ σὺ πολλαπλασίους τούτων, εἰ θέλεις, πλείονας μάρτυρας. λάβε μοι κατὰ νοῦν τὰς ἁγίας πάσας Συνόδους, καὶ ἀναλόγισαι τοὺς ἐν αὐταῖς διαπρέψαντας ὁσίους Πατέρας, ὅσοι τε τὸν ἀριθμὸν ἦσαν, καὶ οἷον τὸ δόκιμον κατά τε βίον καὶ λόγον δεδώκασι. πάντας ἐκείνους ἀντιπαράστησον, ἐκ πατρὸς μόνου τὸ πνεῦμα λέγοντας ἐκπορεύεσθαι. καὶ οἶμαι ὡς οὐδεὶς ἀντιφθέγξοιτο, τῷ τοιούτῳ καὶ τοσούτῳ πλήθει ποτέ. τῇ γὰρ ἀληθείᾳ συμφωνούντων αὐτῶν αἰδέσεται Αὐγουστῖνος, σιωπήσει Ἀμβρόσιος, οὐκ ἀντιστήσεται Ἱερώνυμος. εἰ γὰρ ἐπὶ πᾶσι τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος κρατεῖν εἴωθεν, ἵνα μὴ τ' ἄλλα λέγω, πολλῷ μᾶλλον ἡ μυρίανδρος

αὕτη

αὕτη τῶν Πατέρων πληθὺς τῶν τριῶν τούτων ἀνδρῶν ὑπερκείσεται). *Sequi itaque debemus ſanctos Patres & Doctores noſtros, nec contraria Spiritus interpretibus ſentire. Licet enim ipſi non contemnendos teſtes ad ſuum hoc nouum dogma conſtabiliendum adducant, qui ſua tutari videntur, Auguſtinum, Ambroſium, & Hieronymum, atque propterea audaciores in nos aſſurgunt, & quaſi potiores ſint gloriantur, at non ideo tibi timendum eſt. Habes tu quoque quos illis pro veritate opponas teſtes multo plures. Et volue animo ſanctas omnes Synodos, recole, qui in illis eximij, fuere ſanctos Patres, quot numero erant, & quod ſuæ tum virtutis tum doctrinæ ſpecimen dederunt. Omnes illos contra oppone, ex Patre ſolo Spiritum aſſeuerantes procedere. & nullus erga tantum talemque numerum hiſcere audebit. Nanque cum illi veritati concordent, verebitur Auguſtinus, ſilebit Ambroſius, non contradicet Hieronymus. Etenim ſi in omnibus maioris partis calculi potiores ſunt, vt alia præteream, multo magis innumera illa Patrum multitudo, tribus hiſce hominibus ſuperior erit.* Et hæc ſunt Schiſmaticorum nugamenta, qui ſanctarum Synodorū decreta, & ſanctorum eiuſdem Eccleſiæ Doctorum dicta non ſine tergiuerſatione examinant.

De Synodorū decretis infra, nunc de dictis Græcorum Patrum breuiter ſtrictimque ali-

 quid

quid dicemus, cum fuſe hoc argumentum pertractauerimus, dum egimus de proceſſione Spiritus etiam ex Filio. & ante alia Græci ipſi audiantur. Simon Conſtantinopolitanus Epiſtola ad Ioannem Nomophylacem; Τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, οὐ κατὰ τὰς ἀποδοκιμασθείσας καὶ ἀναθεματισθείσας παρὰ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν Συνόδων κακοδόξους γνώμας τῶν αἱρετικῶν τῶν ἐκδικητῶν τῆς αἱρέσεως, ἀλλὰ κατὰ τὰς θεοσόφους θεολογίας τῶν ἁγίων θεοφόρων Πατέρων, τῶν θείων Διδασκάλων, καὶ φωστήρων τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα τῶν προεξαρχόντων, καὶ διαταξάντων τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων Συνόδων, οἷς ἡ ὀρθοδοξότατος τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία ἐν ἅπασιν ἀκολουθήσασα διὰ τῶν θείων μάλιστα ποιητῶν τῶν κατακαλλυνάντων, καὶ ὡραϊσάντων αὐτὴν θείοις αὐτῶν μελῳδήμασι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνέκαθεν καὶ μέχρι τῆς σήμερον δι' υἱοῦ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐν παρρησίᾳ τρανaῖς ταῖς φωναῖς θεολογεῖ ἐκπορεύεσθαι, καὶ οὐ μὴν ἐκ μόνου πατρός, ὡς λέγει Φώτιος ὁ Βεκλᾶς. *Spiritus autem viuificat, vt ait Apoſtolus, non ſecundum reprobatas, & anathemati traditas a ſanctis vniuerſalibus Synodis, quæ hæreſes profligarunt, male ſanas Hæreticorum ſententias, ſed ſecundum diuina ſanctorum Patrum & Doctorum, qui Eccleſiam illuminarunt, theologica dicta, & eorum potiſſimum, qui præſiderunt, & direxerunt dictas vniuerſales Synodos, quos quam maxime orthodoxa Græcorum Eccleſia in omni-*

omnibus ſecuta, per diuinos maxime Poëtas, qui eam ſuis diuinis cantibus illuſtrarunt & adornarunt, Spiritum ſanctum ab antiquo, & ad hunc diem etiam per Filium, & ex Filio palam, confidenterque apertis vocibus intonat, procedere, & non ex Patre ſolo, vt Photius Beclas ineptit. Et infra; Συνάγεται οὖν ἐκ πάντων τῶν λελεγμένων, ὡς ὁ θεόλεκτος σύλλογος οὐ μόνον τῶν θείων Διδασκάλων τῆς τῶν Γραικῶν Ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν Ἰταλῶν, ὧν ἡ μνήμη περίφημος παρὰ τοῖς Γραικοῖς, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν ἡ ὀρθοδοξότατος τῶν Γραικῶν Ἐκκλησία ἀεὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τοῦ νῦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν αὐτῆς ἰδίων ἀναγνωσμάτων, καὶ κοντακίων τῆς θείας αὐτῶν λειτουργίας, καὶ θεολογικῶν μελῳδημάτων, ἰδίων τροπαρίων αὐτῆς, ἃ πάντες τῷ αὐτῷ θείῳ πνεύματι ὁδηγούμενοι, ὁμογνώμως τε καὶ ὁμοδόξως ἐθεολόγησαν, τὸ πνεῦμα καὶ ἐξ υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐ μὴν ἐκ μόνου πατρὸς, μάλιστα δὲ τὴν αὐτὴν τὴν λέγουσαν ἐκ μόνου πατρὸς καὶ οὐ μὴν ἐξ υἱοῦ διωρίσαντο οἱ συγκροτηταὶ τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν Συνόδων, ὑπὸ ἀναθεματισμοῦ, ὡς δέδεικται, ἀναθεματίζεσθαι. *His omnibus colligitur a Deo coactam congregationem non tantum diuinorum Eccleſiæ Græcæ Doctorum, ſed Latinæ quoque, quorum fama etiam apud Græcos maxime glorioſa magni penditur, quinimo per eoſdem quam maxime orthodoxam Græcorum Eccleſiam ſemper ab ipſo ſui initio ad hoc æui, vt manifeſtum eſt ex proprijs ipſius*

Lectionibus, Contacijs, diuina Missa, theologicis Canticis, & Troparijs, omnes diuino eodenque Spiritu ductos, concorditer, vnaque voce decreuisse, Spiritum sanctum ex Filio, & per Filium, & non ex solo Patre, imo sententiam asserentem ex solo Patre, non item ex Filio sanctarum vniuersalium Synodorum directores anathemati subiecisse, vt plane ostensum est.

Qui ex Schismate sunt tradunt & contendunt Patres & Doctores Ecclesiæ negasse aperte processionem Spiritus ex Filio; reliqui oppositum asserunt, & Patres & vniuersam Ecclesiam Græcam antiquam & recentiorem, processionem Spiritus ex Filio firmiter aperteque tenere. Cui fides adhibenda est? Consideremus. Et ante omnia illud verissimum est, apud nullum ex Ecclesiæ Doctoribus legi, *Spiritum ex Filio non procedere*, vel, *ex solo Patre procedere*, vel, *immediate ex Patre procedere*. Et licet aliquid extet, quod id videatur innuere, satis illi fit ex Basilio, vt supra adnotauimus, ad insinuandam nempe causam primariam & procatarcticam, & fontem Deitatis, non ad excludendum Filium, vt ex dictis ex Euangelio allatis patet, in quo etiam sensu commodissime Patres explicantur, & dictum Euangelicum, etiam si diceret, Spiritus qui a solo Patre procedit. Quemadmodum enim Filius

lius cognoſcit horam, & Filium Spiritus; etiam ſi ſolus Pater dicatur horam & Filium cognoſcere; ita etiam ſi dixiſſet Chriſtus Spiritum ex ſolo Patre procedere, non ideo ab illa proceſſione ſeipſum excluderet; cum omnia quæ habet Pater Filij ſint; vbi non obſtat relatio, vt ſupra diximus: Fruſtra ergo conantur probare Schiſmatici, Spiritum non procedere a Filio, quod ipſe Chriſtus, & multi ex Patribus de proceſſione loquentes, nullam de Filio mentionem habuere. Et e puro ſilentio nullum firmum argumentum ad probandum deſumitur. Adde illius Eccleſiæ Doctores illis ijſdem vocibus, quibus ad explicandam generationem Filij ex Patre vtuntur; proceſſionem Spiritus ex Filio indicaſſe. Qua ſiquidem ratione dicitur ex eſſentia Patris, vel ex Patre *προχεῖσθαι, προϊέναι, πηγάζειν, ἀναβλύζειν, ἐκλάμπειν, προέρχεσθαι, καὶ ὑπάρχειν; Effundi, exilire, emanare, elucere, egredi, exiſtere*; generari nempe Filium, exiſtentiam habere, & ſimilia, eadem & Spiritum ex Filio, vel ex eſſentia Filij, effundi, emanare, &c. Nec alijs dictionibus explicant. Hinc arguunt, quidquid Schiſmatici nugantur, ſic ſui cauſam Patrem a Filio agnoſci, vti Filius a Spiritu agnoſcitur. Nec aliud indicari ijſdem eorundem Patrum teſtimonijs, ſatis liquet.

 quod

quod probatur a nobis euidentiſſime Tractatu de proceſſione Spiritus ex Filio: Alias creaturam eſſe Spiritum dicere cogeremur. nec hiſce contentos alia etiam clariora vſurpaſſe. vt cum dicunt Spiritum πηγάζειν, procedere nempe, ex Patre & Filio Spiritum, vel ex Patre per Filium. Idem enim, nec diuerſum quid connotare *Ex* & *Per* ex Baſilio, Cyrillo, alijſque conſtat. Vide quæ de hoc argumento fuſe concinnarunt Ioannes Veccus, Georgius Metochita, Conſtantinus Meliteniota, Simon Conſtantinopolitanus, Georgius Trapezuntius, & alij, ne nimius ipſe ſim in eorum dictis referendis. Quare cum hoc apud Græcos & eorum Eccleſiam, quæ ſingulis horis, vt ita dicam, ſimilia inter diuina officia etiamnum recitat, nec vnquam oppoſitum, non dum intelligo, qua fronte Schiſmatici contendunt, Patres Græcos, & Eccleſiam Græcorum docuiſſe, Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere, & non etiam ex Filio. Producant ipſi ſimilia ad ſtabiliendam ſuam ſententiam, ſi poſſunt. & certe non poterunt. Quis enim vnquam legit illos negare, Spiritum a Filio vel ab eſſentia Filij πηγάζειν, προχεῖσθαι, προϊέναι, προέρχεσθαι, ἐκλάμπειν, ἐκβλύζειν, *effundi, emanare, exilire, egredi, elucere*, & ſimilia? Et Schiſmatici non verentur aſſerere Patres &

Do-

Doctores Ecclesiæ id negasse. Ostendant ipsi pro sua sententia certiora, firmiora; sed cum non habeant, fateri coguntur, Latinorum sententiam Græcos non reprobasse, imo eam pluribus approbasse, & amplexatos fuisse.

Neque hic illud tandem silentio prætereundum est, quod ex ipsis Schismaticis plana firmissimaque argumentatione elicitur de processione Spiritus etiam ex Filio, & eorum expositio de donis Spiritus, cum ex Filio Spiritus asseritur, veluti nugatoria reijcitur. Argumentatio est. Quidquid ex essentia Dei esse dicitur creatura non est sed Deus; sed Spiritus sanctus ex essentia Dei Filij dicitur; ergo quod ex illa essentia est, non erit creatura, sed Deus; sed dona Spiritus Deus non sunt; ergo qui ex essentia Dei Filij est, erit Spiritus Deus; & consequenter non dona. Maior est aduersariorum, eorum nempe, qui sub Ioanne Cantacuzeno Imperatore in Vrbe Constantinopolitana, Anno ab Orbe condito 6859. Christi 1351. Indict. 4. mense Augusto contra Barlaamun Monachum & socios congregati sunt in Triclinio, Alexiaco dicto, in Palatio Imperali apud Blachernas. In ea Synodo præter Ioannem Cantacuzenum & alios Imperij Principes aderant, Callistus

sancta quinta Synodus accipit præscripta omnia a sanctis iam dictis quatuor Synodis de vna rectaque fide, eos vero qui ea non accipiunt condemnat & anathematizat, tanquam a catholica Ecclesia alienos: mandauit vero vna ex ipsis, Chalcedonensis scilicet quarta Synodus sanctum Symbolum explicandum esse secundum supra commemoratas synodales Epistolas Nestorio directas, vt supra expositum est. Ergo hæc sancta Synodus, quinta nempe, suscepit Symbolum interpretandum esse non secundum ab eadem anathematizata dicta impia Thodoreti scripta, in quibus conti-

ἀναθεματίσαι. τὸ δ' ἄλλο ἐστὶ ἰδιόν δὲ. ὡς ἐπειδήπερ ἡ αὐτὴ ἁγία πέμπτη Σύνοδος δέχεται ἅπαντα τὰ ὁρισθέντα παρὰ τῶν ἁγίων τῶν ῥηθεισῶν τεσσάρων Συνόδων περὶ τῆς μιᾶς καὶ ὀρθῆς πίστεως, τοὺς δὲ μὴ δεχομένους ταῦτα κατακρίνει καὶ ἀναθεματίζει ὡς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. ὥρισε δὲ ἡ μία τῶν αὐτῶν, δηλονότι ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία τετάρτη Σύνοδος, τὸ ἅγιον Σύμβολον ἑρμηνεύεσθαι κατὰ τὰς μνημονευθείσας ἀνωτέρω συνοδικὰς τὰς πρὸς Νεστόριον ἐπιστολάς, ὡς δεδήλωται. ἄρα ἡ τοιάδε ἁγία Σύνοδος ἡ πέμπτη δηλαδὴ κατεδέξατο τὸ ἅγιον Σύμβολον ἑρμηνεύεσθαι οὐ μὴν κατὰ τὰ ἀναθεματισθέντα παρ' αὐτῆς εἰρημένα ἀσεβῆ συγγράμματα Θεοδωρήτου, ἐν οἷς περιέχεται τὸ πνεῦ-

πνεῦμα τὸ ἅγιον οὔτε ἐξ υἱοῦ ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, ὡς ποιεῖ Φώτιος καὶ οἱ αὐτοῦ φοιτηταὶ, ἀλλὰ κατὰ τὰς τοιάσδε συνοδικὰς Κυρίλλου ἐπιστολὰς, ἐν αἷς τουτέστι τῇ τρίτῃ τῶν αὐτῶν περιείληπται, ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προχεῖται, ἤγουν φυσικῶς ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ υἱοῦ, ὡς ἐκ πλειόνων διήρθρωται, καθάπερ ἐξ αὐτοῦ καὶ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ δεχομένους τοῦτο, ὡς τὸν Φώτιον καὶ τοὺς αὐτοῦ ὁμοδόξους κατακρίνει καὶ ἀναθεματίζει ὡς ἀλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. ἐκ τούτων γοῦν πρόδηλον, ὡς οἱ τοιοίδε συγκροτηταὶ τῆς ἁγίας πέμπτης Συνόδου, εἰς ἔμφασιν τῆς ὀρθοδοξίας, καὶ ἔλεγχον τῶν δεινῶν αἱρέσεων τῶν κακοδόξων ἐδέξατο θεολογεῖσθαι τὸ πνεῦμα καὶ

netur, Spiritum ſanctum neque ex Filio, neque per Filium habere exiſtentiam, vt Photius prætendit, illiuſque aſſeclæ, ſed ſecundum has ſynodales Cyrilli Epiſtolas, in quarum tertia legitur, Spiritum ſanctum effundi, naturaliter ſcilicet procedere etiam ex Filio, vt pleriſque exprimitur, vti & ex ipſo Deo & Patre. Neque hoc ſolum ſed eos etiam qui hoc non recipiunt, veluti Photius eſt, illique in ſententia concordes condemnat, & anathematizat, vti a catholica Eccleſia alienos. Ex his itaque manifeſtum eſt, ſanctæ quintæ Synodi ſtructores ad rectam fidem confirmandam, & impias male ſentientium hæreſes con uel-

uellendas susceperunt enunciari Spiritum sanctum ex Filio quoque procedere. Nanque vt in primo nostro tibi transmisso Commentario apertissime declaratum est, hæc sententia in diuinis sanctorum Patrum Commentarijs varijs dictionibus, quæ processionem ex Filio naturalem sancti Spiritus exprimunt, continetur, quibus falso conuicians Photij lingua qualis quantaque sit, declaratur, non tantum ex ijs, quibus nos illius peruersa tentata facinora commemorauimus, sed ex alijs duobus, quorum hoc quidem est, cum dicit, dictorum diuinorum Patrum a Deo collectam cōgregationem dicentem ex Filio Spiritum sanctum, gregem impium esse, & leges aduersus dicta

ἐξ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. καὶ γὰρ ὡς ἐν τῷ πρώτῳ σοι μάλιστα ἡμετέρῳ συγγράμματι σαφέστατα ἐκδεδήλωται ἡ τοιαύτη δόξα ἐν τοῖς θείοις συντάγμασι τῶν θείων Πατέρων διαφόροις ῥηματικαῖς, εἴτουν προσοδευτικαῖς λέξεσι δηλούσαις τὴν ἐξ υἱοῦ φυσικὴν ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου πνεύματος περιείληπται. ἐξ ὧν ἡ ψευδοκατήγορος γλῶσσα Φωτίου ὁπόση ἐστὶ πεφανέρωται, οὐ μόνον ἐξ ὧν ἡμεῖς ἐμνημονεύσαμεν κακουργημάτων αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερα δύο, ὧν τὸ μὲν ἐστιν, ὅτι τε λέγει τῶν εἰρημένων θεοφόρων Πατέρων θεόλεκτον σύλλογον τὴν διδάσκουσαν ἐξ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγέλην δυσσεβοῦσαν εἶναι καὶ ἀντι-

νομοθετοῦσαν τῷ δεσπό-
τῃ, καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν
γράφει κατὰ τῆς Ρωμαϊκῆς
Ἐκκλησίας τῆς πρεσ-
βευούσης καὶ ἐξ υἱοῦ τὸ
πνεῦμα, λέγων κατ' αὐ-
τῆς οὑτωσί. σὲ δὲ τίς ἀγέ-
λη δυσσεβοῦσα μετεδί-
δαξε δογματίζειν, ἤγουν
καὶ ἐξ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ
ἅγιον; τίς τῶν ἀντινομο-
θετούντων τῷ δεσπότῃ
καταπεσεῖν εἰς ἀθέσμους
δόξας ὑπηγάγετο; τὸ δ'
ἄλλο ὅτι διαβάλλει αὐ-
τοὺς ἐναντιούμενος ἑαυ-
τῷ, ὡς οἱ αὐτοὶ τῆς δόξης
ἦσαν τῆς λεγούσης, ὡς
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ
μόνου πατρὸς καὶ οὐ μὴν ἐξ
υἱοῦ, βομβῶν οὑτωσί. τίς
εἶπε τῶν ἱερέων, καὶ περιω-
νύμων Πατέρων ἡμῶν τὸ
πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκ-
πορεύεσθαι; αὐτὶ τοῦ, οὐ-
δείς. ὅτι δὲ ταῦτα λέ-
ξας ἐψεύσατο, καθὸ καὶ

*dicta Domini feren-
tem: Et hoc manife-
ſtum remanet, cum di-
cit aduerſus Romanam
Eccleſiam confitentem
etiam ex Filio, loquens
contra eam hoc modo;
Te vero qui grex im-
pius inuerſa doctrina
edocuit decernere Spi-
ritum ſanctum ex Fi-
lio? Quis contra Do-
minum leges inſtituens
in iniquas opiniones de-
labi ſubduxit? Alte-
rum, dum ipſos crimi-
natur a ſeipſo diſcors,
eoſdem ſententiæ fuiſſe
affirmantis, Spiritum
ſanctum ex ſolo Patre,
& non etiam ex Filio,
cum perſtrepit; Quis
ex Sacerdotibus, &
decantatiſſimis noſtris
Patribus, Spiritum ex
Filio procedere pronun-
ciauit? Nemo ſcilicet.
Veruntamen eum mē-
dacem ſplendide, uti
& reliqua omnia, quæ*

in medium adducit, mendacia esse manifestum apertumque remanet multis modis ex iam dictis, vt mihi videtur, &c.

περὶ πάντων ὧν λέγει, φανερὸν γέγονε πολυπλασίως ἐκ τῶν εἰρημένων. καὶ τὰ ἑξῆς.

Non puto inueniri in tota antiquitate clarius. Quare asserendum est, Doctores Ecclesiæ Græcæ, Synodos vniuersales, ipsam demum Ecclesiam Græcam processionem Spiritus ex Filio agnouisse, prædicasse, vti certissimam publicasse, & illi aduersantes condemnasse: concludendumque demum, in hoc dogmate vna & mente & voce cum Romana Ecclesia consensisse. sicque non incommode dixeris, vnam cognoueris, vtranque noris. Et quod magis in rem meam est. Similia dicta neque inconsiderate, neque latenter a Doctoribus Græcis pronunciantur, sed cum ab aduersarijs acerrime ac instantissime tanquam hæretica obijciuntur, ijdem pugnacissime & contentiosissime defendunt, & veluti sua agnoscentes adamant, & repetitis etiam enunciatis voluunt ac reuoluunt, vt ab alijs etiam excipiantur. Conscripsit Symbolum ante Nestorium Theodorus Mopsuestenus, licet id neget Facundus Hermianensis lib. 3. cap. 2. & 5. quod postmodum in Ephesina Synodo Nestorio auctore producitur, in eo Spiritum ex Filio exi-

existentiam habere negatur. Et Theodoretus verba Cyrilli, qui dixerat proprium esse Spiritum Filij, exponens hoc ipsum confirmauit, & oppositam sententiam in eadem Synodo tanquam blasphemam & impiã damnat. Ἴδιον μὲν τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ. εἰ μὲν ὡς ὁμοφυὲς καὶ ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἔφη, συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ δεξόμεθα τὴν φωνήν, εἰ δ' ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δι' υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο καὶ ὡς δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν. *Proprium autem Spiritum Filij, siquidem vt eiusdem cum eo naturæ & ex Patre procedentem, dixit, simul confitebimur, & tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam ex Filio, aut per Filium existentiam habeat, hoc vt blasphemum & impium reijcimus.* Certum itaque est, tum temporis in controuersia fuisse, an Spiritus procederet etiam ex Filio, & a nonnullis etiam dictum asserens, vti Schismaticis placet, condemnatum. Nihilominus similem processionem, ex Filio nempe Spiritus, asserentes neque vti hæretici, neque vti blasphemi a Patribus condemnati sunt, neque eorum dicta reiecta, imo probata, summoque honore excepta; negantium vero anathemati quoque subacta. Et aliquis dicet Ecclesiam Latinam ab Ecclesia Græca ob talem processionem assertam tanquam hæreticam reiectam? Nugæ. Si processionem Spiritus

ex

ex Filio blaſphemum, vti Theodoretus, reputaſſent, nullus eos impediuiſſet, quin & Cyrillum & dogma, Theodoretum ſequentes improbaſſent. Illi tamen poſt contentionem, & litem a Theodoreto motam quieſcunt, & Theodoreti dicta negantia condemnant, Cyrilli aſſerentia probant, alijſque vti catholica & pia excipienda proponunt. Non ergo condemnarunt Eccleſiam Latinam ſimilia pronunciantem, quam modis omnibus condemnaſſent, ſi hæretica ſentientem agnouiſſent. Sed de his videndæ ſunt meæ Synodi Epheſinæ & ſancti Cyrilli Vindiciæ. Alia ergo diſſidij cauſa quærenda eſt.

Poſt Epheſinam Synodum inter Occidentales & Orientales ad tempora ſancti Maximi pax & concordia vna omnium fuit: Sed tum Martino Papæ, quod in Synodicis ſuis dixiſſet, Spiritum a Filio procedere, Orientales Monothelitarum hæreſi infecti dicam dixerunt. Sed ſanctus Maximus, literis ad Marinum Cypri Presbyterum datis, partes tuetur dicti Pontificis, aitque Pontificem ita ſcribẽtem conſona dicere & Orientalibus & Occidentalibus Patribus. Neq; eum tum de nouo ſimilia commentum fuiſſe, ſed ἐξ ἔθους κεκρατηκότος, quare non ita facile ſuaderi poſſe, vt ſententiam mutet. Eoque magis

quod

quod ipsi sese explicent, afferantque non propterea duo principia in Trinitate ponere, cum vnum principium Filij & Spiritus Patrem agnoscant, illud vero addere, vt a Patre per Filium processionem ostendant. Audiatur. Τῶν τοῦ νῦν ἁγιωτάτου Πάπα συνοδικῶν, οὐκ ἐν τοσούτοις, ὅσοις ὑμεῖς ἐγράφετε κεφαλαίοις οἱ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἐπελάβοντο. δυσὶ δὲ μόνοις, ὧν τὸ μὲν ὑπάρχει περὶ Θεολογίας, ὅτι τε φασὶν εἶπεν ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τὸ δὲ ἄλλο περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὅτι περ γέγραφε δίχα τὸν Κύριον εἶναι τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας, ὡς ἄνθρωπον. καὶ τῷ μὲν πρώτῳ συμφώνους παρήγαγον χρήσεις τῶν Ῥωμαίων Πατέρων, ἔτι γε μὴν καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς πονηθείσης αὐτῷ εἰς τὸν Εὐαγγελιστὴν ἅγιον Ἰωάννην ἱερᾶς πραγματείας, ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν υἱὸν ποιοῦντας τοῦ πνεύματος σφᾶς ἑαυτοὺς ἀπέδειξαν. μίαν γὰρ ἴσασιν υἱοῦ καὶ πνεύματος τὸν Πατέρα αἰτίαν, τοῦ μὲν κατὰ τὴν γέννησιν, τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι. καὶ ταύτῃ τὸ συμφυὲς τῆς οὐσίας καὶ ἀπαράλλακτον παραστήσωσι. τῷ δὲ δευτέρῳ μηδεμιᾶς χρῄζοντι τὸ παράπαν ἀπολογίας, ποία γὰρ ἐν τούτῳ διαμφισβήτησις, εἰ καὶ τοῖς προφασιζομένοις νομίζεται διὰ τὸ δύστροπον; ὅμως δ' οὖν ἐξεδυσώπησαν εἰπόντες, μήτε τὴν κατὰ νοῦν ἔχειν ἁμαρτίαν, καθ' ἣν πρωτοπαθήσας φαίνεταί πως ὁ Ἀδάμ, μήτε τὴν ἐκ ταύτης προϊοῦσαν διὰ σώματος πρᾶξιν τοῦ κακοῦ καὶ ἐνέργειαν. ἔτι μὲν οὖν

ταῦτα περὶ ὧν οὐκ εὐλόγως ἐνεκλήθησαν. ἐκεῖνοι δὲ περὶ ὧν καὶ μάλα δικαίως οὐδεμίαν μέχρι καὶ νῦν πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν, ὅτι μηδὲ τὴν τῆς παρεισαχθέντων ὑπ' αὐτῶν ἐκβολήν, μεθερμηνευθὲν δὲ τὰ εἰκότα τοῦ τὰς ὑποκλοπὰς χάριν διαφυγεῖν τῶν ὑποπιπτόντων, καὶ τὴν ὑμετέραν κέλευσιν παρεκάλεσα τὸν Ῥωμαῖον. πλὴν ἔθους κεκρατηκότος οὔπω ποιεῖν τὸ στέλλειν, οὐκ οἶδα τυχὸν, εἰ πείθεις. ἄλλως τε τὸ τοῦ μὴ οὕτως δύνασθαι διακριβοῦν ἐν ἄλλῃ λέξει τι τὸ φωνῇ τῆς ἑαυτοῦ νοῦν, ὥσπερ ἐν τῇ ἰδίᾳ τὸ θρεψαμένῃ, καθάπερ οὖν τὸ ἡμᾶς ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς τὸν ἡμέτερον. γενήσεται δὲ πάντως αὐτοῖς πεῖρα τῆς ἐμπειρίας μαθοῦσι καὶ ἡ περὶ τούτων φροντίς. *Synodalia acta sanctissimi Papæ, qui nunc in viuis est, non in tot, quot significastis capitibus, regiæ Vrbis homines criminati sunt, sed duobus tantum, quorum alterum est de Theologia; dum dicit etiam ex Filio Spiritum sanctum procedere. alterum de diuina Incarnatione, dum scribit, Dominum sine peccato originali vt hominem esse. Et primo Romanorum Patrum concordes sententias attulerunt. quin etiam & Cyrillum Alexandriæ Episcopum ex eius sacro Tractatu in sanctum Ioannem Euangelistam, quibus se non causam facere Spiritus Filium ostenderunt; nam vnam tantum causam Filij & Spiritus sancti agnoscunt Patrem, huius secundum processionem, illius secundum generationem, vtut processionem per eum declararent, & hac ratione coniunctionem, &*

vnum

vnum idemque essentiæ comprobarent. De secundo vero nulla est ipsis opus responsione. Quæ enim est de eo dubitatio, licet eam ob improbitatem in medium alij afferant. Nihilominus contrarium amplexati sunt dicentes, neque illud quod ex mente oritur peccatum, neque illud in quod primum Adamus incurrit, neque illud ex quo per corpus mali actio & operatio progignitur traxisse. Et hæc quidem illi, de quibus absq; vlla ratione accusati sunt. De quibus vero & iure merito ad hæc vsque tempora nullam ediderunt responsionem, quod neq; quæ semel ab ijs introducta sunt, eijciunt, sed propria interpretantur, vt occurrentium fallacias effugiant, vt vos præcepistis, sciscitatus sum Romanos. Veruntamen cum vsus obtinuerit ita faciendi, ordinandique; nescio an sibi suaderi permittant. Et potissimum quod non ita commode dictione alia in eorum dialecto exprimi eorum sententia possit, in propria & paterna, quemadmodum nos nostram in propria. Erit porro ipsis experimentum vexationem perpessis de hisce etiam cura et studium.
Insane equidem diceret quispiam Græcos tum temporis cum hæreticis similibus vnionem coluisse, & tamen colebant. Non ergo reputabant eos Hæreticos. Georgius Metochita Responsione ad Manuëlis Cretensis argumenta; Μάξιμος ὁ θεσπέσιος ἀκμάζων πρὸ τῆς ἕκτης Συνόδου, καὶ μετὰ τὴν πρὸς Κύ-

ειον ἐκείνου μετάστασιν, αὕτη συνεκροτήθη, καθ᾽ οὗ δόγματος ἐκεῖνος γενναίως ὑβρίσατο. καὶ μετ᾽ αὐτὴν τὸ τηλικοῦτον ἕβδομον οἰκουμενικὸν γέγονεν ἄθροισμα. καὶ τοῦ λοιποῦ ὡς ἔοικεν αἱρετώτερα τὰ Φωτίου, καὶ δίχα τοῦ πρεσβεῦσαι ὡς πρεσβεβήκασι τῶν μεγάλων ἀμφοτέρων τῶν δὲ Συνόδων στερκτὰ ταῦτα τοῦ Πάπα λογιζομένων, καὶ μὴ ζῆλον ἐνδεικνυμένων ἐπὶ τοῖς τούτου καταπεμπομένοις οὔπω συνοδικοῖς ἐν αὐταῖς κειμένοις καὶ περὶ αὐτῶν, καὶ διαζανοῦσιν ὡς εἴρηται, κατὰ τὸ κρατῆσαν ἀρχῆθεν ἔθος πέμπειν ἁπανταχοῦ, ἐν οἷς αὐτὸν ἡ κατὰ διαδοχὰς ἀναγόρευσις καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰς τοὺς οἰκείους καὶ ὑπ᾽ αὐτόν. ἀλλ᾽ ἡ τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἐκ τούτων ἀναφαινομένη διάγνωσις παρίστησιν ἐναργῶς, ὡς μετὰ τὴν κοσμοσωτήριον φρικτὴν οἰκονομίαν, καὶ τὰ ἀποστολικὰ κηρύγματα καὶ παραδόσματα, ἐξ ὧν ἡ Ἐκκλησία μία συνέστη, καὶ οὕτω τεθεμελίωτο, ταύτην διαδεξάμενοι οἱ τῶν μαθητῶν τοῦ Κυρίου διάδοχοι ποιμένες καὶ μυσταγωγοὶ θεοπρόβλητοι, οἱ διὰ τῶν καθολικῶν ᾀδομένων ἑπταδικῶν συνηθροίσεων αὐτὴν οὕτω κρατύναντες, καὶ πᾶσαν αἵρεσιν ἀπωσάμενοι, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἐν αὐτῇ λόγον ἑδράσαντες ἕως οὗ τοι παρῆσαν, οἱ τὴν δὲ θεαρέστοις ἔργοις καὶ λόγοις ἰθύνοντες, οὐδαμῶς ἴσχυσεν ὁ τῆς κακίας ἐφευρετὴς τὸ συνημμένον παρασαλεῦσαι, καὶ τὸ ἐν αὐτῆς ὅλως λυμήνασθαι, καὶ ταῦτα διά τινων πειραθεὶς, οὐ λέγω περὶ ὧν ἡ ῥηθεῖσα ἐπιστολὴ τοῦ μεγαλοκήρυκος ὁμολογητοῦ διαλαμβάνει, ἑτέρων δὲ πρὸς τοῖσδε. ἀλλ᾽ ἐκκρουσθεὶς ταχέως, καθὼς ἂν ἔχῃ γνῶναι ὁ ἐξεταστικὸς, ἐπειδήπερ ἦσαν

οἱ τῆς κακίας ῥιζοτόμοι, καὶ τῆς κατὰ Θεὸν εἰρήνης φύλακες καὶ θεμέλιοι, ἀφ' οὗ δὲ οἱ τοιοῦτοι μετέστησαν εἰς ἀγαθὰ τὰ αἰώνια, τότε Φώτιος καὶ λοιποὶ καθεξῆς τὸν σύνδεσμον διαῤῥῆξαι κατίσχυσαν, καὶ διελέσθαι καὶ κατατεμεῖν ὑπερίσχυσαν, ὅτι ποία ὠφέλεια ἢ ποία λύμη; ἴσασιν οἱ εἰδότες, εἰ καὶ τῶν ὀλίγων οὗτοι καὶ οὐ πολλῶν. *Diuinus Maximus ante ſextam Synodum florebat, & poſt illius ad Dominum migrationem illa celebrata eſt, pro quo dogmate Maximus viriliter dimicauit. & poſt ipſam vltima ſeptima vniuerſalis Congregatio coacta eſt. & poſtmodum, vt videtur, probatiora videbantur Photij, & abſque eo quod vtrarumque harum magnarum Synodorum proceſſerint, vt euenerunt, quæ res Papæ amplectendas eſſe exiſtimabant, neque zelum ob miſſas ab eodem Synodales literas in illis tum celebratis vel ante ipſos Synodis, & exponentes, vt dictum eſt, iuxta a principio firmatam conſuetudinem per vniuerſas Orbis partes literas mittere, in quibus eorundem ſecundum ſucceſſiones declaratio, & ad hæc tempora ad familiares & ſubditos. Sed quæ ex rebus hiſce veritatis dijudicatio appareat, aperte notat, qua ratione poſt Orbis terrarum vniuerſæ ſalutem ac horribilem œconomiam, & Apoſtolicas prædicationes & ſtudia, quibus Eccleſia conſtitit, & fundata eſt, eam excipientes diſcipulorum Domini ſucceſſores Paſtores & a Deo inſtituti myſtagogi, qui per vniuerſales ſeptem Congre-*

gationes sic nuncupatas, non alia ratione corroborarunt, & omni hæresi eiecta, & pietatis in eadem instituto confirmato, donec isti parentes aderant, qui eam ipsam Deo complacitis operibus & sermonibus dirigebant, nullo modo improbitatis auctor potuit vnitum dimouere, & vnitatem ipsius prorsus euertere, licet id nonnullis machinis tentauerit, non dico ijs, quæ commemorata ingentis prædicatoris & Homologetæ epistola continet, sed præter has aliis. Verum celeriter dimotus, vt quilibet examinandi res peritia præditus intelligere potest: cum re vera essent qui improbitatis radices conuellerent, & pacis, quæ ex Deo est, custodes & fundamenta. Ex quo vero similes sortis homines in bona nullo vnquam tempore finienda conuecti sunt, tum Photius, & ordine subsecuti alij vinculum rumpere ac dissoluere & in partes plures dissecare præualuerunt: quo tandem vsu, aut noxa? Satis tenent, qui res nouere, licet hi perpauci sunt, & non plures. Quid ergo tum Maximus, postquam ab ipsis audisset Romanis, Spiritum sanctum ex Filio quoque procedere: nanque esse sententiam non tum primum in ea Ecclesia natam, sed ab antiquo tempore sibi ab Orientalibus atq; Occidentalibus traditam, de præeminentia Romani Pontificis idipsum sentientis decernit? Audi Hottingere, ex Disputatione cum Theodosio Episcopo

po Cæſarienſi, non poſſe ſe, decretis, ſtabilitiſque ab eiſdem aſſenſum præſtare, niſi ea de re a Romano aſſenſus haberetur; Δέσποτα ἐγὼ οὐ τολμῶ δέξασθαι συγκατάθεσιν παρ' ὑμῶν περὶ τοιούτου πράγματος ἔγγραφον, ψιλὸς ὑπάρχων Μοναχός. ἀλλ' ἐπεὶ κατένυξεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς τὰς τῶν ἁγίων Πατέρων δέξασθαι φωνάς, καθὼς ἀπαιτεῖ ὁ κανών, πρὸς τὸν Ῥώμης περὶ τούτου ἀποστείλατε ἐγγράφως, ἤγουν, ὁ βασιλεὺς, καὶ ὁ Πατριάρχης, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν Σύνοδος; *Non audeo hac de re a vobis capere aſſenſum cum ſim ſimplex Monachus; ſed quoniam pupugit vos Deus, vt exciperetis ſanctorum Patrum voces, vt Canon poſtulat, ad Romanum hac de re ſcribite, Imperator nempe, & Patriarcha, & quæ ſimul cum eo Synodus coacta eſt*. De rebus Eccleſiaſticis ac dogmatibus non eſt meum decernere, neque Imperatoris, neque Patriarchæ, neque Synodi, ſed Romani; ſi decernant hi ſeparatim, ni Romanus aſſenſum præbeat, irrita ſunt omnia. quare ad eum in ſimilibus negotijs recurrendum eſt. Et hoc non ex meis expedio, qui tanti non ſum, Canones ipſi id mandant & poſtulant. Ergo ad ſancti Maximi tempora Latini palam profitentes Spiritum etiam ex Filio procedere, idque Græcis ad plenum noſcentibus, Græci Pontificios non vitabant vti Hæreticos, ſed eorum communione vti Catholicorum vtebantur,

 &

& præeminentiam Romani Pontificis agnoſcebant, alias inconſiderate Maximus & Imperatorem, & Patriarcham, & Synodum ad Romanum procul, ſi auctoritas præſens erat, amandabat.

Obiter hic tandem animaduertendum eſt, hanc ad Marinum Maximi Epiſtolam tum a Catholicis, tum a Schiſmaticis in ambiguo habitam. Cum enim vtriſque fauere, & vtriſque etiam aduerſantia dicere videretur, qui ſibi propitiam credebant, eam Maximi genuinam, qui aduerſam, illegitimam reputabant. Aſſerebant ſiquidem hi, vt habetur Orat. Dogmatica Beſſarionis cap. 6. eam neque in antiquis Codicibus, neque inter alia ſcripta eiuſdem Patris reperiri, & a Græcis, vt ſua defenderent, fuiſſe confictam. Verum a ſancto Maximo fuiſſe conſcriptam, inter Græcos tum Catholicos tum Schiſmaticos nullum dubium eſt. En Georgij Scholarij Schiſmatici verba de proceſſione Spiritus ſancti contra Latinos primæ ſectionis cap. vltimo; Δεδιέναι δὲ οὐ χρὴ περὶ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης, μήποτε οὐ γνησία ᾖ. ἐπειδὴ τοῦ πεπλάσθαι δοκεῖν οὐδεμίαν ἐμφαίνει πρόφασιν. πρότερον μὲν γὰρ οὔτε τοῖς ἡμετέροις μόνοις συνηγορεῖ, οὔτε Λατίνοις μόνοις. ὥστε εἰ καὶ ὑπ' ἀμφοτέρων συμπέπλασται. ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον, ἢ ὑπ' οὐδετέρων χωρίς. ὅτι δὲ καὶ ἀμφοτέροις συνηγορεῖ δῆλον ἐστὶν ἐκ τοῦ καὶ ἀμφοτέροις ταύτῃ

χρῆ-

κατηγορῆσαι κατὰ τῶν ἑτέρων, καὶ ὑπ' ἐνίων αὖθις ἑκατέρωθεν διαβάλλεσθαι. ἑκάστων ὡς αὐτοῖς ποτε συνοίσειε καὶ τὴν τῶν λόγων αὐτῶν πρόθεσιν, καὶ τὴν περὶ ταύτης ψῆφον φερόντων. ἔπειτα καὶ ταῖς κοιναῖς ὑποθέσεσι συνᾴδει τῆς πίστεως, καὶ τῷ τύπῳ τῆς τῶν Ἀσιανῶν Διδασκάλων Θεολογίας παντάπασι συμφωνεῖ, καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ τοῦ Μαξίμου συγγράμμασιν. οὐδαμοῦ γὰρ ἐκεῖνος ἀρχὴν ἢ αἴτιον εἶναι τοῦ πνεύματος τὸν υἱὸν, ἢ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν τὸ πνεῦμα, ἢ τὸ εἶναι λαμβάνειν, ἢ τι τοιοῦτον φαίνεται λέγων. *Hanc autem Epistolam cum illius confingendæ nulla probabilis causa appareat, genuinam esse nullus dubitabit, & primum quidem, quod non tantum nostris, nec tantum Latinis patrocinatur. Quare vel ab vtrisque simul conficta est, quod fieri minime potuit, vel a neutris separatim. Vtrisque vero patrocinari vel inde manifestum est, quod ea ab vtrisque ad oppugnandum alium vsurpatur, & ab alijs rursum, vt alter alteri crimen appingat, singulis, vt eam sibi adiumento esse existimant, calculum de ea ferentibus. Postea communibus fidei materijs, & formæ Theologicæ Asianorum Doctorum, & alijs eiusdem Maximi scriptis prorsus concordat. Nullo siquidem in loco ille principium, siue causam esse Spiritus Filium, aut ex Filio existentiam Spiritum habere, aut quod sit accipere, aut quid simile dicere reperitur.* Quidquid sit de Dogmate, certissimum illud est, ætate Maximi,

&

& ante eum ab antiquo tempore in Profeſſionibus Fidei Romanos Pontifices illud *ex Filio*, pronunciaſſe, quod nobis modo probandum erat. De ſententia Maximi alibi dicemus. Sed nec illud ſilentio prætereundum, hunc Georgium Scholarium & alios etiam non paucos, cum de ætate Maximi tractant, communi vulgi opinione raptos in errore verſari, cum illum aſſerant, tempore ſextæ Synodi vitam egiſſe, & Patrum illius Synodi familiaritate vſum; Ὅτι δὲ κατὰ τοῖς καιροῖς τῆς ἕκτης Συνόδου, οἷς δήπου καὶ Μάξιμος ὁ θεῖος συνῆν. *Verum temporibus ſextæ Synodi, cuius Patrum diuinus Maximus conſuetudine vſus eſt*. Ante enim ſextam Synodum, vt ſupra adnotabamus, vitam finierat.

Collige tu, vnionem Eccleſiarum hiſce etiam temporibus, licet palam, & quod admiratione dignum eſt, in Epiſtolis Synodalibus, & Profeſſionibus Fidei Romani Pontifices & Latina Eccleſia proceſſionem Spiritus ex Filio quoque buccinaret: neque propterea in vniuerſalibus Synodis a ſuo loco dimotos, neque veluti hæreſis fautores reiectos fuiſſe, ſed vt fidei conſtantes affirmatores, & defenſores agnitos cultoſque. Idem enim Romanus Pontifex, licet id profiteretur, caput Eccleſiæ, director fidei, Conciliorum moderator vti & antea agno-

ſcebatur, & nullo modo de præeminentia, qua antea fruebatur, ſemotus negligebatur.

Nanque poſt Maximum annos fere viginti quatuor cogitur ſexta Synodus Generalis, in qua æque atque in alijs præeminentia Romani Pontificis, & recta Romanorum fides elucet. Sic enim lego in Anaphora Agathonis, eiuſque Synodi ad Conſtantinum Imperatorem; Ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ ἐλάχιστοι, ἀλλ' ὅμως ἀπὸ ὅλης ἰσχύος θαῤῥοῦμεν, ἵνα τοῦ χριστιανικωτάτου ὑμῶν κράτους ἡ πολιτεία, ἐν ᾗ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων ὁ θρόνος τεθεμελίωται, οὗτινος τὴν αὐθεντίαν τῇ ἀληθείᾳ πάντα τῶν Χριστιανῶν τὰ ἔθνη ἅμα ἡμῖν προσκυνοῦσι καὶ σέβουσι, κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου τιμὴν, πάντων τῶν ἐθνῶν ἀποδειχθῇ ὑψηλοτέρα. *Nos autem licet humillimi ſummis viribus enitimur vt Chriſtiani veſtri imperij Reſpublica, in qua beati Petri Apoſtolorum Principis ſedes fundata eſt, cuius auctoritatem omnes Chriſtianæ nobiſcum nationes venerantur & colunt, per ipſius beati Petri Apoſtoli reuerentiam omnium gentium ſublimior eſſe monſtretur.* Et Romanam Eccleſiam nunquã hæreſeos labe fœdatam in ſua Anaphora idemmet Agatho ad Conſtantinum Imperatorem palam edicit; Αὕτη δέ ἐστι τῆς ἀληθοῦς πίστεως ὁ Κανών. ἥν τινα καὶ ἐν τοῖς εὐτυχήμασι, καὶ ἐν τοῖς ἐναντίοις θερμῶς ἐκράτησε, καὶ ἐξεδίκησεν αὕτη ἡ πνευματικὴ μήτηρ τοῦ ὑμετέρου

γα-

γαληνοτάτου κράτους ἡ Ἀποστολικὴ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλη-
σία, ἥτις διὰ τῆς χάριτος τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ
ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς Ἀποστολικῆς παραδόσεως οὐδέποτε
πλανηθῆναι δείκνυται. οὔτε τοῖς τῶν αἱρετικῶν καινι-
σμοῖς στρεβλωθεῖσα ὑπέπεσεν. ἀλλὰ καθὼς ἐκ
προοιμίων τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως παρέλαβεν
ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐθεντῶν τῶν κορυφαίων τοῦ Χριστοῦ
Ἀποστόλων ἀπαράξωτος μέχρι τέλους μένει κατὰ τὴν
τοῦ Κυρίου αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος θείαν ἐπαγγελίαν, ἣν
τῷ ἐξάρχῳ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις
ὡμολόγησε φήσας. Πέτρε, Πέτρε ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐζήτη-
σε τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς. &c. *Hæc est enim veræ fidei
regula, quam & in prosperis & in aduersis vi-
uaciter tenuit, & defendit hæc spiritalis mater
vestri tranquillissimi Imperij, Apostolica Christi
Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam a
tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse,
probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata,
succubuit: sed vt ab exordio fidei Christianæ per-
cepit ab auctoribus suis Apostolorum Christi prin-
cipibus illibata fixe tenus permanet, secundum
ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitatio-
nem, quam suorum Discipulorum Principi in
sacris Euangelijs fassus est, Petre, Petre, in-
quiens, Ecce Satan expetiuit, vt cribraret vos.*
&c. Et in Anaphora Synodi Romanæ; Ἵνα
διὰ τοῦ θεοστέπτου ἡμῶν κράτους τῆς καθολικῆς καὶ Ἀπο-
λικῆς ἡμῶν πίστεως τὸ τηλαυγέστατον λάμψῃ φῶς ἐν
ταῖς πάντων καρδίαις, ὅπερ ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ἀλη-

θινοῦ

θινοῦ φωτὸς, ὡς δι' ἀκτίνων τῆς ζωοποιοῦ λαμπηδόνος τοῖς μακαρίοις λειτουργοῖς Πέτρῳ καὶ Παύλῳ τοῖς τῶν Ἀποστόλων κορυφαίοις, καὶ τοῖς τούτων μαθηταῖς καὶ διαδόχοις τοῖς Ἀποστολικοῖς κατὰ βαθμὸν μέχρι τῆς ἡμετέρας οὐδενότητος τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ ἐφυλάχθη, μηδεμιᾷ τῆς αἱρετικῆς πλάνης δυσωδεστάτου σκότοις ἀχλύϊ, μήτε νεφέλαις ψεύδους, ἢ νέφεσιν ἀπάτης μολυνθὲν, μήτε παραμεμιγμέναις αἱρετικαῖς φαυλότησι καθάπερ ἀμαυροῖς νέφεσι κατασκιασθὲν, ἀβαρὲς καὶ ἀκέραιον, καὶ ταῖς ἰδίαις ἀκτῖσι διαλάμψαν. ἐν τούτῳ γὰρ ὅτε Ἀποστολικὸς θρόνος, οἵτε παρηγησάμενοι τὴν ἡμετέραν μετριότητα μέχρι τοσούτου, οὐ χωρὶς κινδύνων ἀπέκαμον, νῦν δογματικῶς μετὰ τῶν Ἀποστολικῶν Ἀρχιερέων βουλευσάμενοι, νῦν συνοδικῷ ὅρῳ τοὺς τῆς ἀληθείας περιεχομένους Κανόνας πᾶσι γνωρίσαντες, καὶ τὰ αἰώνια ὅρια, ἅ τινα παραβῆναι οὐ θέμις ἐστὶ μέχρι τῆς ἐξόδου αὐτῆς τῆς ψυχῆς συστατικῶς διεκδικοῦντες. *Vt per vestrum a Deo coronatum Imperium Catholicæ atque Apostolicæ veræ nostræ fidei splendidissimum in omnium mentibus emicet lumen, quod ex veri luminis fonte, tanquam de radio viuifici fulgoris per ministros beatos Petrum & Paulum Apostolorum Principes, eorumq; discipulos & Apostolicos successores gradatim vsque ad nostram paruitatem, Dei opitulatione seruatum est, nulla hæretici erroris tetra caligine tenebratum, nec falsitatis nebulis confœdatum, nec intermixtis hæreticis prauitatibus velut caliginosis nebulis perumbratum im-*

immune atque sincerum, & suis radijs perlustratum. In hoc enim tam Apostolicæ Sedis, quam nostri exigui famulatus prædecessores vsque adhuc non sine periculis desudarunt, nunc decretali commonitione cum Apostolicis Pontificibus consulentes, nunc Synodali definitione quæ veritatis regula continebat omnibus innotescentes, & sempiternos terminos quos trãsgredi nefas est, vsq; ad animæ ipsius exitum defendentes. Quæ Romani auctoritas eo quoque tempore tantum præualuerat, vt Synodum, & reliquos Orientales obstringeret, non alia, sed quæ ipse suis Anaphoris præscripserat, definienda esse. nulla intermixta additione, aut immutatione, vel imminutione iuberet; Διόπερ ἄδειαν, ἤγουν αὐθεντίαν δεδώκαμεν αὐτοῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον γαληνότατον κράτος, ἐπὰν κελεύσῃ ἡ ὑμετέρα φιλανθρωπία τοῦ ἁπλῶς ἀπολογήσασθαι εἰς ὅσον αὐτοῖς μόνον ἐπετέθη. ἵνα μηδὲν δηλονότι προπετεύσωνται προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν, ἢ ἀλλάξαι, ἀλλὰ τὴν παράδοσιν τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου καθὼς ὡρίσθη ἀπὸ τῶν προηγησαμένων Ἀποστολικῶν προέδρων εἰλικρινῶς ἐξηγήσασθαι. *Licentiam proinde eis,* Missis scilicet nostris, *siue auctoritatem dedimus apud tranquillissimum vestrum imperium, dum iusserit eius clementia, simpliciter satisfaciendi, in quantum eis dumtaxat iniunctum est, vt nihil profecto præsumant augere, minuere vel mutare, sed traditionem Apostolicæ Sedis,*

vt à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est, simpliciter enarrare. Hinc Romani Pontifices non solum reliquos Christianos; sed Patriarchas etiam Constantinopolitanos aberrantes in fide corrigunt, & in viam reducunt. Ibidem; Ὅθεν καὶ οἱ τῆς Ἀποστολικῆς μνήμης οἱ προηγησάμενοι τὴν ἐμὴν μετριότητα ταῖς δεσποτικαῖς διδασκαλίαις κατηρτισμένοι, ἐξ ὅτου καινοτομίαν αἱρετικὴν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἄμωμον Ἐκκλησίαν οἱ πρόεδροι τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρησαν, οὐδέποτε ἠμέλησαν τούτους προτρέψασθαι, καὶ παρακαλοῦντες ὑπομνῆσαι, ἵνα ἀπὸ τοῦ φαύλου δόγματος τῆς αἱρετικῆς πλάνης, κἂν σιωπῶντες ἀποστήσωνται, μήπως ἐκ τούτου προοίμιον διαχωρισμοῦ ἐν τῇ ἑνώσει τῆς Ἐκκλησίας ποιήσωσιν. *Vnde & Apostolicæ memoriæ meæ paruitatis prædecessores, dominicis doctrinis instructi, ex quo nouitatem hæreticam in Christi immaculatam Ecclesiam Constantinopolitanæ Ecclesiæ præsules introducere conabantur, nunquam neglexerunt eos hortari, atque obsecrando commonere, vt a praui dogmatis hæretico errore, etiam tacendo desisterent: ne ex hoc exordium dissidij in vnitate Ecclesiæ facerent*. Et maiorem præeminentiam, & auctoritatem in Pontifice Romano etiam post additionem, Hottingere, concupiscis?

Vt minus incommode audias, dices Romanos non potuisse, nec debuisse aliter scribere

bere: ſuam quippe dignitatem ſinguli etiam mendacio tuentur. & quæ ſua non ſunt occinunt. ſi tui oblitus non es, me ſpecta modo. Rom nus ſcribit hæc, quæ vides, ad Imperatorem, Patriarchas Orientales, Præſules, Synodum denique vniuerſalem, & ſæpius de eadem re obtundit. Coacti in Synodo audiunt, tacent, ſi ab Hæretico prolata reputaſſent, putas ne, eos linguæ moderatos preſſiſſe vocem? & pronis auribus Hæreticum de rectis fidei dogmatibus decernentem audiſſe? ineptis vt ſæpe, ſi id credis? Sed vt ſceleſtum in Pontificios & Græcos tandem linguam conſtringas. Quæ Pontifex Romanus edixit Synodus ipſa & vniuerſi Orientales calculo ſuo corroborarunt. Nanque in acclamationibns intonant; Ἀγάθωνος ὀρθοδόξου Πάπα Ῥώμης πολλὰ τὰ ἔτη. *Agathoni orthodoxo Papæ Romano multos annos.* An hæreticus orthodoxus eſſe poteſt? & qui ſuam auctoritatem ſupra omnes palam fatetur, ſi id error eſt in fide, Orthodoxus eſſe iudicabitur, & multos annos illi precabuntur qui obnoxij illi non ſunt? Ductore Agathone falſa dogmata propulſaſſe fatetur Synodus ad Agathonem; Διά τοι τοῦτο Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν σοφὸν ἀνέδειξεν ἰατρὸν τὴν ὑμετέραν θεοτίμητον ἁγιότητα, τότε νοσώδες τῆς αἱρετικῆς λύμης ὀρθοδοξίας φαρμάκοις ῥωστικῶς ἀπελαύ-

λαύνουσαν, καὶ πανσθενῆ τὴν ὑγείαν τῆς Ἐκκλησίας χαριζομένην τοῖς μέλεσιν. ὅθεν καὶ ὑμεῖς ὡς πρωτοθρόνῳ σοι τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας τὸ πρακτέον παρατιθέμεθα ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν ἑστῶτι τῆς πίστεως, τοῖς παρὰ τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Βασιλέα τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ἐμφιλοχωρήσαντες γράμμασιν, ἅπερ καὶ ὡς ἀπὸ τῆς κορυφαίας τῶν Ἀποστόλων ἀκρότητος θεολογηθέντα γινώσκομεν. δι' ὧν καὶ τὴν τῆς ἔναγχος ἀναφανείσης αἱρέσεως πολυπλανῆ δόξαν ἐξεδιώξαμεν. *Atque idcirco Christus verus Deus noster sapientem dedit medicum vestram a Deo honoratam sanctitatem, contagia hæreticæ luis fortiter propulsantem remediis orthodoxiæ, ac valetudinis robur membris Ecclesiæ largientem. Itaque tibi ut primæ Sedis Antistiti universalis Ecclesiæ, quid gerendum sit, relinquimus stanti super firmam fidei petram, libenter perlectis veræ confessionis literis, a vestra paterna beatitudine ad piissimum Imperatorem missis, quas ut a summo Apostolorum vertice divine perscriptas agnouimus: per quas exortam nuper multiplicis erroris hæreticam sectam depulimus.* Et infra; Οὕτως ἡμεῖς τῷ ἁγίῳ πνεύματι λαμπρυνόμενοι, καὶ ταῖς ὑμετέραις διδασκαλίαις ὁδηγούμενοι τὰ δυσχερῆ τῆς δυσσεβείας ἀπεκρουσάμεθα δόγματα, τὴν εὐθυτάτην τῆς ὀρθοδοξίας τρίβον ἐξομαλίσαντες. *Sic nos sancto Spiritu illustrati, vestraque instituti doctrina, infesta dogmata impietatis depuli-*

mus rectissimam orthodoxiæ semitam complanantes. Vis maiora? eadem Synodus in Prosphonetica Oratione ad Constantinum Imperatorem; Ὁ δὲ κορυφαιότατος ἡμῖν συνηγωνίζετο πρωτοαπόστολος. τὸν γὰρ ἐκείνου μιμητὴν, καὶ τῆς Καθέδρας διάδοχον εἴχομεν ὑπαλείφοντα, καὶ τὸ τῆς Θεολογίας μυστήριον διὰ γραμμάτων ἐμφαίνοντα. ὁμολογίαν σοι θεοχάρακτον ἡ Ῥώμη πόλις ἡ πρεσβύτις ἀνέτειλεν. χάρτης καὶ μέλαν ἐφαίνετο, καὶ δι' Ἀγάθωνος ὁ Πέτρος ἐφθέγγετο. *Summus autem nobiscum concertabat Apostolorum Princeps, illius enim imitatorem, & Sedis successorem habuimus fautorem, & diuini Sacramenti mysterium illustrantem per literas. Confessionem tibi a Deo scriptam illa Romana antiqua ciuitas obtulit, & dogmatum diem a vespertinis partibus extulit. Charta & atramentum videbatur, & per Agathonem Petrus loquebatur*. Plus dixit Synodus quam Agatho. & quæ moderatius Pontifex extulerat, Synodus sua interpretatione planiora fecit. Non ergo quæ sua non sunt arrogant Romani Pontifices. Suis vti per leges licet, & integrum est. & nota etiam in hoc Græcorum & Pontificiorum consensum. Et tandem ne sis nescius, Græcorum Ecclesia die 20. Februarij cum reliquis alijs suis sanctis Agathonem hunc collocat. Et inter alia scribit; Εἰς ἀρετὴν δὲ τοσοῦτον ἠγωνίσατο, ὡς καὶ χαρίσματα ἰαμάτων ποιεῖν. ἐπεὶ δὲ ἡ

ἀρετὴ

ἀρετὴ οὐ λανθάνει, Πάπας Ῥώμης ἐγένετο, καὶ καλῶς διαπρέψας ἐν τῷ ἐπισκοπικῷ ἀξιώματι πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν. *Tantumq; certauit in virtutibus acquirendis, vt dona ſanitatū diſtribueret. Quando vero virtus non occultetur, Papa Romæ fit, & cum optime ſe geſſiſſet in Epiſcopali dignitate, migrauit ad Dominum.* Cum aduerſus Imagines Iconoclaſtæ ſuam nuncupaſſent Synodum vniuerſalem, ſancta Nicæna ſecunda Synodus vel eo ſolo illius auctoritatem infringit, quod nullo approbante Romano Pontifice coacta fuiſſet; Πῶς δ' οὖν μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ, ἣν οὔτε ἐδέξαντο, οὔτε συνεφώνησαν, οἱ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν πρόεδροι ἀλλ' ἀναθέματι ταύτην παρέπεμψαν; οὐκ ἔχει συνεργὸν τὸν τηνικαῦτα τῶν Ῥωμαίων Πάπαν, ἢ τοὺς περὶ αὐτὸν ἱερεῖς, οὔτε διὰ τοποτηρητῶν αὐτοῦ, οὔτε δι' ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς, καθὼς νόμος ἐστὶ ταῖς Συνόδοις. *Quomodo autem magna & vniuerſalis, quam neque receperunt, neque concordauerunt reliquarum Eccleſiarum Præſides, ſed anathemati hanc tranſmiſerunt? Non habuit enim ſuum adiutorem illius temporis Romanum Papam, vel eos qui circa eum ſunt Sacerdotes, nec etiam per Vicarios eius, neque per encyclicam Epiſtolam, quemadmodum lex dictat Conciliorum.* Stephanus Iunior martyr tum apud Simeonem Metaphraſtem, tum apud Stephanum Byzantium; Πῶς δὲ ἡ οἰκουμενικὴ αὖ κληθείη. ἐφ'

ἢ οὐχ ὁ Ῥώμης συνδοκῶν πρόεδρος. οὗ χωρὶς ἀδύνατον πάντως τὰ Ἐκκλησιαστικὰ καινίζεσθαι. *Quomodo autem œcumenica nuncupabitur, cui suum beneplacitũ Romanus Antistes non dedit, sine quo nequeunt res Ecclesiasticæ determinari.* Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus De inculpata Christana fide aduersus Iconomachos Orat. de secunda Nicæna Synodo sermonem habens; Ἐπείπερ ἤδη κατὰ τὸ ἀρχῆθεν τετυπωμένους θείους θεσμοὺς προῆγε κατ' αὐτὴν τὸ προεξῆρχεν ὅσον τὸ ἐκ τῆς ἑσπερίας λήξεως, ἤτοι τῆς πρεσβυτίδος Ῥώμης μέρος οὐκ ἄσημον· ὧν ἄνευ δόγμα κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν κινούμενον θεσμοῖς κανονικοῖς καὶ ἱερατικοῖς ἔθεσι νενομισμένον ἄνωθεν τὴν δοκιμασίαν οὐκ ἔχοι, ἢ δέξαιτο αὖ ποτε τὴν περαίωσιν. ὡς δὴ λαχόντων κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἐξάρχειν, καὶ τῶν κορυφαίων ἐν Ἀποστόλοις ἐγκεχειρισμένων τὸ ἀξίωμα. *Quando iuxta ab antiquo diuina decreta lata in ea primas obtinebat & præsidebat, quod ex Occidentalibus locis aduenerat, siue senioris Romæ pars non contemnenda, quorum absque consensu dogma quod in Ecclesia mouetur, vti legibus, canonibus, & sacris consuetudinibus præscriptum ab antiquo est, probationem non habebit, vel finem nunquam aliquem sortietur: illis enim in rebus sacris principatum obtinere concessum est, & Principum inter Apostolos dignitatem sortiti sunt.* Quis similia auderet de Hæretico dicere? Hæreticus ne ergo primas in Ecclesia occu-

occupabit? Principum inter Apoſtolos dignitatem obtinebit? præſidebit in Concilio? Res fidei pro nutu determinabit? Si noluerit aſſenſum præſtare, quidquid aliorum omnium vniuerſalis conſenſus decreuit, irritum fiet? Et hoc leges Eccleſiaſticæ iura & conſuetudines omnes non nunc recens ſed ab antiquo Apoſtolorum tempore ſtatuunt? Et quæ erit infallibilitas Eccleſiæ fundamento Hæretico ſubnixa? Videntesne tanquam ſui regulam certam & normam ſequentur cœcum? integri pedibus claudum? ſani ægrum? ſobrij furentem? prudentes & docti ſtultum atque inſanum? vno verbo, Catholici Hæreticum? Et hæc Eccleſia fuerit?

Vis plura? Theodorus Studita ad Paſchalem Papam Epiſtola; Ἄκουε Ἀποστολικὴ κάρα, θεοπρόβλητε ποιμὴν τῶν Χριστοῦ προβάτων. κλειδοῦχε τῆς οὐρανῶν βασιλείας, Πέτρα τῆς πίστεως ἐφ᾽ ἧ ᾠκοδόμηται ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία. Πέτρος γὰρ σὺ τὸν Πέτρου θρόνον κοσμῶν καὶ διέπων. καὶ μετά τινα. Δεῦρο δὴ ἀπὸ δυσμῶν ὁ χριστομίμητος. ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. πρὸς σὲ γὰρ εἴρηκε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. *Audi Apoſtolicum caput, a Deo electe, Paſtor ouium Chriſti, clauiger regni cœlorum, petra fidei, ſuper quam ædificata eſt catholica Eccleſia. Nam tu es Petrus Petri ſedem exor-*

 nans,

nans, & gubernans. Et post quædam, *Huc ades, ab Occidente exurge, & ne repellas in finem: tibi nanque dixit Christus noster: Et tu quandoque conuersus, confirma fratres tuos.* Et infra; Ὑμεῖς οὖν ὡς ἀληθῶς ἡ ἀθόλωτος καὶ ἀκαπήλευτος πηγὴ ἐξ ἀρχῆς τῆς ὀρθοδοξίας. ὑμεῖς ὁ πάσης αἱρετικῆς ζάλης ἀνῳκισμένοι, ὁ ἀσάλευτος λιμὴν τῆς ὅλης Ἐκκλησίας. ὑμεῖς ἡ θεόλεκτος πόλις τοῦ φυγαδευτηρίου τῆς σωτηρίας. *Vos igitur vere illimis fons, ac sincerus iam inde a principio veræ fidei. Vos ab omni hæreticorum procella longe positi, securus totius Ecclesiæ portus. Vos a Deo electa Ciuitas ad salutis refugium.* Epistola ad Naucratium; Μαρτύρομαι ἄρτι κατενώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὅτι ἑαυτοὺς ἀπέῤῥηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τοῦ κορυφαιοῦ θρόνου, ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδ' αὖ κατισχύσωσιν ταύτης μέχρι τῆς συντελείας αἱ τοῦ ᾅδου πύλαι, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα, ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς ὑπόσχεσις. *Testor nunc coram Deo & hominibus. Diuisi sunt a corpore Christi, & a suprema sede, apud quam Deus deposuit claues fidei, aduersus quam portæ inferi a seculo non præualuerunt, nec præualebunt vsque ad consummationem, Hæreticorum videlicet effrenata ora, secundum promissionem veracis Domini.* Epistola ad Michaëlem Imperatorem ex persona omnium Præpositorum; Διηγησάμεθα πάντα τὰ ὑμῖν ἀπορούμενα. εἰδέ τι

ἀμφιβαλλόμενον, ἢ ἀπιστούμενον τῇ θείᾳ ὑμῶν μεγαλονοίᾳ δοκεῖ διαλύεσθαι παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εὐσεβῶς, ἡ μεγάλη καὶ θεοστήρικτος αὐτῆς χεὶρ, ὡς ζηλοτυποῦσα τὰ πάντα ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς κελευσάτω παρὰ τῆς Πρεσβυτέρας Ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη. αὕτη, χριστομίμητε βασιλεῦ, ἡ κορυφαιοτάτη τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἧς Πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησι. σὺ εἶ Πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. *Nos diluimus omnes dubitationes vestras. Si vero aliquid dubitare, vel non credere videtur vestra diuina magnificentia eius rei explicatio a Pontifice pie est postulanda. Magna & a Deo firmata manus vestra, vt publicæ cupida vtilitatis, iubeat a veteri Roma capere declarationem, vt a principio a Patribus nostris est traditum. Ea, o Christi imitator, inter omnes Ecclesias Dei summum & supremum obtinet locum, cuius Petrus tenuit primam sedem, ad quem dicit Dominus; Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersus eam.* Epistola ad Leonem Sacellarium; Εἰ δέ τις ἐρωτήσῃ, καὶ πῶς ἐνδέχεται τοῦτο γενέσθαι, τὸ ἐκστῆναι σὺν ἑτεροδόξοις τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν, καὶ ἀπολαβεῖν τὸν οἰκεῖον θρόνον Νικηφόρον τὸν ἱερὸν Πατριάρχην, ὡς συνεδρεύσας μεθ' ὧν συνήθλησεν, εἰ οὐκ ἐνδέχεται ἐκ τῶν ἄλλων Πατριαρχῶν παρεῖναι ἀντιπρο-

σώπεις, ὅπερ δυνατόν ἐστιν, εἰ θέλοι βασιλεὺς τὸν ἐκ δύσεως παρεῖναι, ᾧ καὶ τὸ κράτος ἀναφέρεται τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου, ἀποπεράνοι αὖ τὸ τῆς εἰρήνης καὶ τὸ τῆς συναφείας βραβευτήριον, δηλονότι δι' οἰκείων συνοδικῶν ἀποστελλομένων τῷ πρωτοθρόνῳ. εἰ δὲ οὐ τοῦτο καταδεκτέον τῷ βασιλεῖ, καὶ ὥς φησι παρεξετράπη σὺν ἡμῖν τῆς ἀληθείας Νικηφόρος ὁ πρόεδρος, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀποσταλτέον πρὸς τὴν Ῥώμης, κἀκεῖθεν δεχέσθω τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως. *Quodsi roget quispiam, quo pacto fieri id possit? si excedant, inquam, Ecclesijs Dei Heterodoxi, & propriam sedem recipiat Nicephorus sacer Patriarcha, qui coacto eorum conuentu, cum quibus certamen sustinuit, si fieri non possit, vt ab alijs Patriarchis adsint Vicarij: quod certe fieri potest, si velit Imperator, Occidentalem interesse, cui & potestas summa defertur Synodi Oecumenicæ: attamen pacem conficiet & coniunctionem, synodicas suas ad primæ sedis Præsulem mittendo. Quod si hoc minus probet Imperator, deflexitque, vt ipse ait, a veritate Nicephorus Antistes, mittenda est ad Romanum ex vtraque parte legatio, & inde fidei accipienda certitudo.* Similia sunt quæ scribit ad Leonem Papam, Catechesi decima quinta.

Sed e viuis sublato Copronymo Anno 789. Nicæna secunda Synodus Vniuersalis pro restitutione Imaginum cogitur, annuente Adriano Romano Pontifice, in qua

pari

pari voce & vno spiritu Romani præeminentia declaratur, agnoscitur, & in veneratione est. Nanque Legati Pontificij præsident: ante Patriarchas subscribunt: Romanus Pontifex agendorum regulam dat: Patriarchæ decantat, si Synodica ipsius cum alijs rectæ fidei dogmatibus, etiam de Imaginibus, earumque cultu eum bene sentire non reperisset, nullatenus illius Synodica obaudisset: & si Imaginum cultus non restituatur, illius ordinationem non admissurum se scribit, mandatque ante omnia; Ἵν' ὁ ψευδοσύλλογος ἐκεῖνος ὁ γενόμενος χωρὶς τοῦ Ἀποστολικοῦ θρόνου ἀτάκτως καὶ ἀσυλλογίστως ἐξ ἐναντίας τῆς τῶν σεπτοτάτων Πατέρων παραδόσεως κατὰ τῶν θείων εἰκόνων ἀναθεματισθῇ παρόντων τῶν ἀποκρισιαρίων ἡμῶν. *Vt in primis Pseudosyllogus ille, qui sine Apostolica Sede inordinate, & insyllogistice factus est, aduersus venerabilium Patrum traditionem contra diuinas imagines anathematizetur præsentibus Apocrisarijs nostris.* Et de Romanæ Sedis præeminentia illa non obscure confirmat; Τοῦ Πέτρου ὁ θρόνος εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην πρωτεύων διαλάμπει, καὶ κεφαλὴ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ ὑπάρχει. ὅθεν ὁ αὐτὸς μακάριος Πέτρος ὁ Ἀπόστολος τῷ τοῦ Κυρίου προστάγματι ποιμαίνων τὴν Ἐκκλησίαν οὐδὲν παραλέλοιπεν, ἀλλ' ἐκράτησε πάντοτε, καὶ κρατεῖ τὴν ἀρχήν. δι' ὅπερ ἐὰν προσκολληθῇ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης

τῷ

τοῦ ἡμετέρου Ἀποστολικοῦ θρόνου, ὅστις ἐστὶ κεφαλὴ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν αὐτῆς ἱερὸν καὶ ὀρθόδοξον τύπον ἀφθάρτως καὶ ἀμολύντως: ἐκ βάθους καρδίας, καὶ εἰλικρινοῦς διανοίας φυλάξαι ἐπιτηδεύσει, ὡς ἀληθῶς ὀρθόδοξος καὶ θεοσεβὴς τυγχάνουσα, ταύτην πρώτην θυσίαν τῷ παντοδυνάμῳ Κυρίῳ προσοίσει. *Petri ſedes in omnem terrarum Orbem primatum tenens refulget, & caput omnium Eccleſiarum Dei conſiſtit. Vnde idem beatus Petrus Apoſtolus Domini præcepto paſcens Eccleſiam nihil diſſolutum dimiſit, ſed tenuit ſemper, & retinet principatum. cui ſi adhærere cupit veſtra ſanctitas, & noſtræ Apoſtolicæ Sedis, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum Dei, ſacram & orthodoxam formam incorrupte ac incontaminate ex profundo cordis, & ſinceritate mentis cuſtodire ſtudeat, vt re vera orthodoxa, & Dei cultrix conſiſtens, hoc primum omnipotenti Deo offerat ſacrificium.* &c.

Si repetas, Hottingere, hæc eſſe dicta Pontificum, qui ſua exaggerant. Ipſe quoque eadem, quæ & ſupra de ſexta œcumenica Synodo adnotaueram, recolo. Non credis Pontificijs? Crede Synodo & Græcis ipſis, quorum tu diſſidium a Romanis oſtendere conaris. Crede Taraſio Legatis Pontificijs reſpondenti; Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ ἐπιθεῖναι ἀναγκαῖόν ἐστι, καὶ ἄβουλον ἠλιθιῶδες τὸ ἀντιπαιστιάζειν. *Romana*

fides

fides enunciatur in vniuerſo mundo. hoc teſtimonium ſequi neceſſarium eſt. & inconſulte agit, qui huic conatur reſiſtere. Similiaque clamat vniuerſa Synodus. Et de Gregorij Romani Pontificis Epiſtola idem Taraſius; Πέτρον τὸν θεῖον Ἀπόστολον ζηλώσας ἐσάλπισεν ἡμῖν ἐκ Ῥώμης τὴν ἀλήθειαν καὶ ὁ μακάριος οὗτος πατήρ. *Petrum diuinum Apoſtolum æmulatus tuba cecinit nobis a Roma veritatem etiam Pater iſte beatus.* Et Epiſtola ad Adrianum; Καὶ προκειθέντων ἀναγνωσθῆναι τῶν τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος γραμμάτων, ἦμεν ἐν κοινῇ χορείᾳ ἅπαντες, τοῖς πνευματικοῖς ἐδέσμασιν ὡς ἐν βασιλικοῖς δείπνοις ἐντρυφῶντες, ἅπερ ὁ Χριστὸς διὰ τῶν σῶν γραμμάτων εὐωχουμένοις ηὐτρέπιζεν. *Et cum prælatæ primum veſtræ paternæ ſanctitatis literæ legerentur communi conſidebamus corona omnes, ſpiritualibus edulijs tanquam in regalibus cœnis fruentes, quæ Chriſtus per literas tuas epulantibus præparabat.* Et tu mihi eo tempore Romanum Pontificem, quia ex Filio quoque proceſſionem Spiritus confitebatur, hæreticum appellaueris? Hæreticus caput Eccleſiæ non eſt, non tradit rectam fidem, non cogit Synodos, non determinat de rebus Eccleſiaſticis, non æmulatur Petrum, Chriſtus per illius literas epulum fidelibus non præparat.

Et vt Schiſmatici lacerare deſinant inceſto ore viros optimos. Quanam ratione hæreti-

reticus reputabitur is in hac Synodo, in qua Tarasius ipse & plena Synodus eadem cum Romano profitetur. Dicit Romanus, *Spiritum procedere ex Filio*: Tarasius & Synodus, *per Filium*. Sed idem est *ex Filio*, &, *per Filium*. Ergo Græci & Pontificij eadem dicunt. *Ex* & *Per* Præpositionum æquales vires tum in creatis, tum in diuinis alibi ex Basilio & Cyrillo, & alijs enucleatius probauimus. Ergo si propter hoc Pontificij Hæretici sunt, erunt quoque Græci ob hanc eandem causam Hæretici. Sed Græci negabunt de se. indecore ergo Pontificios damnabunt, eiusdem criminis deprehensi. Legant Tarasij Epistolam ad Orientales, & Patrum de ea sententias in Synodo. & plane discernent, ex quonam procedit Spiritus.

Hæc & similia non potuit ignorare Photius, qui potuit iuuenis neque per nebulam audire, neque per caliginem videre, sed oculatus testis omnia vsque a principio circumspicere. tum sic; Si hæresis est, vel error in fide asserere Spiritum ex Filio quoq; procedere, idque palam fateri, & in professionibus fidei, & Synodicis actis addere blasphemum & impium, quanam ratione eo tempore Romani Pontifices hæresis propugnatores, esse potuere & Apostolica capita, & pastores ouium Christi, & clauigeri regni cœlorum,

& Pe-

& Petra fidei, in qua ædificata est Ecclesia, fons illimis ac sincerus iam inde a principio veræ fidei, ab omni Hæreticorum procella longe positi; securus totius Ecclesiæ portus, a Deo electa porta ad salutis refugium, inter omnes Ecclesias Dei summum ac supremum obtinens locum? Erant tum prænarrata omnia, & a cuiusque hæresis suspicione immunes, ideoque aduocantur ab Occidente ad Orientem, quod illis dixerit Christus; Et tu quandoque conuersus confirma fratres tuos, & primam Sedem Petrus tenuerit, apud quam idem Dominus deposuit claues fidei, & aduersus quam portæ inferi a seculo non præualuerunt, neque præualebunt, vsque ad consummationem seculi, Hæreticorum videlicet effrenata ora, vt explicet & declaret, pro more & vti a Patribus traditum est, res fidei & controuersa decernat, & reliqua alia quæ ex Synodis recensuimus? Quomodo sic infecta hæresi Ecclesia fidei occurrere potuerit, ne cadat. Stultum est simile vel mente agitare. Quare concludendum est Ecclesiam ita sentientem & Apostolicam, & catholicam, & reliquaomnia esse, quæ illi attribuunt, & Synodi, & tot tantiq; Viri sanctissimi Græci. Quid hic dices Hottingere? Obmutescas necesse est. Non erat ergo hæresis vsque ad tempora Photij

asse.

asserere, *Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere*, & similem sententiam in Professionibus Fidei addere. Quod probant etiam Zonaras, & Balsamo Expositione in Canones octauæ Synodi Photianæ, ideoque tradunt priuilegia Romani Pontificis relicta fuisse, ἀκαινοτόμητα, non per id tempus solum, sed etiam in posterum vt apud Canones legitur.

CAP. XIX.

Post Photium non reputatam fuisse hæresim processionem Spiritus etiam ex Filio, neque propterea vti hæreticum excommunicatum fuisse Romanum Pontificem: & consequenter non fuisse causam Schismatis.

AN ergo potuit Photius post tot secula dogma rectum, tot testimonijs sanctorum Patrum tum Occidentalium tum Orientalium confirmatum tanquam hæresim reijcere & condemnare? Nugæ. Et clarius pateat. Ante Photium anno 809. Ioannes quidam Monachus Hierosolymitanus traditur quæstionem de processione Spiritus etiam ex Filio primum mouisse, & Synodo Aquisgrani congregata pronunciatum etiam ex Filio procedere. Monachus Engolismensis S. Eparchij in vita Caroli Magni.

His

His ita gestis Imperator, de Ardenna Aquis reuersus mense Nouembri Concilium habuit de Spiritu sancto procedente a Patre & Filio. Quam quæstionem Ioannes quidam Hierosolymis primo commouit. Et Ado in Chronico. *Synodus magna Grani Aquis congregatur anno Incarnationis Domini 809. in qua Synodo de processione Spiritus sancti quæstio agitatur, Vtrum sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio. Hanc quæstionem Ioannes Monachus Hierosolymitanus mouerat; cum regula, & fides Ecclesiastica firmet, Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere non creatum, non genitum, sed Patri & Filio coæternum & consubstantialem. Nomen autem processionis a Patre & Filio in Apocalypsi ita aperte expositum. Et ostendit mihi, haud dubium, quin Angelus, flumen aquæ vitæ splendidum tanquam chrystallum, procedens de sede Dei, & Agni.* Baronius eodem anno notat, ibi tum non fuisse dubitatum, aut tractatum, *Vtrum Spiritus sanctus a Patre Filioque procederet, sed quod tum apud Hispanos, & apud Francos additum fuisset.* Filioque, *quæsitum fuisse, num ita auctum Symbolum in Ecclesia dici possit.* Quare ad Leonem Papam re per Legatos Caroli Imperatoris delata, Leo custos antiquitatis, cum nec ipsum Symbolum in Ecclesia cani mos esset, licet permiserit Symbolum cani, prohibuisse,

hibuiſſe tamen ne cum eo additamento caneretur. Idque conſtare ex Epiſtola Smaragdi ad Carolum, & decretum Leonis, vt firmius eſſet, & omnibus tum Romanis tum Græcis etiam Romam venientibus innoteſceret, Romæ argenteis ancilibus Symbolum fidei abſque illo additamento inciſum publice ſuſpenſum fuiſſe, quod ex Latinis tradit Anaſtaſius Bibliothecarius in Leone 3. *Hic vero pro amore & cautela orthodoxæ fidei fecit vbi ſupra*, in Eccleſia nempe S. Petri, *ſcuta argentea duo, ſcripta vtraque Symbolo, vnum quidem literis Græcis, & alterum Latinis ſedentia dextra leuaque ſuper ingreſſum corporis penſantem inibi libras nonaginta quatuor & vncias ſex*, Et in beati Pauli Baſilica. *Fecit ingreſſum corporis ſcutum ex argento puriſſimo, in quo orthodoxæ fidei Symbolum ſcribi fecit, quod penſat libras triginta & duas*. Et Petrus Lombardus lib. 1. ſentent. diſtinct. 11. *Leo Tertius tranſcriptum in tabula argentea poſt altare beati Pauli poſita, poſteris reliquit, pro amore, vt ipſe ait, & cautela fidei orthodoxæ: in quo quidem Symbolo, in proceſſione Spiritus ſancti ſolus commemoratur Pater his verbis; Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & glorificandum*. Ex Græcis Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epi-

ſtola

ſtola ad Patriarcham Aquileienſem; *Siquidem Leo iunior pietatis feruens zelator, vt nullo pacto barbara lingua corrumperetur immaculata noſtræ fidei doctrina; Græca lingua Occidentalibus ſanctam Trinitatem glorificandam & celebrandam tradidit, & non ſolum ſermone & mandato id faciendum curauit; verum etiam, quibuſdam ancilibus, quaſi clypeis conſtructis, & columnis erectis illam inſcripſit, & in conſpectum omnium ſtatuens ad Eccleſiæ valuas collocauit, vt hoc pacto facile & incorrupte poſſent omnes pietatem ediſcere.* Et diſſertatione de Spiritus ſancti proceſſione contra Latinos, quam Panopliæ ſuæ Titulo 12. Euthymius Zygadenus inſeruit; Λέων καὶ Βενέδικτος οἱ μεγάλοι Ῥώμης Ἀρχιερεῖς ἑλληνιστὶ κατὰ τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐκφωνεῖσθαι τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπὸ ταύτην Ἐκκλησίαις ἐνομοθέτησαν, ἵνα μὴ τὸ ξενὸν τῆς διαλέκτου ῥαθυμίας παράσχῃ πρόφασιν. ἔπειτα δὲ ὁ Λέων καὶ τὸ θησαυροφυλάκιον τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων ἀνοίξας, ἀσπίδας δύο τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις ἀποτεθησαυρισμένας ἐξενήνοχεν, ἑλληνικοῖς καὶ γράμμασι καὶ ῥήμασιν ἐχούσας τὴν εὐσεβῆ τῆς πίστεως ἔκθεσιν. καὶ ταύτας ἐνώπιον ὑπαναγνωσθῆναι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους ἐδικαίωσεν, καὶ μέχρι τοῦ δυσσεβοῦς Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Σεργίου οἱ Ῥώμης Ἀρχιερεῖς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερωσύνης συστατικὰς τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ἐκπέμποντες ἐπιστολὰς εἰς πάντας

τῶν Πατριαρχικοῖς θρόνοις τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως ἀπαραλλάκτως ἐνέταττον. *Leo & Benedictus summi Romæ Pontifices in sacrorum mysteriorum administratione Romæ, & in alijs Ecclesijs sibi subiectis fidei Symbolum Græce enunciandum esse lege statuerunt: ne idiomatis angustia blasphemi alicuius sermonis efferendi occasionem præberet. Hic etiam Leo Apostolicæ Romanorum Ecclesiæ ærario reserato, ancilia duo in sacro Thesauro reposita eduxit Græcis & literis & verbis piam fidei explicationem habentia inscriptam: eaque coram plebe Romana recitanda censuit. & vsque ad Sergij pij Constantinopoleos Patriarchæ tempora Romani Pontifices in Episcopatus sui exordio fidei, quam profitebantur, literis canonicis ad sedes omnes Patriarchales transmissis fidei Symbolum absque vlla mutatione inseruerunt.* Sed hæc postrema consulto ex Photianis reiecta fuisse a Francisco Zino Euthymij Interprete, cum ex Photij calamo non sint, non temere est. Assumenta sunt & vere βαττολογήματα recentiorum Schismaticorum. Qui enim potuit Photius in vnius rei narratione sui oblitus adeo diuersa promere, & Sergij post centum & triginta fere annos Patriarchatum obtinentis meminisse? De ancilibus istis similia vide in Refutatione nostra fabulæ de Ioanna Papissa. In his obseruandum est primum Schismaticorum

inepta

inepta molimina, qui ex hiſce argenteis tabulis erectis argutantur, dictum Leonem proceſſionem ex Filio Spiritus negaſſe, quod falſiſſimum eſt. Licet enim in Symbolo, *ex Filio* non expreſſerit, non propterea negauit: cum & ante erectas tabulas in diſputatione cum Miſſis a Carolo id plane aſſeruerit, in Symbolo tamen exprimi aſſenſus non eſt. Nam cum Miſſi rogaſſent, *Ergo vt video illud a veſtra paternitate decernitur, vt primo illud, de quo quæſtio agitur, de ſæpe fato Symbolo tollatur: & tunc demum a quolibet licite ac libere ſiue cantando, ſiue tradendo diſcatur, & doceatur.* Reſpondit Papa; *Ita procul dubio a parte noſtra decernitur: ita quoq; vt a veſtra aſſentiatur, a nobis omnimodis ſuadetur.* Alterum quis nam fuerit, & quo motus Ioannes iſte Hieroſolymitanus Monachus quæſtionem de proceſſione mouerit, penitus ignorari, & apud Græcos ſcriptores me, de eo licet anxie conquiſiuerim, non reperiſſe veſtigium. Phythœus de proceſſione Spiritus ſancti ſuſpicatur fuiſſe Ioannem Damaſcenum, qui libro primo de Fide orthod. cap. 11. viſus eſt ſequi Theodoretum, qui hanc controuerſiam primitus mouit. Obſtat, vt placet alijs, quod cum Hieroſolymitanum appellet Ado ad annum 777. & procliuem fuiſſe errorem in confuſione Ioannis Hieroſolymita-

ni, & Hierosolymis agentis præsertim apud Occidentales, & Monachus Egolismensis non vocat Hierosolymitanum, sed tantum Hierosolymis mouisse quæstionem, dicit. Veruntamen si Ioannes iste siue Hierosolymitanus, siue Hierosolymis degens vitam agebat, cum Aquisgranensis Synodus celebratur, & videtur, cum dicat Egolismensis Monachus eum *primo* commouisse quæstionem, Damascenus plane esse non potuit, qui ante Nicænam Synodum secundam fato functus fuerat. Quod si *primo* non referatur ad tempus sed ad scriptionem, neque tum Damascenus fuerit, cum ante Damascenum & Theodorus Mopsuestenus, & Nestorius, & Theodoretus idem scripserint, publiceque tradiderint. Quare alius a Damasceno Ioannes expiscandus nobis est. Sed de Ioanne Hierosolymitano dicemus infra.

Quidquid tamen de Ioanne isto sit, concluditur aperte, processionem Spiritus etiam ex Filio apud Latinos licet in Symbolo expressa non fuerit, ratam tamen ac certam apud illos fuisse, & publice etiam in Synodo comprobatam, neque id Græcos latuisse, cum Ioannes iste Hierosolymitanus siue Monachus, siue Patriarcha scripto edito, quæstione mota processionem ex Filio reprobarit ante Photium annos plus minus quinquaginta

ginta quinque. Et Patriarchæ Conſtantinopolitani, Taraſius, Nicephorus, Antonius, Methodius, Ignatius ſapientiſſimi & ſanctiſſimi Patres, qui ſua ætate in Eccleſia exortas hæreſes ſcriptis doctiſſimis oppugnarunt, pro ſimili proceſſione aſſerta, non vti hæreſi obnoxios accuſarunt Latinos, imo eorum vnionem exoſculantes catholicos reputarunt, & ad eoſdem vti fidei regulam ſuas fidei profeſſiones, etiam ſi opus eſſet, corrigendas direxerunt. Et etiam cum res, vt ita dicam, in diſceptationem ac quæſtionem vocaretur, Taraſius in plena atque vniuerſali Synodo publice pronunciauit, *Spiritum ex Patre per Filium procedere*. Non itaque ad illa tempora Græci Latinos ita aperte ſentientes tanquam Hæreticos condemnabant.

Et quis hic æquo animo ferret Nicolai Hydruntini ineptias, qui ante Photium poſt ſextam ſeptimamque Synodos inter Orientales & Pontificios amicitiam extinctam, ſtudiaque in partes diducta ſomniat, agens de proceſſione Spiritus ſancti? En verba; Ἐγένετο καὶ ἑβδόμη Σύνοδος ἥτις παρ' ὑμῶν τῶν Λατίνων οὐ κρατεῖται, καίτοι παρόντων τοποτηρητῶν τοῦ Πάπα Ῥώμης, Πέτρου Πρεσβυτέρου Ῥώμης, καὶ Πέτρου Πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα, οἵτινες ἦσαν ἐπέχοντες τὸν τόπον Ἀδριανοῦ Πά-

πα Ῥώμης, Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἄλλων. διατὶ δὲ οὐ κρατεῖται παρ᾽ ὑμῶν; ὅτι τοῦ τότε καιροῦ διαίρεσις ἦν, καὶ ὅτι ἡ ἕκτη καὶ ἑβδόμη τὰ αὐτὰ ἐν δόγμασι φαίνονται θεσπίσασα, καὶ ὡς μία γνωρίζεται. καὶ ὅμως γέγονεν ἐν τῇ Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας. *Coacta est & septima Synodus, quae a vobis Latinis reÿcitur, licet Papae Romani locum tenentes praesentes adessent Petrus Romanus Presbyter, & Petrus Presbyter & Abbas Monasteriÿ sancti Sabae, qui locum tenebant Adriani Papae Romani, Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus & aliÿ. Quare vero reÿcitur? Quod per id tempus dissidium erat. & sexta & septima eadem in dogmatibus decreuisse videntur. & vti vna agnoscuntur. & nihilominus coacta est Nicaeae in Bithynia.* Ridiculum plane est quod dicit Latinos septimam Synodum reiecisse. Nec discernit miser inter Pontificios, & alios secutos Carolum, qui in dictam Synodum temere oblatrarunt. quorum dicteria summus eo tempore Pontifex scripto edito refutauit. Non reijciebant ergo septimam Pontificij. cum nec sextam reijcerent, dum vt ait Hydruntinus, eadem decreuissent, & ambae pro vna haberentur. Et Photius in sua Photiana plane affirmat Romanos non dubitasse de dogmate ab ea constabilito, sed renuisse eam septimae nomine inter alias Synodos collocare, idque non certo affirmat,

mat, ſed tantum famam eamque incertam *de nonnullis* nunciaſſe; Τὰ μὲν δόγματα αὐτῆς παραπλησίως ἀποδέχονται, καὶ περιέπουσι. περὶ δὲ τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις, καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις. καὶ ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν ἴσως παρά τισιν ἐστὶν ἀμφιβολία. φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη περιαγγέλλεται, τὸ δ' ἀληθὲς οὔπω καὶ μέχρι νῦν ἐπιστάμεθα. *Similiter dogmata illius recipiunt, & fouent, ſed illam alijs ſanctis & oecumenicis Synodis ſex non annumerant, & eam ſeptimam appellare* FORTE *apud nonnullos in dubio eſt, vt nobis nunciatur: cum ad hæc vſque tempora veritatem ipſam non ſumus aſſecuti.* Inanis nempe vox, & leuis rumor ad aures Photij peruolauerat, non plana res atque indubitata, quam ipſe, vt aliquid haberet, quod Romanis opponeret, præmeditatus etiam potuit finxiſſe. Nequiter tamen hac eadem ſua ſuſpicione in Græcorum Patres præcipuos, qui ante eam poſt ſextam, & ipſam ſeptimam tempore Taraſij tantum auctoritati Pontificis Romani tum in rebus Eccleſiaſticis agendis, tum in decernendis dogmatibus detulerunt, iniurius eſt; Non hoc falſum crimen primum iniectum eſt in Romanam Eccleſiam a Photio, cuius iura deteriora facere modis omnibus nititur.

Sed ſolus primuſque Photius illud damnauerit. Quid tum? Photius per ſe non eſt

cognitor fidei, non eſt iudex, nulla illi in Eccleſiam vniuerſalem facultas eſt. Qui a prudentia remoti non ſunt, neglecto Photio, reliquos Eccleſiæ Patres ſequentur; & dicent Photium non ob hanc ſententiam, quam ipſe conatur conuellere, ſed alias ob cauſas, ambitionem ſcilicet, & aliena occupandi libidinem, ab Eccleſia Romana ſe ſeparaſſe, vt alibi fuſe ex Ioanne Vecco & alijs probauimus Epiſtola noſtra ad D. Boineburgium, qui omnes fere concludunt Photium, Οὐ κατὰ ζῆλον δογμάτων ἀλλὰ ἄλλων αἰτιῶν, diſſidium inter Eccleſias ſuſcitaſſe. Neque id negant Schiſmatici. Et apertiſſime euincitur ex concordia poſt ſimultates cum Nicolao & Adriano, cum Ioanne VIII. inita, in qua de dogmatibus nihil actum eſt, & multo minus de proceſſione Spiritus ex Filio. Manuel Caleca lib. 4. *Si igitur vt ſupra declaratum eſt, & ante Photium multis ante temporibus, Symbolum ab illis cum additione legebatur, ipſeque primus, cum voti non potiretur, additionem diſceſſionis reperit cauſam, vt paſſim ſibi liceret votis perfrui, compos autem ſui deſiderij effectus, nullum vltra ea de re verbum mouit, ſubiectionemq; debitam per omnia ſummo Pontifici reddidit. Nonne liquet ex omnibus non additionem, ſed ſuperbiã potius & a nemine velle iudicari, ſchiſmatis fuiſſe cauſam?* Et licet Synodum

dum

dum octauã Photianam ex Schiſmaticis aliqui deducant, in qua proceſſio videtur dãnata, & additio; nos nihilominus alibi fuſe probauimus, dictam Synodum eſſe confictam.

Et vt magis ac magis innoteſcat mens Photij, non veritatem rerum iactantis, ſed ſuis commodis prouidentis, propterea que omnia confundentis, incertaque reddentis, compone ſi vales, quæ ipſe antequam a Nicolao & Adriano Pontificibus Romanis excommunicatus de ſolio deturbaretur, ſcripſit ad Nicolaum, & quæ poſt excommunicationem Epiſtola ſua Encyclica ad vniuerſas Eccleſias, eo pacto animum Photij præpoſterum atque peruerſum plane conſpicies; cum quæ primum confidens, & quaſi certus throni obtinẽdi vti ἀδιάφορα, & Eccleſiaſtica conſuetudine introducta communionum fidelium non læderent, recenſet, poſtmodum condemnatus, & excommunicatus, ac de reſtitutione deſperans, illa eadem, vti crimina Romanis obijcit, & plane condemnat. Da aures, Hottingere, ſin minus arrige. Photius ad Nicolaum epiſtola, illius gratiam aſſentatiunculis occupans, & communionem ſibi procurans, & quod ipſe egerat, ex Laico in Patriarchatum permotus contra communem Eccleſiæ morem, crimen eleuans, atque excuſans, multas in Eccleſia eſſe

con-

hibuisse tamen ne cum eo additamento caneretur. Idque constare ex Epistola Smaragdi ad Carolum, & decretum Leonis, vt firmius esset, & omnibus tum Romanis tum Græcis etiam Romam venientibus innotesceret, Romæ argenteis ancilibus Symbolum fidei absque illo additamento incisum publice suspensum fuisse, quod ex Latinis tradit Anastasius Bibliothecarius in Leone 3. *Hic vero pro amore & cautela orthodoxæ fidei fecit vbi supra*, in Ecclesia nempe S. Petri, *scuta argentea duo, scripta vtraque Symbolo, vnum quidem literis Græcis, & alterum Latinis sedentia dextra leuaque super ingressum corporis pensantem inibi libras nonaginta quatuor & vncias sex*, Et in beati Pauli Basilica. *Fecit ingressum corporis scutum ex argento purissimo, in quo orthodoxæ fidei Symbolum scribi fecit, quod pensat libras triginta & duas*. Et Petrus Lombardus lib. 1. sentent. distinct. 11. *Leo Tertius transcriptum in tabula argentea post altare beati Pauli posita, posteris reliquit, pro amore, vt ipse ait, & cautela fidei orthodoxæ: in quo quidem Symbolo, in processione Spiritus sancti solus commemoratur Pater his verbis; Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & glorificandum*. Ex Græcis Photius Patriarcha Constantinopolitanus Epistola

ſtola ad Patriarcham Aquileienſem; *Siquidem Leo iunior pietatis feruens zelator, ut nullo pacto barbara lingua corrumperetur immaculata noſtræ fidei doctrina; Græca lingua Occidentalibus ſanctam Trinitatem glorificandam & celebrandam tradidit, & non ſolum ſermone & mandato id faciendum curauit; verum etiam, quibuſdam ancilibus, quaſi clypeis conſtructis, & columnis erectis illam inſcripſit, & in conſpectum omnium ſtatuens ad Eccleſiæ valuas collocauit, ut hoc pacto facile & incorrupte poſſent omnes pietatem ediſcere.* Et diſſertatione de Spiritus ſancti proceſſione contra Latinos, quam Panopliæ ſuæ Titulo 12. Euthymius Zygadenus inſeruit; Λέων καὶ Βενέδικτος οἱ μεγάλοι Ῥώμης Ἀρχιερεῖς ἑλληνιστὶ κατὰ τὴν ἱερὰν μυσταγωγίαν ἐκφωνεῖσθαι τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ ταῖς ἄλλαις ὑπὸ ταύτην Ἐκκλησίαις ἐνομοθέτησαν, ἵνα μὴ τὸ στενὸν τῆς διαλέκτου ῥαθυμίας παράσχῃ πρόφασιν. ἔστι δὲ ὁ Λέων καὶ τὸ θησαυροφυλάκιον τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων ἀνοίξας, ἀσπίδας δύο τοῖς ἱεροῖς κειμηλίοις ἀποτεθησαυρισμένας ἐξενήνοχεν, ἑλληνικοῖς καὶ γράμμασι καὶ ῥήμασιν ἐχούσας τὴν εὐσεβῆ τῆς πίστεως ἔκθεσιν. καὶ ταύτας ἐνώπιον ὑπαναγνωσθῆναι τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους ἐδικαίωσεν, καὶ μέχρι τοῦ εὐσεβοῦς Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Σεργίου οἱ Ῥώμης Ἀρχιερεῖς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερωσύνης συστατικὰς τῆς ἑαυτῶν θρησκείας ἐκπέμποντες ἐπιστολὰς εἰς πάντας

τοῦ Πατριαρχικοὺς θρόνους τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως ἀπαραλλάκτως ἐνέταττον. *Leo & Benedictus summi Romæ Pontifices in sacrorum mysteriorum administratione Romæ, & in alijs Ecclesijs sibi subiectis fidei Symbolum Græce enunciandum esse lege statuerunt: ne idiomatis angustia blasphemi alicuius sermonis efferendi occasionem præberet. Hic etiam Leo Apostolicæ Romanorum Ecclesiæ ærario reserato, ancilia duo in sacro Thesauro reposita eduxit Græcis & literis & verbis piam fidei explicationem habentia inscriptam: eaque coram plebe Romana recitanda censuit. & vsque ad Sergij pij Constantinopoleos Patriarchæ tempora Romani Pontifices in Episcopatus sui exordio fidei, quam profitebantur, literis canonicis ad sedes omnes Patriarchales transmissis fidei Symbolum absque vlla mutatione inseruerunt.* Sed hæc postrema consulto ex Photianis reiecta fuisse a Francisco Zino Euthymij Interprete, cum ex Photij calamo non sint, non temere est. Assumenta sunt & vere βαττολογήματα recentiorum Schismaticorum. Qui enim potuit Photius in vnius rei narratione sui oblitus adeo diuersa promere, & Sergij post centum & triginta fere annos Patriarchatum obtinentis meminisse? De ancilibus istis similia vide in Refutatione nostra fabulæ de Ioanna Papissa. In his obseruandum est primum Schismaticorum

inepta

inepta molimina, qui ex hiſce argenteis tabulis erectis argutantur, dictum Leonem proceſſionem ex Filio Spiritus negaſſe, quod falſiſſimum eſt. Licet enim in Symbolo, *ex Filio* non expreſſerit, non propterea negauit: cum & ante erectas tabulas in diſputatione cum Miſſis a Carolo id plane aſſeruerit, in Symbolo tamen exprimi aſſenſus non eſt. Nam cum Miſſi rogaſſent, *Ergo vt video illud a veſtra paternitate decernitur, vt primo illud, de quo quæſtio agitur, de ſæpe fato Symbolo tollatur: & tunc demum a quolibet licite ac libere ſiue cantando, ſiue tradendo diſcatur, & doceatur.* Reſpondit Papa; *Ita procul dubio a parte noſtra decernitur: ita quoq; vt a veſtra aſſentiatur, a nobis omnimodis ſuadetur.* Alterum quis nam fuerit, & quo motus Ioannes iſte Hieroſolymitanus Monachus quæſtionem de proceſſione mouerit, penitus ignorari, & apud Græcos ſcriptores me, de eo licet anxie conquiſiuerim, non reperiſſe veſtigium. Phythœus de proceſſione Spiritus ſancti ſuſpicatur fuiſſe Ioannem Damaſcenum, qui libro primo de Fide orthod. cap. 11. viſus eſt ſequi Theodoretum, qui hanc controuerſiam primitus mouit. Obſtat, vt placet alijs, quod cum Hieroſolymitanum appellet Ado ad annum 777. & procliuem fuiſſe errorem in confuſione Ioannis Hieroſolymita-

 ni,

ni, & Hierosolymis agentis præsertim apud Occidentales, & Monachus Egolismensis non vocat Hierosolymitanum, sed tantum Hierosolymis mouisse quæstionem, dicit. Veruntamen si Ioannes iste siue Hierosolymitanus, siue Hierosolymis degens vitam agebat, cum Aquisgranensis Synodus celebratur, & videtur, cum dicat Egolismensis Monachus eum *primo* commouisse quæstionem, Damascenus plane esse non potuit, qui ante Nicænam Synodum secundam fato functus fuerat. Quod si *primo* non referatur ad tempus sed ad scriptionem, neque tum Damascenus fuerit, cum ante Damascenum & Theodorus Mopsuestenus, & Nestorius, & Theodoretus idem scripserint, publiceque tradiderint. Quare alius a Damasceno Ioannes expiscandus nobis est. Sed de Ioanne Hierosolymitano dicemus infra.

Quidquid tamen de Ioanne illo sit, concluditur aperte, processionem Spiritus etiam ex Filio apud Latinos licet in Symbolo expressa non fuerit, ratam tamen ac certam apud illos fuisse, & publice etiam in Synodo comprobatam, neque id Græcos latuisse, cum Ioannes iste Hierosolymitanus siue Monachus, siue Patriarcha scripto edito, quæstione mota processionem ex Filio reprobarit ante Photium annos plus minus quinquaginta

ginta quinque. Et Patriarchæ Conſtantinopolitani, Taraſius, Nicephorus, Antonius, Methodius, Ignatius ſapientiſſimi & ſanctiſſimi Patres, qui ſua ætate in Eccleſia exortas hæreſes ſcriptis doctiſſimis oppugnarunt, pro ſimili proceſſione afferta, non vti hæreſi obnoxios accuſarunt Latinos, imo eorum vnionem exoſculantes catholicos reputarunt, & ad eoſdem vti fidei regulam ſuas fidei profeſſiones, etiam ſi opus eſſet, corrigendas direxerunt. Et etiam cum res, vt ita dicam, in diſceptationem ac quæſtionem vocaretur, Taraſius in plena atque vniuerſali Synodo publice pronunciauit, *Spiritum ex Patre per Filium procedere*. Non itaque ad illa tempora Græci Latinos ita aperte ſentientes tanquam Hæreticos condemnabant.

Et quis hic æquo animo ferret Nicolai Hydruntini ineptias, qui ante Photium poſt ſextam ſeptimamque Synodos inter Orientales & Pontificios amicitiam extinctam, ſtudiaque in partes diducta ſomniat, agens de proceſſione Spiritus ſancti? En verba; Ἐγένετο καὶ ἑβδόμη Σύνοδος ἥτις παρ' ὑμῶν τῶν Λατίνων οὐ κρατεῖται, καίτοι παρόντων τοποτηρητῶν τοῦ Πάπα Ῥώμης, Πέτρου Πρεσβυτέρου Ῥώμης, καὶ Πέτρου Πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα, οἵτινες ἦσαν ἐπέχοντες τὸν τόπον Ἀδριανοῦ Πά-

πα Ῥώμης, Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. καὶ ἄλλων. διατὶ δὲ οὐ κρατεῖται παρ' ὑμῶν; ὅτι τῷ τότε καιρῷ διαίρεσις ἦν, καὶ ὅτι ἡ ἕκτη καὶ ἑβδόμη τὰ αὐτὰ ἐν δόγμασι φαίνονται θεσπίσασαι, καὶ ὡς μία γνωρίζονται. καὶ ὅμως γέγονεν ἐν τῇ Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας. *Coacta eſt & ſeptima Synodus, quæ a vobis Latinis reÿcitur, licet Papæ Romani locum tenentes præſentes adeſſent Petrus Romanus Presbyter, & Petrus Presbyter & Abbas Monaſterÿ ſancti Sabæ, qui locum tenebant Adriani Papæ Romani, Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus & alÿ. Quare vero reÿcitur? Quod per id tempus diſſidium erat. & ſexta & ſeptima eadem in dogmatibus decreuiſſe videntur. & vti vna agnoſcuntur. & nihilominus coacta eſt Nicææ in Bithynia.* Ridiculum plane eſt quod dicit Latinos ſeptimam Synodum reieciſſe. Nec diſcernit miſer inter Pontificios, & alios ſecutos Carolum, qui in dictam Synodum temere oblatrarunt. quorum dicteria ſummus eo tempore Pontifex ſcripto edito refutauit. Non reijciebant ergo ſeptimam Pontificij. cum nec ſextam reijcerent, dum vt ait Hydruntinus, eadem decreuiſſent, & ambæ pro vna haberentur. Et Photius in ſua Photiana plane affirmat Romanos non dubitaſſe de dogmate ab ea conſtabilito; ſed renuiſſe eam ſeptimæ nomine inter alias Synodos collocare, idque non certo affirmat,

mat, ſed tantum famam eamque incertam *de nonnullis* nunciaſſe; Τὰ μὲν δόγματα αὐτῆς παραπλησίως ἀποδέχονται, καὶ περιέπουσι. περὶ δὲ τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις, καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις. καὶ ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν ἴσως παρά τισιν ἐστὶν ἀμφιβολία. φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη περιαγγέλλεται, τὸ δὲ ἀληθὲς οὔπω καὶ μέχρι νῦν ἐπιστάμεθα. *Similiter dogmata illius recipiunt & fouent, ſed illam aliȷs ſanctis & œcumenicis Synodis ſex non annumerant, & eam ſeptimam appellare FORTE apud nonnullos in dubio eſt, vt nobis nunciatur: cum ad hæc vſque tempora veritatem ipſam non ſumus aſſecuti.* Inanis nempe vox, & leuis rumor ad aures Photij peruolauerat, non plana res atque indubitata, quam ipſe, vt aliquid haberet, quod Romanis opponeret, præmeditatus etiam potuit finxiſſe. Nequiter tamen hac eadem ſua ſuſpicione in Græcorum Patres præcipuos, qui ante eam poſt ſextam, & ipſam ſeptimam tempore Taraſij tantum auctoritati Pontificis Romani tum in rebus Eccleſiaſticis agendis, tum in decernendis dogmatibus detulerunt, iniurius eſt; Non hoc falſum crimen primum iniectum eſt in Romanam Eccleſiam a Photio, cuius iura deteriora facere modis omnibus nititur.

Sed ſolus primuſque Photius illud damnauerit. Quid tum? Photius per ſe non eſt

dum octauā Photianam ex Schiſmaticis aliqui deducant, in qua proceſſio videtur dānata, & additio; nos nihilominus alibi fuſe probauimus, dictam Synodum eſſe confictam.

Et vt magis ac magis innoteſcat mens Photij, non veritatem rerum iactantis, ſed ſuis commodis prouidentis, proptereaque omnia confundentis, incertaque reddentis, compone ſi vales, quæ ipſe antequam a Nicolao & Adriano Pontificibus Romanis excommunicatus de ſolio deturbaretur, ſcripſit ad Nicolaum, & quæ poſt excommunicationem Epiſtola ſua Encyclica ad vniuerſas Eccleſias, eo pacto animum Photij præpoſterum atque peruerſum plane conſpicies; cum quæ primum confidens, & quaſi certus throni obtinēdi vti ἀδιάφορα, & Eccleſiaſtica conſuetudine introducta communionum fidelium non læderent, recenſet, poſtmodum condemnatus, & excommunicatus, ac de reſtitutione deſperans, illa eadem, vti crimina Romanis obijcit, & plane condemnat. Da aures, Hottingere, ſin minus arrige. Photius ad Nicolaum epiſtola, illius gratiam aſſentatiunculis occupans, & communionem ſibi procurans, & quod ipſe egerat, ex Laico in Patriarchatum permotus contra communem Eccleſiæ morem, crimen eleuans, atque excuſans, multas in Eccleſia eſſe

con-

consuetudines scribit, quæ si seruentur ab illis quibus impositæ sunt, recte peragi, si non seruentur ab alijs, non seruantes non esse condemnandos propterea: cum multa sint in Ecclesia ἀδιάφορα, & non soluunt communionem; Τὸ μὲν γὰρ δοθέντα συντηρεῖν, γνώμης ἐστὶ καθαρᾶς, καὶ τὴν καινοποιὸν ἀποπεμπούσης προαίρεσιν. τὸ δ' ἃ μὴ παρείληφέ τις, χρείας μὴ καλούσης νομοθετεῖν, ἢ φυλάττειν ἐπιχειρεῖν, νεωτεροποιοῦ διανοίας, καὶ ῥεμβομένης ἐστὶ περιοσδύματα, μέτρῳ γὰρ ἕκαστος οἰκείῳ καὶ κανόνι συνέχεταί τε, καὶ κατευθύνεται. πολλοὶ κανόνες ἄλλοις μὲν παραδέδονται, ἑτέροις δὲ οὐδὲ γνώριμοι. ὁ παραλαβὼν καὶ ἀθετῶν δίκης ἄξιος, ὁ δὲ μὴ ἐγνωκὼς, ἢ μὴ παραδεξάμενος, πῶς ὑπεύθυνος; πολλαὶ δὲ καὶ νομοθεσίαι, οἷς μὲν ἐτέθησαν ἐφυλάχθησαν, καὶ Θεοῦ θεράποντας τοὺς φύλακας ἀπεδείξαντο. οἱ δὲ μὴ παρειληφότες, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ τὸν νοῦν πρὸς αὐτὰ ἐπιστρέψαντες, οὐδὲν ἔλαττον θεοφιλεῖς ἐγνωρίσθησαν. *Nam ea quæ tradita sunt conseruare stabilis est mentis & nouitatis studium repudiantis. At de ijs, quæ non acceperis, legem, vsu non hortante ferre, aut custodiam inducere, præproperum studium est animi res nouas molientis, atque errabundi. Propria enim quisque mensura, ac regula continetur, & dirigitur. Multi Canones alijs traditi sunt, alijs ne noti quidem sunt. Qui accepit & violat, dignus qui in iudicium inducatur: qui vero non nouit, nec recepit, quomodo obnoxius est? Multæ quoque leges*

ges ab ijs, quibus imposita erant, custodita sunt, ac demonstrarunt Dei famulos esse, qui custodierunt: qui vero non acceperunt, ideoque animum ad eas non aduerterunt, nihilominus Deo amabiles esse. Et infra; Ἔστι καὶ ἰδιάζοντας τισὶ παρεπόμενα, ὧν ἡ παράβασις οἷς μὲν ἐδόθη κατέχεσθαι ἐπιζήμιος, οἷς δὲ οὐ παρείληπται, τὸ μὴ συντηρεῖν ἀκατάκριτον. καὶ τὰ μὲν οἰκουμενικαῖς, καὶ κοιναῖς τυπωθέντα ψήφοις πᾶσι προσήκει φυλάττεσθαι. ἃ δέ τις τῶν Πατέρων ἰδίως ἐξέθετο, ἢ τοπικὴ διωρίσατο Σύνοδος, τῶν μὲν φυλαττόντων τὴν γνώμην παρίστησι δεισιδαίμονα, οὐ μὴν τοῖς γε μὴ παραδεξαμένοις τὸ παρορᾶν ἐπικίνδυνον. *Quædam propria alios consequuntur, quorum prætermissio eis multam offert, quibus illa tenenda data sunt: qui vero non acceperunt, id propterea quod non obseruauerint, minime condemnantur. Et quæ œcumenicis & communibus præcepta sunt suffragijs, conuenit ab omnibus custodiri: quæ vero Patrum aliquis exposuit, aut localis definiuit Synodus, eorum qui seruant non efficit superstitiosam mentem: qui autem non acceperunt, ea præterire sine periculo possunt.* Et inter alia annumerat, ieiunium Sabbati, Sacerdotum coniugia, & similia. Excommunicatus postmodum eiectusque & ieiunium Sabbati, & Sacerdotum cœlibatum criminatur. Et qui antea dixerat; Ἀλλ' ἤγε ἐν τοῖς κυριωτάτοις σφοδρά τε καὶ ἀκαινοτόμητος κοινωνία τὴν ἐν τοῖς

λοιποῖς οὐκ εἴα σκοπεῖν τε καὶ πολυπραγμονεῖν ἑτερότητα. καὶ γάρ ἐστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν, ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγκες. καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰ περὶ τῆς πίστεως, ἔνθα καὶ τὸ παρεγκλῖναι μικρὸν ἁμαρτεῖν ἐστιν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς τὸν θάνατον. *Sed in potissimis rebus constantissima inter eos, & in rerum nouarum studio aliena societas non sinebat caterarum rerum discrimen curiosius intueri. Nam re vera communia omnibus sunt, quæ omnes custodire necesse est; & ante alia quæ de fide habemus, a qua vel paulum declinare est mortifero se piaculo obstringere.* Et infra; Οὕτως ἐν οἷς οὐκ ἔστι πίστις τὸ ἀθετούμενον, οὐδὲ κοινοῦ τε καὶ καθολικοῦ ψηφίσματος ἔκπτωσις, ἄλλων παρ' ἄλλοις ἐθῶν τε καὶ νομίμων φυλαττομένων, οὔτε τοὺς φύλακας ἀδικεῖν, οὔτε τοὺς παραδεξαμένους παρανομεῖν, ὀρθῶς ἄν τις κρίνειν εἰδὼς διορίσαιτο. *Ita vbi nulla est prauaricatio fidei, nec communis & catholici decreti euersio: cum alij apud alios mores & leges custodiantur, nec custodes iniuste agere, nec eos qui non acceperunt, contra legem facere is, qui recta iudicare norit, definiet.* Postmodum in rabiem versus decernit. Οἶδε δὲ καὶ ἡ μικρὰ τῶν παραδοθέντων ἀθέτησις καὶ πρὸς ὅλην τοῦ δόγματος ἐπιτρέψαι καταφρόνησιν. *Solet autem vel leuissima traditionum neglectio homines ad totius doctrinæ contemptum traducere.* Et tandem cum in prima ad Nicolaum nulla facta esset mentio de processione Spiritus ex Filio, in

En-

Encyclica ſua quibusnam pro eo dogmate contumelijs Romanam Eccleſiam non inſequitur? Vide quæ de hac re ſcribunt Veccus Patriarcha Conſtantinopolitanus, Conſtantinus Meliteniota, quibus adde nunc demum Georgium Methochitam Orat. Hiſtorica de Vnione facta inter Eccleſiam Orientalem, atque Occidentalem tempore Michaëlis Palæologi; Καὶ ὁ Φώτιος ἐπείπερ ἀπολαύειν οὐ συνεχωρεῖτο τῶν ὧν ἤρα κατὰ πολλὴν ἄδειαν, ὡς ἐβούλετο δυσαναχετεῖ πρὸς ταῦτα καὶ χαλεπαίνει σφοδρῶς, πλὴν ἔτι τὸν θυμὸν ἐκπλῆσαι κατεῖχε. δεῖ θέσθαι τὰ κατ' αὐτὸν ἑτέρως διανοούμενος, καὶ ταῖς κρείττοσι τῶν ἐλπίδων πτερούμενος. ἤμελλε Νικόλαον πεῖσαι τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα συνθέσθαι οἱ πρὸς τὸ ποθούμενον. εἰ δὲ μὴ τούτου ὀφθείη ἐπιτυχὴς, τό γε δεύτερον εἰς λαμπρὰν ἑκατέρων ἐθνῶν χωρῆσαι διάζευξιν. ὡς οὖν ταῦτα θέμενος κατὰ νοῦν πρὸς τὸ πρακτέον ὁλοσχερῶς κατηπείγετο. μικροῦ δὲ ἀδυνάτοις ἐδόκει ἐπιχειρεῖν. ὁ μὲν γὰρ ῥήμασιν ἐπιστολιμαίοις πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν αὐχοῦσι πολυτρόπως ἔχουσι τὸ πειθήνιον, τὸ μὲν κατασκευῇ καὶ μεθόδῳ πολυειδῶν ἐπιχειρημάτων, τὸ δὲ καὶ ἀπειλαῖς ἐντεῦθεν ὑφορωμέναις, καὶ τὴν διάστασιν ὑποτεινομέναις, ὡς εἰ μὴ πείσαιεν ὑποποιήσασθαι τὸν ἐπὶ τῆς Ἀποστολικῆς καθέδρας πρὸς τὸ ζητούμενον ἐνδοῦναι, ὁ δὲ λέοντος ἑώρα κατὰ τῆς ἀδικίας, καὶ οὐδ' ἂν ἀνασχέσθαι ταύτης ὁπωσδήποτε κατεφαίνετο. ἔτι γε μὴν καὶ βαρυτέραις ἄγχειν τοῦτον κανονικαῖς πέδαις προῄρητο· καὶ οὐκ αὐ-

τοὺς μὲν οὕτως, Ἀδριανὸς δὲ ὁ τούτου διάδοχος ἐπιδιδοὺς ἐδείκνυτο πρὸς τὸν Φώτιον, ἢ αἰδεσιμίως ἔχων, ἢ ὁπωσοῦν μαλθακώτερον διακείμενος. πολλοῦ γε καὶ μᾶλλον σφοδρότερον διεγείρεται, καὶ δεσμοῖς ἀθεναρωτέροις ἐμπεδῶσαι τοῦτον διερεθίζεται. οἷς Φώτιος τῶν προτέρων καὶ κρειττόνων ἐλπίδων σφαλεὶς, καὶ τοῖς θυμοῖς ὑποζέσας, ἐπειδὴ τὸ δεύτερον κατελείπετο, ὅλως γίνεται τούτου, καὶ πρὸς διαμάχην χωρεῖ, καὶ πρὸς πόλεμον ἀκήρυκτον διανίσταται, καὶ ἡ ἐγκύκλιος δὲ παρ' αὐτοῦ λογογραφεῖται ἐπιστολὴ, καὶ θᾶττον εἰς οὖς παντὸς ἀφεθεῖσα, ἢ καὶ ταχύπτερον ὀρνίθων ὠκύτερον διαπτᾶσα, καταβρέχει τὴν οἰκουμένην σχεδὸν, καὶ οἰκουμενικὸν ἄρδην ἱστᾷ, τῶν τῆς οἰκουμένης ἀπὸ γλωσσῶν τὰ κράτιστα κατ' ἀλλήλων ὁπλίσασα. καὶ ἡ αἰτία καὶ τὰ ἐγκλήματα οὐχ ἕτερα ταύτης Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἢ ἅπερ καὶ πρώην αὐτὸς Φώτιος ἐνόντα τούτοις ἤδη καὶ ἕτερα, καὶ τὸ τῆς συμπνοίας ἐπρέσβευεν ἀδιάρρηκτον. καὶ τῶν λεγομένων κήρυξ ἀληθὴς αὐτόχρημα καὶ διάτορος αὐτὴ ἡ ἑτέρα τούτου ἐπιστολὴ, ἣν φθάσας ἐχαράττετο πρὸς τὸν Νικόλαον. ἔτι τῶν ἐλπίδων, ὡς προέφην, ἀπαιωρούμενος. ἔξεστι γὰρ ἐκ ταύτης ἀριδήλως καταμαθεῖν τῷ βουλομένῳ παντὶ, ὡς ἔθιμα πάντα Ῥωμαίοις ἐπιστολῇ τῇ ἐγκυκλίῳ διαβαλλόμενος, γνωστὰ καθεστήκει Φωτίῳ καὶ ἀδιάβλητα τοῖς τῆς εἰρήνης καιροῖς, καὶ ὡς ἀεὶ τὸ στέργον αὖ εἶχε καὶ τὸ ἀνέγκλητον, εἴ γε μὴ τῶν ὧν ἐφιέμενος ἐπιτυγχάνειν ἀμοιρεῖν. *Et Photius cum obtinere admodum licenter non permitteretur ea quæ ambiebat pro libito, indigne fert, & efferuescit iracundia: nihi-*

nihilominus iracundiam moderat, alia via suis prouidere rebus excogitans, & meliori spe sublatus, aut Nicolaum Præsulem Romanum ad id quod optabat, assensum præbere illectatione sermonum inducere, aut si id non obtinuerit, secundum intentare, apertam scilicet ambarum nationum separationem. Quæ cum mente obuoluisset, ad primum summo nixu cogebatur, licet id facile in exitum deduci non videretur. Sic ille datis literis valde ad persuadendum appositis, variisque modis ad mouendum animum atque impellendum instructis, partim structura ac methodo multiformium argumentorum, partim missis, quæ inde exoriebantur suspectis, & dissidium minitantibus, quibus si non persuasisset, saltem Apostolicæ Sedis Præsidem sibi conciliare, & ad proposita trahere conabatur. At ille Leonis instar aduersus iustitiam frendens, nullo sibi eum modo tolerandum diiudicabat: quinimo, & grauioribus illum vinculis astringendum esse decernebat. Et non hic hoc modo, Adrianus vero illius successor Photij res gestas approbabat, vel mitior factus, aut placatior, intentatis a Photio assensum quodammodo præbebat, sed magis ac magis, ac vehementius exasperatus arctioribus vinculis eum colligat. quibus Photius ex iis, quæ sibi fortunatiore primo consilio sperauerat, decidens, iracundia iraque exardescens, ad secundum animum prorsus applicat, totus ad

contentionem conuertitur, & bellum irreconciliabile excitat, & circularis ab eodem Epistola concinnatur, & sagitta omni velocius emissa, aut volantibus auibus ocyor auolans, terrarum Orbem vniuersum percurrit, & vniuersalem mortem accendit, nationes potentissimas aduersum sese committens. Causa vero & criminationes non aliæ, quã quas prius Photius in illis agnouerat, & ipse sciens amplectebatur, & concordiam indissolubilem poscebat, obijciuntur. & dictorum vera sinceraque tuba, & plane sonora alia ipsius Epistola, quam ipse scripsit ad Nicolaum, adhuc spe approbationis lactatus, ex qua planissime addiscitur a quocunque consuetudines omnes Romanas, quas ipse in Encyclica criminatur, plane Photio innotuisse, & pacis tempore nullis calumnijs obnoxias fuisse, & ipse eas vti crimine omni superiores acceptasset admisissetque, si quæ ambiebat obtinuisset. Sicuti postmodum tempore Ioannis restitutus throno acceptauit. Non ergo fuit dogma, quod Photium separauit a Romanis, sed affectati honoris cupiditas, & Patriarchatus oppugnata, nec admissa petitio. Neque enim fieri potest, vt vno eodemque tempore, vnum idemque vitiosum & integrum, corruptum atque incorruptum, crimini obnoxium, & laude dignum, album & nigrum, verum falsumque sit. Quare etiam si perneget

Pho-

Photius, ſtat adhuc firmitas proceſſionis Spiritus etiam ex Filio. Et nota ex Metochita Photij ſuis commodis conſulendi conſilium, cum id conſequi non poſſet, niſi aſſenſu Romanorum Pontificum Nicolai & Adriani munitus. Quod & ipſius Photij Epiſtolæ abſque vllo dubio ſtabiliunt.

Secuta eſt poſt Photium vnio & Romanæ Eccleſiæ præeminentia non in alijs ſolum, ſed in Conſtantinopolitana quoque cognita. Nanque cum in dubium verterentur ordinationes Photij, non ad Patriarchas, non ad Imperatorem, non ad Synodum, ſed ad ipſum Romanum Pontificem literas mittunt, expectantque ab eo & abſolutionem, & diſpenſationem. Et harum rerum iudex integerrimus Stephanus Papa non incogitato animo pro ſententia dicit, ſed ſtatuit, vt ſuam quiſque partem iuris poſſideat, & proſequatur; Διὸ καὶ ἀρτίως τὴν ψῆφον παρεδράμομεν, καὶ χρεία ἐστὶν ἑνὸς ἑκάστου μέρους εὐλαβεστάτους Ἐπισκόπους ἀποστεῖλαι, ὡς ἂν ἐξεταζομένης πάσης ἀμφιβολίας, καὶ ἐκ πάντων τῶν μερῶν τῆς ἀληθείας φανερουμένης εἰπεῖν δυνησώμεθα. ὃ ὁ Θεὸς δῴη, καὶ ὡς κάτοπτρον καὶ ὑπόδειγμα ἡ ἁγία τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία ταῖς λοιπαῖς Ἐκκλησίαις καθίσταται. καὶ ἔτι ἂν ὁρίσῃ εἰς τὸν αἰῶνα ἀκλόνητον διαμένει. καὶ χρὴ μετὰ ἐξετάσεως τὰς κρίσεις φέρειν. *Quapropter & nuper ſententiam diſtulimus; & oportet, ut*

ab vtraque parte reuerendiſſimi Epiſcopi Legati mittantur, vt omni diſcuſſa dubitatione, veritateque ex omnibus partibus explorata, quod Deus ſuggeſſerit, iudicare poſſimus. Etenim ſancta Romana Eccleſia velut ſpeculum quoddam & exemplar Eccleſijs cæteris propoſita eſt, quæ ſi quid definierit, id omnibus ſæculis firmum inconcuſſumque manet. Par eſt ergo vt abſque cauſæ cognitione iudicium, & ſententia non pronuncietur. Et cum Epiſcopi inſtarent, audi Hottingere, quid Romanus decernat, & quibus conditionibus tot fluctibus diſſidiorum iactatæ Eccleſiæ, & potiſſimum Conſtantinopolitanæ prouideat, poſt crimen ſibi illatum de proceſſione & additione; Διὸ ἀπεστείλαμεν ἐκ τῆς ἡμετέρας τοὺς εὐλαβεστάτους Ἐπισκόπους Καπουανὸν, Λανδοῦλφον, καὶ Ῥωμανὸν, μεθ' ὧν συνελθεῖν καὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην παραινοῦμεν, καὶ Θεοφύλακτον Μητροπολίτην Ἀγκύρας, καὶ Πέτρον τὸν ἡμέτερον πιστὸν, ὅπως μέντοι ἵνα περὶ πάντων ἐν τῷ Φωτίῳ, τῷ καὶ παραβάτῃ, καὶ ἀθεμίτῳ ἡ ἀπόφασις, ἡ ἀπὸ τῶν προηγησαμένων καὶ οἰκουμενικῶν ἀρχιερέων ἐξενεχθεῖσα συνοδικῶς, ἔτι δὲ ἐπικυρωθεῖσα καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας χθαμαλότητος εἰς τὸ διηνεκὲς διαμείνῃ ἀμετάθετος, καὶ τοὺς χειροτονηθέντας παρὰ Φωτίου ἐλεοῦντες ἐκείνων μέν. ἵνα καὶ προσφερομένων λιβέλλων ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσωσι καὶ διὰ μετανοίας συγγνώμην αἰτήσωσιν, ὑπισχνούμενοι μηδέποτε τι τοιοῦτον ἡμαρτηκέναι. ἐξῆς τούτων οὕτω

διὰ

διαπραχθέντων, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν τῷ ἡμετέρῳ ἐντάλματι διατεταγμένα μετὰ τῶν προειρημένων προσώπων ἡ σὴ ἁγιωσύνη περαιωσάτω, μήτε προστιθεμένη τι, μήτε ὑφελομένη, μήτε ἐναλλάξασα τούτων. οὕτω γὰρ παρ' ἡμῶν καὶ τῆς σῆς σεβασμιότητος ἐν τῇ τῶν θεοπίστων κοινωνίᾳ τούτων ἀποδεχθέντων ὡς λαϊκῶν τὸ σκάνδαλον ἀφανισθήσεται, τούτων δὲ ἀποτελεσθέντων, εἴ τις αὐτοῖς ἀπαναίνεται τοῦ κοινωνῆσαι, γινωσκέτω ἑαυτὸν μὴ εἶναι μέτοχον τῆς ἡμετέρας κοινωνίας. *Quapropter a latere nostro religiosissimos Episcopos Landulphum, Capuanum & Romanum misimus, quibuscum & tua sanctitas conueniat hortamur, Theophylactum quoque Ancyræ Metropolitam, & Petrum fidelem nostrum. Ita tamen vt ante omnia sententia damnationis ab antecessoribus nostris Oecumenici Pontificibus in Synodis in præuaricatorem & legum violatorem Photium pronunciata, atque a nostra insuper humilitate confirmata in perpetuum inconcussa immutataque permaneat. In eos vero qui a Photio consecrati sunt clementem sententiam tulimus, vt datis libellis supplicibus fateantur se peccasse, veniam per pœnitentiam petant, polliceanturque nihil se amplius huiusmodi peccaturos. His ita peractis tua sanctitas ex nostro mandato vna cum supradictis Legatis cætera omnia transigat, nihilque in his addat, dematue, neque immutet. Ita enim illis vt laicis a nobis & tua reuerentia in fidelium communionem*

receptis, offensa omnis & scandalum tolletur. Quibus confectis si quis illorum vobiscum communicare recusauerit, sciat se a nostra communione expulsum. Et Stylianus ipse fatetur, Sedis Apostolicæ arbitrio regi gubernarique res Græcorum Ecclesiasticas, ad eundem Stephanum Papam; Ἐπεὶ δὲ ἴσμεν, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου τὸ ἰθύνεσθαι, καὶ κανονίζεσθαι ἔχομεν. *Cum autem sciamus, nos ab Apostolica vestra Sede regi & gubernari debere.* Idque postmodum obseruatum est subsecutis temporibus, etiam in Pallij largitione, donec Alberici tyrannis omnia confundens incerta reddidit: tum siquidem & vsus Pallij inuersus est. Cum enim Constantinopolitanus Pallio non vteretur ad illa vsque tempora, nisi permissu Romani Pontificis, vt narrat Luitprandus in Legatione ad Nicephorum Phocam, Romanus Imperator extorsit muneribus satis magnis; *Vt ex Papæ nomine Theophylacto Patriarchæ literæ mitterentur, quo auctoritate tum ipse tum successores eius absq; Paparum permissu Pallijs vterentur.* Vides, Hottingere, hic Romanus arbiter est in Græcia, promouet, deponit, confirmat, Patriarchas, Episcopos, alios: in nullitatibus dispensat, defectus supplet, lites dijudicat, & determinat, prohibet, mandat, ita dictis suis obtemperandum imperat, vt

non

non addatur, non dematur, non immutetur: pœnitentias irrogat, modum iudiciorum præſcribit; quos abſolutos eſſe vult abſoluit, quos condemnatos condemnat, & ita vt ſententiam ſuam inconcuſſam, atque immotam in perpetuum eſſe iubeat, & hoc poſt Photianum ſchiſma, cum profiteretur Spiritum ex Filio quoque procedere; & tu ſtolide præeminentiam quæris? Tenesne tu præeminentia hacce aliam maiorem, excelſiorem, diuiniorem? Qui hac maieſtate præfulget, caput Eccleſiæ, illiuſque vniuerſalis eſt: qui obediunt, & obtemperant in omnibus, in ditione ac poteſtate illius ſunt, & ſummatim ſubiecti imperio ſunt.

Nugatur ergo Amyrutius cum ſcribit; Οὕτως ἄρα καὶ οἱ τῆς Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας προστάται ἐδυσχέραινον τὴν προσθήκην. τῶν ἰδίων προνομίων ἐρημωθέντες. οὐ γὰρ μόνῳ τῷ Πάπᾳ ἀλλὰ συλλήβδην πᾶσι τὸ σύμπαν κανονίζειν τὸ παμμεγαλὲς ἀπονενέμηται. οὐ γὰρ ὁ Πάπας τῆς κοινῆς Συνόδου ἐστὶν ἰσχυρότερος. μᾶλλον τοῦ ἑνὸς τὸ ἓν μετὰ τῶν πλειόνων ἰσχύει. ἄνευ γὰρ τῶν Πατριαρχῶν οὐ γίνεται οἰκουμενικὴ Σύνοδος καὶ κατὰ τὴν ἑβδόμην Σύνοδον. Σύνοδος γὰρ ἐξ ἀνάγκης κανονίζει. ὁ δὲ Πάπας εἷς ὢν οὐκ ἔστι Σύνοδος. *Hoc modo igitur & Apoſtolicæ Eccleſiæ Primates ægre ferebant additionem; cum ſeſe viderent ſuis priuilegijs ſpoliatos. Neque enim ſoli Papæ ſed collectim omnibus vni-*

uersale decernere, quod vniuersis curæ esse debet, datum est. Neque enim Papa communi Synodo potentior est. Quinimo vno vnum pluribus alijs coniunctum potentius est. Absque enim Patriarchis non fit vniuersalis Synodus. & secundum septimam Synodum. Synodus siquidem necessario regulas constituit. Sed Papa vnus cum sit, Synodus non est. Quæ sit præeminentia Papæ in Synodis Amyrutius in septima Synodo non obseruauit. Vnus est Papa, quis dubitat? neque enim est multiceps Ecclesia. Sed hic vnus alijs omnibus præualet, auctoritate, quam a Christo possidet. Christus, & Petrus per os illius loquuntur. Reliqui omnes absque ipso errare possunt & errarunt. Ipse solus ἄπτωτος, ἄπταιστος, super petram fundatus, petra autem Christus est, non fallitur, nec fallit; & si vniatur cum alijs, alijs quoque infallibilitatem præstat, si vera sunt oracula Euangelica, Conciliorum decreta, & dicta Patrum, quæ licet neges tu Hottingere, Græci nihilominus, & inter eos Amyrutius non negauerint.

Quare post pœnitentiam & reconciliationem cum Ecclesia Romana Photij diuulsis dissidijs, & pace restituta, communis vtriusque vnio illuxit, vt nonnulli narrant, ad tempora Sisinij, & illius successoris Sergij sub Basilio iuniore; vt alij, ad tempora

Ce-

Cerularij ſub Conſtantino Monomacho. Secundum ſequitur Manuël Caleca dicto loco. *Obijt autem Photius cum eſſet Eccleſiarum vnitas, quæ poſt illum per decem & ſeptem Patriarchas durauit. ex quo ſane conſtat, celebratam ſub Photio Synodum Symboli additionem veram & rationabilem existimaſſe, ipſumque illum Romanæ Eccleſiæ communionem elegiſſe priore abiecta controuerſia, quæ illi vti homini obrepſerat. Deinde, vt ait prædictus Hiſtoricus Scylax, Michaël Patriarcha cognomento Cerularius alijs rurſum emergentibus cauſis, quales hominibus ſæpe ſuperueniunt, ſimulque inuidente pacis aduerſario, Romanum Pontificem propter Azyma diptychis deiecit.* Primum ſequitur Maximus Margunius Dialogo de proceſſione Spiritus ſancti, Ἔκτοτε γοῦν καὶ εἰς τὸ ἑξῆς αἱρετιῶται κατὰ διαδοχὴν εἰς τὸν τρίτον θρόνον ἀνήγοντο, καὶ τῇ ὑποκρίσει τῆς εὐσεβείας χρώμενοι κρυφίως τὴν ἑαυτῶν ἐδίδασκον αἵρεσιν, οὐδαμῶς ὄντως τολμῶντες μετακινῆσαί τι τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων τε καὶ πραγμάτων, μέχρι καὶ ὀγδόου κατὰ διαδοχὴν ἀπὸ Φορμόσου Αἱρεσιάρχου ἕτεροι, Χριστόφορόν τε φημὶ καὶ Σέργιον, οἳ καὶ ἐν τοῖς χρόνοις ὑπῆρχον κὺρ Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου τοῦ τὴν βασιλείαν καλῶς ἰθύναντος ἐν Κωνσταντινουπόλει. τοὺς δὲ Ἀρχιερατικοὺς οἴακας Σεργίου τοῦ θειοτάτου, τοῦ κατὰ διάμετρον φερομένου εὐσεβείᾳ καὶ ἁγιότητι. τοῦ δὲ προρρηθέντος Σεργίου φημὶ καὶ τοῦ Χριστοφόρου ἔτους δὲ

τοῦ ἀπὸ κτίσεως ἑξάκις χιλιοστοῦ. ἐξότε οὖν ὁ κατάρατος Χριστοφόρος εἰδὼς, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ συνεργάτης αὐτοῦ Σέργιος τὴν τοιαύτην τῆς αἱρέσεως λύμην περικρατήσασαν ἅπαν τῆς κατ' αὐτοὺς Ἐκκλησίας τὸ πλήρωμα, καὶ μηδένα κίνδυνον ὑφορώμενος καταστρέφουσι καὶ πρακτικῶς τὴν εὐσέβειαν, τὸ θεῖόν φημι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως Σύμβολον, τὴν ἁγίαν καὶ ἱερὰν θυσίαν, καὶ ταὶ λοιπὰς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως παραδόσεις. ἐκτιθέντες δὲ τὴν κατ' αὐτοὺς αἵρεσιν ἅπασαν ἐμφανῶς μηδὲν δεδιότες. εἶτα μανθάνει ταῦτα ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Σέργιος, στέλλει γραφὰς, στέλλει πρέσβεις, ἀνακαλούμενος αὐτοὺς εἰς τὴν προτέραν ὡς δῆθεν εὐσέβειαν. οἱ δὲ ἀποκρούονται, ἀποστρέφονται, μυκτηρίζουσι, κενοὺς ἀποπέμπουσι τοὺς σταλέντας. εἶτα μανθάνει ταῦτα ὁ Πατριάρχης, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν καὶ θείων διπτύχων ἐξωθεῖται τούτοις ἀναφορὰς, διὰ τὸ ἀνακεκαλυμμένως αὐτοὺς ἀνακηρύττειν τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν, καὶ μὴ θέλοντας ἀπαντῆσαι εἰς Σύνοδον. *Ex eo itaque tempore & ſubſequenti, qui hæreſim ſectabantur per ſucceſſionem in illam ſedem inuehebantur, & pietatis velo vtentes clanculum ſuam hæreſim, edocebant, cum nullo modo auderent aliquid de dogmatibus Eccleſiaſticis, vel rebus immutare auderent, vſque ad octauum ſucceſſorem Phormoſi Hæreſiarcham, Chriſtophorum inquam, & Sergium, qui vixerunt ætate Domini Baſilÿ Bulgaroctoni, qui probe Byzantÿ imperium, adminiſtrauit. Sed archieraticas habenas, qui*

illi

illi & sanctitate & pietate contraibat, diuinissimo Sergio tenente anno ab Orbe condito sex millesimo, maledictus hic Christophorus, & post eum qui vna cum eo operabatur Sergius hæreseos noxam vires acquisiuisse videns in vniuersa Ecclesia, & nullum adesse periculum subaspiciens, re ipsa inuertunt pietatem, diuinum inquam orthodoxæ fidei Symbolum, sacrosanctum sacrificium, & reliquas orthodoxæ fidei traditiones, propriam vniuersam hæresim publice palamque & intrepide promulgantes. Quæ cum vidisset sanctissimus Patriarcha Constantinopolitanus Sergius, mittit literas, oratores, ad pristinam eosdem reuocans pietatem. Hi vero repellunt, auersantur, irrident, missos re infecta remittunt: hæc vbi innotuere Patriarchæ, eorum memoriam e sacris diptychis eradit, quod illi aperte suam depredicarent hæresim, & ad Synodum accedere recusarent. Auctor Anonymus Manuscriptus apud me, de dissidio inter Græcos & Latinos post multa alia eadem subdit; quæ scripta sunt in Volumine de consensione vtriusque Ecclesiæ lib. 2. cap. 8. Et Nilus Damyla de processione Spiritus sancti; Ἐκ πάντων τοίνυν τῶν ἄνωθεν ἡμῖν εἰρημένων πεφανέρωται ἀκριβῶς, ὦ φίλε, ὡς οὐκ ἐπρεσβεύετο ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Δαμάσου τοῦ μακαριωτάτου ἡ τοιαύτη παρὰ Ῥωμαίοις ὁμολογία, καθὼς ἔφης, καὶ γὰρ ὁμότιμοι ἡμῖν ἦσαν καὶ ὁμόδοξοι μέχρι καὶ τῶν ἡμερῶν Χριστοφό-

ρου τοῦ Πάπα, ὃς ἐξεβλήθη πρῶτος τῶν ἱερῶν διπτύχων διὰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ προσθήκην, παρὰ Σεργίου τοῦ τηνικαῦτα τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον διέποντος. καὶ γὰρ πρῶτος αὐτὸς ὁ ῥηθεὶς Χριστοφόρος τὴν προσθήκην ταύτην ἀνάγραπτον πέπομφεν ἐν τῇ αὐτοῦ ὁμολογίᾳ τοῖς τέσσαρσι τῆς ἀνατολῆς Πατριάρχαις, καθ' ὃν ἔφην καιρὸν, ὃς ἦν μετὰ τὴν ἑβδόμην Σύνοδον χρόνοις διακοσίοις ὑστερίζων αὐτῆς, ἥτις συνήθροιστο κατὰ τὸ ϛχϟϛ ἔτος ἐπὶ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης. *Itaque in omnibus, quæ ſupra diximus, plane manifeſtum fit, o amice, non e temporibus beatiſſimi Damaſi ſimilem apud Romanos fidei profeſſionem vſitatam fuiſſe, vt tu dixiſti. Nanque eiuſdem nobiſcum fidei & ſententiæ erant ad ætatem Papæ Chriſtophori, qui primus e ſacris diptychis eiectus eſt propter additionem in Symbolo a Sergio, qui tum ſedi Conſtantinopolitanæ præerat. Nam primus hic Christophorus hanc additionem ſcripto conſignatam in ſua propria Profeſſione miſit ad quatuor Orientis Patriarchas, & post ſeptimam Synodum annos ducentos, quæ congregata eſt anno 6696. ſub imperio Conſtantini, & Irenes matris eius.*

Abſurda quæ in his Schiſmaticorum narrationibus, & potiſſimum Margunij continentur, fuſe refutata ſunt a nobis loco dicto de Conſenſione. Quare hic ab illis refutandis abſtinendum. Illud memoria recolas,

Chro-

Chronologiam vniuersam fere stolidam esse. Neque enim Sergius potuit fidei professionem petere ab eo, qui fere octoginta sex annos ante vita functus erat. Sergio non successit Cerularius, cum inter vtrunque numerentur Eustathius & Alexius. Anni nouem aut decem a Ioanne ad Formosum in octoginta excrescunt. Christophorum & Sergium sub Imperio Bulgaricidæ Basilij ponit, annis fere septuaginta tribus antiquiores. Compone singula, meras in historia Schismaticorum nugas irriseris. Petro Patriarcha Antiocheno teste Epistola ad Michaëlem Cerularium, tempore Sergij Constantinopolitani, & Ioannis Pontificis Romani annis ante se quinque & quadraginta ipso præsente in celebratione officiorum Papæ commemoratio fieri solebat; neq; comperta sibi causa est, ob quam Papæ commemoratio e diptychis erasa fuerit. Hinc nota impudentiam Margunij eodem Dialogo affirmantis Petrum Antiochenum oppositum asserere; Ὅτι δὲ οὐ τοιοῦτον ἦν ἱεράρχης ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, οὐδὲ τὸ τοῦ Ἰταλοῦ Πάπα μνημόσυνον τῶν ἱερῶν διπτύχων πρῶτος ἀπέτεμεν, ἀλλ' ὁ προρρηθεὶς ἁγιώτατος Σέργιος πρὸ αὐτοῦ, μαρτυρεῖ καὶ ὁ θειότατος Πατριάρχης Πέτρος Ἀντιοχείας γράφων πρὸς τὸν αὐτὸν Κωνσταντινουπόλεως θειότατον Μιχαὴλ, τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ χρόνους διεληλυ-

θέναι

θῆναι γινώσκειν, ἀφ' οὗ τὸ τοῦ Πάπα ἐξεκόπη μνημόσυνον. *Diuinum porro illum hominem similia non ambijsse, neque Papæ Itali commemorationem primum e sacris Diptychis erasisse, sed ante eum sanctissimum Sergium testatur diuinissimus Petrus Antiochenus, scribens ad eundem Constantinopolitanum diuinissimum Michaëlem, se optime callere, quadraginta & octo annos fuisse elapsos, ex quo commemoratio Papæ e Diptychis sublata erat.* Confer quæso vtriusq; verba.

Sed vt verum fatear, Sergius genus suum a Photio auctore Schismatis ducens ad vindicandam generis infamiam nonnullas simultates cum Ecclesia Romana suscepit, a Sisinio suo prædecessore incœptas, sub cuius nomine adhuc legitur Epistola Encyclica ad thronos Orientales. quæ eadem ipsa est, cui in alijs manuscriptis Codicibus præfigitur auctor Photius, quod non impedit eam scriptam quoque esse a Photio, sed a Sisinio postmodum, quod in similibus literis & potissimum apud Græcos solemne est, nouis vrgentibus causis mutato programmate denuo publicatam. Quidquid tamen sit, simultas illa statim sopita est ad Cerularij vsque tempora sub Monomacho, cum dissidium recruduit, & acriter impugnari Latina Ecclesia cœpit. Sed Ceruláriani dissidij, quemadmodum antea Photiani neque pro-

cessio

cessio similis, neque additio causa fuit, sed aliæ atque aliæ temporales. Et Nilus Damyla scribit; Ὁ δέ γε μετὰ τὸν Σέργιον Πατριάρχης τῆς Κωνσταντινουπόλεως Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος, ὃς ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου οἰκουμενικὴν Σύνοδον συναθροίσας τῇ τοῦ βασιλέως προστάξει, τελείως τὸν Πάπαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐξέκοψαν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κοινωνίας ἀπέρριψαν, καθὼς ὁρᾶτε μέχρι τοῦ σήμερον. καὶ οὐδέποτε τούτῳ κοινωνῆσαι ἀνέξονται μέχρις ἂν ἐκβληθῇ παρ' αὐτῶν ἡ ἐν τῷ Συμβόλῳ προσθήκη, καὶ παύσῃ τ' ἄλλα, ἃ διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς Ἐκκλησιαστικῆς τάξεώς τε καὶ μεγαλειότητος σιωπῆσαι ἄμεινον. *Qui vero post Sergium Constantincpolitanus Patriarcha fuit, Michaël Cerularius sub Imperio pij Imperatoris Constantini Monomachi vniuersali Synodo coacta iussu Imperatoris Papam penitus a catholica Ecclesia abscidit, & qui in Synodo erant e communione propria eiecerunt, vt videtis ad hunc vsque diem, neque vnquam cum eo communicare sustinebunt, donec eÿciatur additio facta in Symbolo, aliaque omnia omittantur, quæ ob reuerentiam Ecclesiastici ordinis & magnitudinis silentio inuoluere satius duco.* Matthæus Hieromonachus de processione Spiritus sancti; Ταύτην τοίνυν ὁρῶν τὴν τῶν ὀρθῶν δογμάτων καὶ κανόνων διαστροφὴν περὶ τὸ Λατινικὸν οὕτω δυναστεῦον γένος, λίαν ἐπισφαλῶς περὶ τὰ μέγιστα διακείμενον ὁ τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως ἰθύνειν λαχὼν

Μιχαὴλ ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Κηρουλάριος, καὶ κρεῖσσον ἢ καθ' ἑαυτὸν νομίζας τὸ στῆσαι τὴν τῆς κακίας τούτων φορὰν, οἰκουμενικὴν ἤθροισε Σύνοδον, καὶ ψήφῳ τούτους κοινῇ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐξέτεμε. παρῆν μὲν γὰρ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος, παρῆν δὲ καὶ ὁ Ἀντιοχείας, ἔτι καὶ ὁ Βουλγαρείας, καὶ ὁ Κύπρου, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅσον ἐλλογιμώτερον καὶ σοφώτερον. ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας καὶ Ἱεροσολύμων, εἰ καὶ ἐν τῇ βασιλίδι τότε τῶν πόλεων τηνικαῦτα οὐκ ἦσαν ἐπιχωριάζοντες, τὰ πραχθέντα δ' ὅμως καὶ προσεπήνεσαν, καὶ ἐπεψηφίσαντο, καὶ τῆς σφῶν αὐτῶν κοινωνίας καὶ αὐτοὶ τὸν Πάπαν ἀπώσαντο, ὡς ἂν τὰ δήπου μαρτυρεῖ τὰ πράγματα, μηδεμιᾶς τῶν τεσσάρων Ἐκκλησιῶν εἰς κοινωνίαν εἰσέτι καὶ νῦν τὸν Πάπαν προσιεμένης. *Hanc igitur rectorum dogmatum & Canonum inuersionem apud Latinos hunc in modum vires acquirentem, qui circa potissima in errores propensi erant, videns, qui tum Constantinopolitanæ Ecclesiæ gubernandæ præerat Michaël Cerularius, & eorum in improbitatem impetum retinere supra suas vires esse, vniuersalem Synodum congregauit, eosque communibus calculis ab Ecclesia catholica abscidit. Aderat enim Imperator Constantinus Monomachus, aderat & Antiochenus, & Bulgariæ, ac Cypri Archiepiscopi, & Ecclesiasticorum eruditiores ac sapientiores. Veruntamen Alexandrinus & Hierosolymitanus, etsi eo tempore in regina Vrbium non immorarentur, gesta tamen*

&

& approbarunt, & confirmarunt; & a ſua communione ipſi quoque Papam ſemouerunt, vt res ipſæ teſtantur; cum ad hæc vſque tempora nulla ex quatuor Eccleſijs in communionem ſuam Papam admittat. Ad hæc in margine adnotauerat Pachomius; Ἐν τῷ ϛφ' ἔτει ἰνδικτιῶνος ια'. τοῦ θρόνου τότε τῆς Ῥωμαίων τοῦ Λέοντος προκαθημένου, οὗ καὶ διάδοχος γίνεται Στέφανος σύμφρων αὐτοῦ, ὃς καὶ πρῶτος τὰς τρίχας τοῦ πώγωνος αἰσχροτάτως ἀπέθριξε, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν οὕτως ἐξέδωκεν. *Acta ſunt anno 6500. Indictione vndecima, Sedis Romanæ tum Præſide Leone, cui ſucceſſit Stephanus, in eadem ſententia concors, qui menti pilos per quam fœdiſſime abraſit, & ſuis id ſubditis tradidit.*

Hinc vides, Hottingere, quantum ſimilis conditionis hominum, & tibi gratia coniunctorum documentis tribuendum ſit. *Sy*nodus iſta vniuerſalis præſentia Imperatoris Conſtantini, Patriarcharum Conſtantinopolitani, Antiocheni, & Alexandrini, Hieroſolymitanique locumtenentium, & tot aliorum congreſſu celeberrima, & rebus pertractatis adeo conſpicua, in quonam cenſu apud reliquos Græcos habetur? Poſt octauam Photianam, neceſſario iſta fuerit numero nona. Quare ergo Græci in ſua fidei profeſſione, & in officio, in quo Synodorum Commemoratio celebratur, nulla illius men-

mentio fit, ſed omnes in ſeptima, & poſt ſeptimam nullam accenſent? Et prætereunt etiam octauam Photij, quia illa commentitia quoque eſt, vt fuſe alibi probamus. Factum equidem male, adeo pretioſa monumenta, & Græcis adeo neceſſaria, in non adeo multo temporis tranſcurſu deperdita & abolita fuiſſe; cum alia minoris momenti ſtudio & diligentia Schiſmaticorum conſeruata ſint. Quæ cum ad hunc diem nulla appareant, vel nunquam fuere, vel ſi fuerint, in nulla æſtimatione vti vappa euanuere. Et Nota Pachomij in verba Matthæi, veruecei capitis merum ſomnium eſt. Et iudica. Synodus iſta fuit celebrata anno 6500. qui eſt Christi 992. ſed tum non currebat Indictio vndecima: ſed eſto lapſus ſit memoriæ de Indictione. Plane ſi iſto anno coacta eſt, non fuit coacta ſub Conſtantino neque ſub Cerulario, cum eo temporis imperio præeſſet Baſilius Iunior, & Conſtantinus Porphyrogennetæ, Eccleſiæ Nicolaus Chryſoberges, quem excipit *Siſinius*, ante Monomachum & Cerularium annos fere ſexaginta. Si ſub Cerulario & Monomacho coacta eſt, non potuit niſi anno 1054. vel 1055. Nanque anno 1051. Cerularius in Patriarchatum promotus non potuit illico Synodum congregare. Veriſimile nanque

eſt

eſt, antea momenta rerum examinaſſe, ſæpius cum Italis allocutum, miſiſſe etiam nuncios Romam, expectaſſe reſponſa, adhortaſſe ad bonam frugem, monuiſſe, tempus præſcripſiſſe, quod poſtmodum elapſum cum videret, malum incrementis non leuibus augeri, nec poſſet impetum in improbitatem retinere, quod eſſet ſupra vires ſuas, tum Synodum coëgiſſe, ſed hæc omnia non fiunt horæ momento, ſed decurſu eoque longiſſimo temporis. Nec etiam Epiſcopi omnes in promptu præſtoque ſunt. Neque aliter feciſſe Cerularium credendum eſt, ne quod iura omnia requirebant, & iuſtum & æquum in tanta cauſa, & contra talem nationem violaſſe & præcipitaſſe videretur.

Et tum potiſſimum cum Petrus Antiochenus Apoſtolicæ Eccleſiæ communionem expetens, ſuam fidei profeſſionem ad Leonem Pontificem Romanum miſerat, certioremq; reddiderat de ſua promotione: quam Pontifex approbat, dummodo eam ſedem neophytus, aut curialis, aut digamus, vel pretio, aut alio modo ſacris Canonibus contrario non obtinuiſſet, & alij Patriarchæ præ vno Conſtantinopolitano communioni Pontificis addicti illius ex diptychis nomen in Eccleſia recitarent; quod ſatis conſtat ex

Epiſtola eiuſdem Cerularij ad eundem Petrum ſcripta, qui ea de re conqueritur, & ſcriptis etiam ad alios, multis falſis criminibus Eccleſiam Latinam inſimulat; cui Pontifex benigne reſpondit, pacem offert, Romanæ firmitatem & auctoritatem, Conſtantinopolitani leuitatem oſtendit. quæ Pontificis Epiſtola ſcripta eſſe colligitur ex eademmet Epiſtola anno 1053. & anno 1054. Mittit Humbertum, & Fridericum S. R. E. Cardinales addito collega Petro Antiocheno Conſtantinopolim pro pace conciliandа, qui humaniſſime ab Imperatore excepti coëgerunt Nicetam Stethatum ſeu Pectoratum ſcriptum ſuum contra Romanam Eccleſiam publicatum incendere, execrarique omnes anathemate, qui Romanam Eccleſiam omnium eſſe caput negarent, & eius fidem in aliquo præſumerent reprehendere. tandemque in contumacem Michaëlem Patriarcham in Eccleſia ſanctæ Sophiæ, multorum errorum probe conuictum excommunicationis ſententiam protulerunt, ſicque in Italiam remearunt cum muneribus Imperatoris B. Petro, necnon ſanæo Benedictodeferendis. Michaël rabie actus tentat alios Patriarchas datis literis a Romana Eccleſia diuellere, multis in eam criminibus obiectis, & inter alios Petrum Antioche-

chenum, quas Petrus reijcit, & in multis redarguit, nec eas esse conuincit, quæ dissidium inter Ecclesias crearent; quo ipso anno decimo tertio Kal. Maij Romæ moritur Leo Pontifex, & Constantinus Monomachus Byzantij Imperator, quo die incertum mihi est. Non habuit ergo Cerularius in sua potestate fortunam, neque res aliæ ad magnas res bene gerendas obsecundabant, Patriarchis aduersantibus, pronus in Romanos Imperatoris populique animus, Legatorumque Pontificiorum obnitente, locumque habente auctoritate, quæ Schismaticos & contumaces pœnis ecclesiasticis coërcuit, & scripta propria igni concremanda publice tradere compulit, vt vno die vel mense ita omnia componeret, & Synodum cogeret, & Romanos condemnaret ex æquo. Non est ergo celebrata Synodus ista sub Monomacho, neq; sub Leone Pontifice. Sed est celebrata alio tempore. Ergo falsi sunt, qui narrant, eam Monomacho imperante, & Leone Ecclesiam Romanam gubernante celebratam fuisse, quod mihi probandum proposueram.

Quinimo ad Cerularij vsque tempora inter Græcos & Pontificios communionem fuisse ipsi quoque Schismatici non negant, cum peruulgata in omnium Græcorum au-

res ac debuccinata esset processio etiam ex Filio Spiritus sancti, non obstantibus machinis Photij, Sergij, & Sisinij contra Romanam Ecclesiam. Auctor de Translationibus Episcoporum; Μετὰ Φώτιον Ἀντώνιος, ὡς εἰρήκαμεν, εἶτα Στέφανος, Νικόλαος ὁ Μυστικὸς, Εὐθύμιος, εἶτα ὁ αὐτὸς Νικόλαος πάλιν, εἶτα Στέφανος, Τρύφων, Θεοφύλακτος, Πολύευκτος, Βασίλειος, Ἀντώνιος, Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης, Σισίννιος ἀπὸ ἐπάρχων, Σέργιος, Εὐστάθιος, Ἀλέξιος, καὶ Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος. πρόσχες ὅτι πάντες οὗτοι χωρὶς τοῦ Κηρουλαρίου κοινωνοὺς εἶχον τοὺς Ἰταλούς. *Post Photium Antonius, vt diximus, post Stèphanus, Nicolaus Mysticus, Euthymius, tum rursus idem Nicolaus, deinde Stephanus, Trypho, Teophylactus, Polyeuctus, Basilius, Antonius, Nicolaus Chrysoberga, Sisinnius ex Præfectis, Sergius, Eustathius, Alexius, & Michaël Cerularius. Aduerte hos omnes, vno excepto Cerulario communicasse cum Italis*. Idque quamuis videatur inficiari Auctor Dialogi, qui sub Maximi Margunij nomine editus est, attamen Petri Antiocheni auctoritas eodem cum Cerulario tempore vitam agentis, & cui fides potius adhibenda est, de mendacio euincit, quamuis ille contra atque Antiocheni literæ ad eundem Cerularium datæ referunt, contrarium asserat, & petulanter mentiatur. & ne longior

gior sim, eadem repetunt alij quoque Schismatici, qui dicunt, tempore Cerularij erasium fuisse nomen Romani Pontificis e diptychis. Nilus Damyla vnionem Ecclesiarum ad Christophorum Papam, annum nempe Christi 907. & Sergium Patriarcham annum 998. extendit. Vt credas, recitentur verba; Ἐκ πάντων τοίνυν τῶν ἄνωθεν ἡμῖν εἰρημένων πεφανέρωται ἀκριβῶς, ὡς οὐκ ἐπρεσβεύετο ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Δαμάσου τοῦ μακαριωτάτου ἡ τοιαύτη παρὰ Ῥωμαίοις ὁμολογία. καὶ γὰρ ὁμόπιστοι ἡμῖν ἦσαν καὶ ὁμόδοξοι μέχρι καὶ τῶν ἡμερῶν Χριστοφόρου τοῦ Πάπα. ὃς ἐξεβλήθη πρῶτος τῶν ἱερῶν διπτύχων διὰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ προσθήκην παρὰ Σεργίου τοῦ τηνικαῦτα τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον διέποντος. καὶ γὰρ πρῶτος ὁ ῥηθεὶς αὐτὸς Χριστοφόρος. καὶ τὰ ἑξῆς. *Itaque ex supradictis omnibus plane manifestum fit, non a temporibus beatissimi Damasi, similem apud Romanos fidei professionem vsitatam fuisse. Nanque eiusdem nobiscum fidei & sententiæ erant, ad ætatem Papæ Christophori, qui primus e sacris Diptychis eiectus est, propter additionem in sacro Symbolo a Sergio, qui tum sedi Constantinopolitanæ præerat. Nam primus hic Christophorus.* &c. Omnia stultissime. Qui enim potuit e Diptychis eijci Christophorus Papa anno 907. Pontificatum tenens, a Sergio anno 998. Patriarchatum tenente, annos vnum & no-

 nagin-

naginta posteriore? Dices, hæc nugamenta esse Schismaticorum. Bene. Quæ nec ipse referrem. Nanque pudet nugarum. Sed quando tu Hottingere Pappomastigas quæris ad stabiliendum dissidium, eo libentius affero, vt tandem discernas, quantum isti tui Pappomastiges & ingenio valeant, & eruditione. & addicas te, & rerum vsu, & historiarum notitia, & dogmatum puritate sapientioribus Pontificijs, & eorum, non tui similium fidem sequaris.

Et vt magis ac magis inscitiam Pachomij deprehendas, dicit dictam Synodum celebratam fuisse sub Leone Pontifice, cui successit Stephanus in sententia concors. Anno 992. qui respondet anno mundi a Pachomio expresso, nullus sub Leonis nomine Ecclesiæ Romanæ præsedit, & annis Cerularij præsedit Leo Nonus. ipsi tamen non successit Stephanus, sed Victor. Et quid refert ad momenta religionis, si Pontifex barbam abraserit, alijsque vt id facerent imperauit? Vides quos tu Hottingere Pappomastigas, ad fidei dogmata inter Græcos & Latinos comprobandum anxie requiris, quanti æstimandi sunt? *Synodus ista vniuersalis apud alios* muta, nec vllis probata Præsulum votis apud solos Damylam, Matthæum, & Pachomium cluet. Et de his multa satis in Opere de

Con-

Consensione lib. 2. cap. 9. Et magnam Petri Antiocheni imperitiam arguit, qui se ignorare ad eundem Patriarcham scribens fatetur, qua de causa nomen Pontificis Romani e diptychis erasum est.

Hinc Nicætæ Nicæni argumentum contra Schismaticos validissimum est; Τὰ Ῥωμαϊκὰ αἰτιάματα, ἅπερ καὶ ἡ ἕκτη Σύνοδος, ὡς εἴρηται, καὶ αὐτὸς ὁ Φώτιος καταμέμφεται, εἰάθησαν παντελῶς ἀνεξέταστα, ἀπὸ γοῦν τῆς ἕκτης Συνόδου μέχρι τῆς ἑβδόμης παρέδραμον ἔτη τεσσαράκοντα ὀκτὼ, καὶ ἦσαν αἱ Ἐκκλησίαι ἡνωμέναι, καὶ οὐδεὶς λόγος περὶ τῶν σφαλμάτων τῶν Ῥωμαίων γέγονεν εἰ μὴ συνέβη ἡ εἰκονομαχικὴ αἵρεσις, δι' ἣν καὶ αὖθις ἐσχίσθησαν. ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης καὶ ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν μέχρι τοῦ Φωτίου, οὐδὲ οὕτως λόγος τὶς ἐκινήθη περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν σφαλμάτων, ὧν καὶ ὁ Φώτιος καὶ ἡ ἕκτη ἐμνήσθη Σύνοδος. τοῦ δὲ Φωτίου μετὰ πολλὴν καταβολὴν καὶ τάραχον ἀπολυπραγμόνως πάλιν ἑνωθέντος τοῖς Ῥωμαίοις, τῶν Ἐκκλησιῶν ὑπῆρχεν ὁμοίως ἕνωσις. καὶ ἐπὶ τοῦ Σεργίου τοῦ ἐπὶ τοῦ Βουλγαροκτόνου Πατριαρχεύσαντος λέγεται πάλιν σχίσμα γενέσθαι, καὶ ποίαν δὲ αἰτίαν ἀγνοῶ· δοκεῖ γὰρ διὰ τοὺς θρόνους. ἀλλὰ εἰ μὲν ἄγνοια ἦν τῶν Ῥωμαϊκῶν σφαλμάτων, τὴν κοινωνίαν ἴσως οὐδεὶς κατεμέμφετο. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης Συνόδου ἡ διάγνωσις γέγονε, καὶ ἐπὶ Φωτίου φανότερον, μεμπτέα ἡ ἕνωσις, ἐχρῆν γὰρ ὃ ἔκριναν κακὸν καὶ ἀποστρέφεσθαι, ἢ διορθώσασθαι. εἰ δὲ τὴν δύναμιν ὑπερέβαινεν ἡ διόρθωσις, τέως

διὰ λόγων ἀντιστῆναι. εἰ δὲ οὐ βλαπτικὰ τὰ αἰτιάματα οὐκ ὅπερ, ἀπίθανον, ἀκόλαστα δὲ ταῦτα οἱ αἰτιώμενοι ἐς τοσοῦτον χρόνον εἴασαν, ἵνα τὶ καταμέμφονται τῶν Ῥωμαίων ὀρθῶς φρονεῖν λεγόντων; *Criminationes in Romanos, quas & sexta Synodus, ut dictum est, et Photius ipse reprehendebant, sine ullo examine prætерita sunt. A sexta itaque Synodo ad septimam pretergressi sunt anni quadraginta octo, & Ecclesiæ erant unitæ; neque ullus de erroribus Romanorum sermo habitus est: nisi Iconomachorum hæresis exorta fuisset, per quam rursus diuisæ sunt, A septima usque ad ipsum Photium, nec verbum quidem de Romanorum erroribus actum est, quorum Photius & sexta Synodus meminerant. Photio quoque post multas querelas ac turbas, sine alia disquisitione, Romanis unito, similiter & Ecclesiarum unio subsecuta est. Sub Sergio item, qui imperante Bulgaricida Patriarchatum tenuit, dicitur rursus schisma obortum fuisse, sed quam ob causam, ipse ignoro: videtur tamen sedium causa. Veruntamen si errores Latinorum ignorabantur, unionem fortasse nemo reprehenderet, sed cum a sexta Synodo innotescere cœperint, & multo patentius sub Photio, unio laudari non debet. Oportebat enim, quod semel malum dijudicauerant, aut aduersari, aut corrigere. Quodsi correctio vires superabat, minimum verbis sese opponere, Quod si criminationes non lædunt, quod credi difficile non est, qui per*

tot

tot annos ea impunita reliquerunt, quare Romanos reprehendunt, qui se recte sentire affirmant? Nugatur ergo Maximus Margunius, & si qui sunt alij Schismatici, qui tradunt, in Photiana Synodo anathemate percussos esse sentientes ex Filio Spiritum sanctum procedere, & Azyma in sacrificium offerentes. quod multis probatum est a nobis in libris de Consensione. Rabies nihilominus Cerularij, & Schismaticorum machinæ Græcam Ecclesiam a pristina sua sententia non dimouere, cum ad hæc tempora & dicta Patrum, quæ processionem ex Filio firmant, & pronunciata inter Officiorum solemnia, quæ & ante Cerularium immota teneat, fateatur, ac veneretur, ipsis etiam Schismaticis, qui ex ijs multa & imminutionibus & additionibus, & immutationibus deprauarunt, audientibus, rugientibus, & frendentibus. Tanta est veritatis vis, tanta Græcæ Ecclesiæ in suis Doctoribus subnixa firmitas.

Multa post Cerularium subsecutis temporibus a Schismaticis tentata sunt, & turbatus Ecclesiæ ordo misere, Imperatoribus vel conniuentibus, vel data opera studia improborum fouentibus, & proborum oppugnantibus; sed Ecclesia Græca antiqua sua publice in Ecclesia recitat, & modulatur, & tenet, non aliena a Latinorum vnione, quam sem-

per

per peroptauit, & cum licuit, procurauit. Non primus hæc prædico, Græcorum quoque aliorum ſententia non alia fuit. Georgius Metochita Oratione prima hiſtorica de diſſidio, de Roberto res Siculas occupante, & Monomacho verba faciens; Καὶ δὴ στέλλει πρὸς τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερέα, τὸ δρᾶμα πᾶν ἀπαγγέλλων, τὴν ἀδικίαν ἐπεγκαλῶν, τοῦ τυραννήσαντος τὸ οἰκεῖον καταβοώμενος, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τινὶ τρόπῳ τὴν ἐκδίκησιν ἐκκαλούμενος, ἅτε καὶ ἐγγειτόνων ὄντος τοῦ ἀδικοῦντι, τούτῳ δὲ τὴν φυλὴν Ἰταλῷ, καὶ παρὰ τούτῳ τὴν πρὸς ἅπαν ὑπακοὴν αὐτῷ πλέον τῶν ἄλλων ὀφείλοντι. ταῦτα τῶν Αὐσόνων ὁ τὰ σκῆπτρα κρατῶν. ὁ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας τότε τὴν προστασίαν λαχὼν περὶ τὴν αἴτησιν, νωθεύτερος γεγονώς, καὶ ἀναβολαῖς οὐκ οἶδ᾽ ὅπως χρησάμενος, πέπεισμαι δὲ ὡς διά τινας προειρημένας αἰτίας, ὁποῖα φιλεῖ συμβαίνειν μέσον ἱεραρχῶν καὶ ἀνάκτων τοιούτων καὶ μάλιστα τὴν ἑκατέροις ἀνήκουσαν ἰσχὺν περιόντων, καὶ πολλοῖς διαφερομένων ἔθεσι, καὶ τοπικοῖς διαστήμασι, τῆς τοῦ βασιλέως· ὑπανάπτει θυμὸν τὸ σφέτερον συμβαλλομένου, καὶ μηδὲ πρὸς ὀλίγον τῆς ἀνενδοιάστως αὐτῷ προσδοκωμένης ἐπιτυγχάνοντος ἀντιλήψεως. τοιγαροῦν μηχετίθεται καὶ πάλιν κατατομαὶ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἑνιαίου σώματος τοῦ Χριστοῦ. συσκευάζονται καὶ αὖ χωρισμοὶ τῶν ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένων ἀμφοτέρων ἐθνῶν. συνεφάπτεται τοῦ ἔργου διαφερόντως ὁ τηνικαῦτα τὸν Πατριαρχικὸν θρόνον κατέχων Μιχαὴλ τοὐπίκλην ὁ Κηρουλάριος, πάλαι μὲν

ὠδι-

ὠδίνων τὸ ἀπὸ τοῦ Πάπα διαῤῥαγῆναι, ὡς τὸ πρεσβεῖον ἰδιαζόντως κληρώσαιτο, μὴ παραχωρούμενος τούτου καθόσον ἐφίετο συνηθείᾳ, καὶ ἑνώσει τῇ πρὸς αὐτόν, καὶ τὸ ὁπωσοῦν ἀνακείνεσθαι ἐν δευτέρῳ τιθέμενος, καὶ οὐ φορητόν. ἐπεὶ λόγος καὶ λόγοις ματαίοις ἐν φαντασίᾳ γενέσθαι τοῦ κατ' ἐκεῖνον ἐλλαμπρυνθῆναι, ταῖς ἐρυθροβαφέσιν ἀπήχθη· τότε δὲ τὴν ὠδῖνα λύσας, καὶ κυοφορήσας τὸ συλληφθέν, τοῦ καιροῦ μονονουχὶ ἐπιστάντος, τῆς εἰς φῶς τοῦ ὠδινομένου παρεισφορήσεως, ἡνίκα καὶ ἡ κατὰ τοῦ Πάπα βασιλέως ἀγανάκτησις ἔνθεν κυοφορηθεῖσα κατεφέρετο ῥύμῃ πολλῇ τῆς ἑνωτικῆς ἀλληλουχίας ἑκατέρων Ἐκκλησιῶν, κἀκ τινων συμπτωμάτων κοσμικωτέρων τὰς ἀρχὰς λαβοῦσα τῶν αἰτιῶν, τὰ Ἐκκλησιαστικὰ τέλεον διΐστα. καὶ εἰς παντελῆ συνελαύνεται διάλυσιν. καὶ ἡ Σύνοδος ὡς ἐλέχθη τοσούτων ἀρχιερέων ὁμηγύρει συγκροτηθεῖσα Φωτίου τὰ πρῶτα φέροντος οὐκ ἐπέρρωσεν ἐποικοδομησαμένη καὶ βεβαιώσασα, καὶ πᾶν τοῦ μέσου σκάνδαλον ἀποῤῥίψασα κανονικῶν ἐκθέσεων ἀποφάσεσι, ταῦτα Κηρουλάριος ὁ διαληφθεὶς Πατριαρχικῶς προϊστάμενος, καὶ τὸν καιρὸν ἁρπάσας ἀπαξαπλῶς ἐκαινοτόμησε καὶ συνέχεεν, οὐκ ἐξετάσεως δεηθείς, οὐ δικαστηρίων, οὐ λόγων, οὐ συνελεύσεων, ἀλλὰ μόνης τυχὸν ἐπιταγῆς ἐγγράφου βασιλικῆς, καὶ μετ' αὐτῆς συνάμα καὶ λοιποῖς ὑπ' αὐτὸν τελοῦσιν ἀρχιερεῦσιν ἐς βραχύ τι πάνυ στενουμένοις τοῦ ἀριθμοῦ, τὴν ἐκκοπὴν τοῦ ὀνόματος τοῦ Πάπα παραυτὰ ποιησάμενος, καὶ τὸ πᾶν ἀπεντεῦθεν δραματουργήσας τοῦ σχίσματος. *Neque moratus ad*

senic-

senioris Romæ Pontificem mittit, facinus denuncians, iniustitiam accusans, qui sua tyrannorum more vsurpauerat, clamoribus deferens, & ab eo quoquo modo vindictam exposcens, tanquam qui & proximus illi esset, qui iniuriam fecerat, genere Italo, & a quo ad omnia obedientiam sibi debitam exigere posset. Et hæc quidem Ausonij imperij moderator. Qui vero eo tempore Romanæ Ecclesiæ præerat, cum circa postulata quam par erat segnior dilationibus vteretur, & vt mihi suadeor ob quasdam, quæ præcesserant, causas, vti inter Præsules & Imperatores euenire solet, & inter eos potissimum, quibus alterius dominatus in suspicione est, & plurimis interdistinguuntur cosuetudinibus, & quos locorum interualla discriminant, furorem Imperatoris succendit, qui rebus suis auxilia poscebat, & ope, quã nihil hæsitans expectabat, prorsus frustrabatur. Quare rursus vnius Christi corporis Ecclesiæ sectiones agitantur, et populorum, qui a Christo nomen sibi vindicant separatio denuo constituitur. & præ alijs qui tum Patriarchale solium tenebat Michaël cognomento Cerularius operi manus dat, qui & multũ ante tempus a Papa sese abscindere meditabatur, vt ipse sibi soli primatum vsurparet, qui vti optabat non concedebatur, dum vna cum illo congressus, vnioq; procederet, & quoquo modo ab alio iudicari ægre ferens, ac intolerabile ducens. Circumfertur etiam sermo, eum stultis ima-

imaginationibus fretum in facinus adductum, cũ vellet æque atq; ille rubris indumentis vti. Tum vero quod animo conceperat parturiens, vix oblata sibi occasione, vt in lucem fœtum ederet, cum & Imperatoris aduersus Papam indignatio inde exorta, tumens multo impetu ferebatur in vnione vtriusque Ecclesiæ dissoluenda, cum ex nonnullis accidentibus mere secularibus causas diuisionis, & earum principia habuisset, res Ecclesiasticas prorsus disiungit, & ad absolutam dissolutionem compellit, & quæ Synodus, vt dictum est, tot Præsulum congressu celebrata, dum primum locum obtineret Photius, non firmauit, astruens & corroborans, et omne enatum inter eas scandalum dirimens canonicis editis decretis, ea commemoratus Cerularius instar Patriarchæ præsidens, & occasionem arripiens, innouauit & confudit, non examine, non tribunalibus, non sermonibus, non congregationibus vsus, sed solo scripto mandato Principis, cum reliquis, qui sub eo erant Præsulibus, numero equidem pusillo restrictis, Papæ nomen ipso facto erasit, inde dissentionem molitus. Eant modo nunc Damyla, Matthæus, atque Pachomius, & Synodum œcumenicam somniantes nobis indecore obtrudant. Sed vides hic causas schismatis alias ac diuersas a dogmate plane fuisse, & quispiam insulse dogma proponet? Nil ergo mirum, si ex subsecutis Imperato-

ribus

ribus & Patriarchis nonnulli diſſidium ſimile fouerunt. Fuerunt tamen ex illis, qui illud deteſtati priſtinam & antiquam vnionem Eccleſiæ reddere ſummis conatibus ſtuduerunt, licet ob alias atque alias cauſas, nullam tamen ob dogma ſubſecuta non eſt.

Minutiora prætermitto: quæ clariora ſunt & certiora ex ipſis Græcis proponam, ne ſtudia factionum aduerſarij objiciant. Eam ſummopere procurauit Alexius Comnenus. Georgius Metochita ibidem; Οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τὸ φθάσαν σύμβαμα τῶν Ἐκκλησιῶν πλείονι μερίμνῃ ἐξεκείνετο. ὅθεν καὶ συννοίας εἰς τοῦτο βαλλόμενος, καὶ πανταχόθεν μὴ καλῶς προβλῆναι διανοούμενος, λόγους περὶ τούτου κινεῖ, βῆμα καθίζει, δικαστήριον συνιστᾷ, ἀρχιερέων συναθροίζει κατάλογον. τοῦ μέσου προτείνει τὰ τῆς ἐχθροποιοῦ μοίρας. σχετλιάζει πρὸς ταῦτα. ἐπιβοᾶται ὡς οὐ καλά. διαγγέλλει τὸ ἐκ τούτων ἀσυντελὲς καὶ ἀσύμφορον, καὶ τὴν ἐκκοπὴν τοῦ Πάπα ὀνόματος τὸ ἀκανόνιστον ἔχειν ὁλοσχερῶς διατείνεται. καὶ ἵνα συντεμὼν εἴπω τὸ πᾶν, ἔστιν ἡ ταῦτα λεπτομερῶς διηγουμένη παρασημείωσις ἣν ἐγὼ βίβλοις ἐγκειμένην ἑώρακα. καὶ ὁ σκοπὸς καὶ οἱ λόγοι τούτων ἐξ αὐτῆς τῷ βουλομένῳ φανήσονται τηλαυγεῖς. *Non minus quod Eccleſijs contigerat, inter potiora ſua ſtudia ponit. Hinc mentem, applicans, & modis omnibus non bene propagatum fuiſſe reputans, ſermones ea de re mouet; pro ſuggeſtu verba facit, iudicium ſiſtit, Præſulum*

lum cœtum cogit, partis aduersæ momenta proponit. Indolet ad hæc. exclamat, non recta esse ea neque vtilia neque proficua nunciat, & nominis Papæ abrasionem contra Canones prorsus factam esse contendit. & vt omnia compendio exprimam, in promptu est ab ipso confecta Adnotatio singula sigillatim enarrans, quam ipse voluminibus insertam legi, ex qua & propositum & sermones habiti, si libuerit, omnibus palam patescent. Sed vnio subsecuta non est. Non propterea tamen dogma Latinorum damnatum est, neq; quidpiam ex supra allatis, quæ in libris Græcorum ante dissidium exarata erant, in Ecclesia communi Ecclesiæ calculo mutatum.

Sub Manuële quoque Comneno, vt satis manifestum est ex Dialogo Michaëlis Anchiali Patriarchæ ad eundem Imperatorem, hæc vnio procurata est, dummodo primatus Papæ cederetur, & appellatio, illiusque inter sacra commemoratio fieret: & Synodo coacta magna, vti refert Macarius Ancyranus, Latinos non totali anathemati tradidisse sicuti alias hæreses, quod gens illa magna esset & celeberrima. Sed hoc Schismatici commentum est, vt alibi probauimus. Neq; enim adduci possum vt credam, Græcorum plenam Synodum nomine tantum magnitudinis & celebritatis a damnanda hæresi abstinuisse. Quæ in rebus simi-

similibus alias, & minoribus de causis a ferenda sententia non abstinuit. Et respondeant Schismatici, quod semel in Ecclesia hæresis reputata non est, neque in posterum vti hæresis damnabitur. bonum enim in dogmate semper bónum est,& malum malum. Sed in Ecclesia per multos annos processio Spiritus etiam ex Filio, non est reputata hæresis, neque vti hæresis condemnata, nec inter ea collocata est, quæ vnionem Ecclesiæ scinderent, Ergo male id tentatum fuit a Cerulario, & etiamsi executioni illa sententia demandata fuisset, sententia similis nullam vim obtinuisset, vt multa alia a Synodis Orientalibus decreta, non fuerunt admissa neque approbata a posterioribus. Et processionem similem in Ecclesia Latina perspectã & peruulgatam per multos annos, minimum a temporibus sancti Maximi Græcis omnibus agnitam fuisse, & post illius cognitionem vnionem perdurasse, nec imminutam fuisse auctoritatem & præeminentiam Pontificis Romani probatum est. Quare concluditur, Græcorum dissidium, & in Latinos odium, si quid in Latinos pertentarunt, non ex hæresi, sed ex alio fonte promanasse. Lege Germanorum infesta signa sub Emmanuële Imperatore in Thraciam illata; per Siculos Siciliæ occupationem & vastationem

nem Insularum Ægæi maris; per Neapolitanos Reges in eodem Regno, & alibi Romanæ ditionis oppressionem: Vrbis denique Regiæ per vniuersos fere principatus perquam calamitosissimam direptionem. ne singula recenseam. Hinc rabies Græcorum in Latinos indeprecabilis. hinc inæstuans præcordijs bilis. hinc odium insuperabile, & error inextricabilis, non ex dogmate, aut processione Spiritus etiam ex Filio. Eijce hanc sentinam malorum fortunatissime releuabuntur, & recreabuntur Græci omnes, & ad Latinam tanquam ad aram confugient, & lubentes in amplexus pedum procumbent, & sui matrem, caput, atque magistram palam aperteque confitebuntur.

Et vt nugari desinant Schismatici sub Emmanuëlis imperio Græci ipsi, qui dogma oppugnarũt, re melius atq; attentius considerata, dogma Latinæ Ecclesiæ cum proprio dogmate, licet alijs atq; alijs verbis concipiatur, componentes, idem esse palam professi sunt; & Latinis concessere, vt in alijs suis scriptis insererent, colloquijs astruerent, publiceque enunciarent, tantum illud Symbolo non adderent. quibus plane concluditur, non dogma a Græcis, sed additionem a tot Synodis improbatam in Symbolo interdici. Inter eos non est postremus Theophylactus Bulga-

riæ Archiepiſcopus. Ioannes Veccus de iniuſta ſui depoſitioue Oratione; Εὑρίσκω γὰρ Θεοφύλακτόν τινα Ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας, πολὺς δὲ ὢν καὶ περὶ τὰ ἐν λόγοις, ἐν τῷ Συμβόλῳ μόνῳ τὴν προσθήκην κακίζοντα, ἐν ἄλλαις δὲ ἁπάσαις γραφαῖς τε, καὶ διαλέξεσιν ἀνενδοιάστως ἐνδιδόντα αὐτήν, καὶ μὴ ἄν ποτε οὔ πω πρὸς τὴν τοιαύτην ἔνδοσιν διατεθῆναι διαγινώσκω, εἴγε τὴν εὐσέβειαν τοῦτο τὸ μέρος κολοβοῦσθαι ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ᾤετο ἀνήρ. *Inuenio ſiquidem Theophylactum quendam Bulgariæ Archiepiſcopum dicendi quoque arte celebrem, tantum in Symbolo additionem reprobantem, in alÿs vero omnibus ſcriptis, & publicis colloquÿs dubio procul eam permittentem. & nunquam eum ſimile quid reor permiſſurum, ſi pietatem in hac parte lædi ſapiens ille vir opinatus fuiſſet.* Verba Theophylacti ſunt ex eiuſdem Vecci Oratione de Vnione Eccleſiarum; Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις συγχωρήσω χρῆσθαί σε τῇ λέξει τῆς τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύσεως, ὡς ἡ γλῶσσά σοι δίδωσιν, ἐν κοινοῖς λέγω λόγοις, καὶ ὁμιλίαις ἐκκλησιαστικαῖς εἰ βούλει, ἐν δὲ τῷ Συμβόλῳ μόνῳ οὐ συγχωρήσω σοι. *In alÿs quidem concedo tibi vocem vſurpandam Spiritus ex Patre & Filio proceſſionis, vt tibi lingua permittit, in communibus nempe ſermonibus & colloquÿs, ſi allubeſcit, in Symbolo vero ſolo non concedam.* Eodem ferme tempore Nicetas Maroniæ Theſſalonicenſis Archiepiſcopus in libris,

quos

quos ipse concinnauit de processione Spiritus sancti, rationibus a Latino allatis cedens dogmati tandem, post liberiorem in vtranque partem disputationem concedens, dogma vti verum sincerumque approbat, contendit tamen lib. 6. licet verum Symbolo non esse addendum. Hinc deridetur a Bessarione, quasi de vmbra Asini contenderet. Πρᾶγμα μεγάλης εὐλαβείας τε καὶ σοφίας, ὅμοιον εἴ τις ἔλεγεν, μὴ δεῖν παῤῥησιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν. *Rem magnæ profecto deuotionis ac sapientiæ! ac si diceret, non oppetere veritatem publice prædicare.* Sed non dum visa verba illius recitentur; Οὐκοῦν καὶ αὐτοὶ τὸ καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ φωνοῦντες ἐν τῷ Συμβόλῳ, ἡμῖν τε τὰ ἐναντία φρονοῦντες, καὶ ἀσυμφώνως ἔχοντες δόξετε ἔσεσθαι. καὶ οὐδέποτε εἰς ταυτὰ συνελθεῖν δυνηθήσεσθαι, καὶ τῷ σοφῷ Ἰωάννῃ ἀντικείμενα φθεγγόμενοι πάντοτε νομισθείητε. εἰ γὰρ εἰς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Κυρίλλου καὶ Ἀθανασίου, καὶ τῶν ἄλλων Πατέρων, καὶ πρὸ τούτων Χριστοῦ μαθητής. πρὸς τούτοις δὲ καὶ ὅπερ οὐκ εἶπον ἐν τῷ Συμβόλῳ οἱ ἅγιοι, τοῦτο ἐκφωνοῦντες ὑμεῖς, αὐτοῖς πᾶσιν ἕπεσθε, ἀλλ' ἑτεροφωνεῖν πάντως ὑποληφθείητε. χρεὼν γὰρ μὴ μόνον κατὰ τὰ δόγματα, καὶ τὰ νοήματα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὰ τὰ ῥήματα φυλάττειν ἀκαινοτόμητον, καὶ ἀπαρεγχείρητον τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν. καὶ πόσαι ἀμφιβολίαι δογματικαὶ ἐκινήθησαν; ἀλλ' οὐδεμία Σύνοδος μετὰ τὴν δευτέραν Σύνοδον, ἥ τις τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος δόξαν ἐξαύωσεν, οὐδὲ ἓν ῥῆμα,

οὔτε ἀφεῖλεν, οὔτε προσέθηκεν, οὔτε τι τῶν ὁρισθέντων ἠλλοίωσεν. ἀλλὰ καὶ αἱ πλείους τῶν ἀμφιβολιῶν ἐκ τῶν ῥημάτων μᾶλλον τοῦ ἁγίου Συμβόλου διελύθησαν, καὶ ἡ τούτων ὁμολογία πᾶσαν ὑποψίαν καὶ ἀμφιβολίαν ἐξέβαλεν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἄλλως καὶ ἄλλως παρ' ἄλλοις καὶ ἄλλοις νοούμενον ἐκ τῶν ἐν τῷ Συμβόλῳ ῥητῶν καινοτομίαν οὐδεμίαν ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ ἡ γνησία τοῦ ἀμφιβόλου διάνοια δι' ἑτέρων ἐκθέσεων καὶ ὁρισμῶν παραδέδοται, καὶ ἡ νόθος ἀπόβλητος γέγονεν. οὕτως ἐπὶ τῆς τρίτης, οὕτως ἐπὶ τῆς τετάρτης, οὕτως ἐπὶ τῶν ἑξῆς. τὸ δὲ ἅγιον Σύμβολον τῆς θρησκείας ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐξετέθη, διατετήρηται. εἰ γὰρ δοθείη ἐκ τῶν παρεμπιπτουσῶν ἀμφιβολιῶν, ἄλλας καὶ ἄλλας προσθήκας ποιεῖν, ἢ ἀφαιρέσεις, ἢ ἀμείψεις τινῶν, λάθοιμεν ἂν κατ' ὀλίγον ὅρια Πατέρων παρασαλεύοντες, ἐπεὶ καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ποιησαμένων τὴν ἔκθεσιν πολλαὶ ἀμφιβολίαι μετὰ ταῦτα περὶ τοῦ ὁμοουσίου γεγόνασιν, ὅπερ μία τοῦ Συμβόλου λέξις ἐστί. πολλοὶ γὰρ ἐναντιοφρονοῦντες τοῖς πατράσι, τὸ αὐτὸ μὲν ῥῆμα πρὸς ἐπίκρυψιν τῆς σφῶν ἀσεβείας προΐεντο. ἄλλην δὲ εἶχον ἐν ἑαυτοῖς τὴν διάνοιαν. ἀλλ' οὐκ ἠθέλησαν ἐν τῷ Συμβόλῳ διορισμὸν προστεθῆναί τινα τῆς εὐσεβοῦς ἐννοίας ἐκφαντικὸν, ἢ τῆς ἀσεβοῦς ἐκδοχῆς ἀποδιοριστικόν. ἀλλ' ἰδίᾳ μὲν καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι περὶ τῆς λέξεως καὶ τῆς σημασίας αὐτῆς ἠγωνίσαντο, καὶ τὴν ἑρμηνείαν σαφῆ τε καὶ εὐσεβῆ συνεγράψαντό τε καὶ ἐκδεδώκασι, τὸ μὲν ὀρθόδοξον νόημα σαφῶς παραστήσαντες, τὸ δὲ αἱρετικὸν διελέγξαντες, ὡς καὶ ὁ μέγας ἐποίησεν Ἀθανά-

σιος

στος. προσθήκην δὲ, ἢ ἀφαίρεσιν, ἢ τῆς λέξεως ἀλλοίωσιν οὐδόλως ἐποίησαν. ὅτι μὲν οὖν ἐν τῷ Συμβόλῳ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον οἱ Πατέρες εἶπον καὶ πλέον οὐδὲν, δηλοῦσιν αὐταὶ αἱ καθ' ἑκάστην Σύνοδον πράξεις, καὶ τὰ συνοδικὰ, ἕως αἱ περὶ τούτων διαλαμβάνουσι βίβλοι. πανταχοῦ γὰρ οὕτως ἔχουσαι φέρονται, καὶ οὔτε τὸ, ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὔτε τὸ, οὐκ ἐκ τοῦ υἱοῦ, ἢ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐγκείμενον ἔχουσιν. Et infra; Ἐχρῆν μὲν λοιπὸν τὰ ἴσα τοῖς πατράσι καὶ φίλα δρῶντας ἐν μὲν τῷ Συμβόλῳ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον ἐκφωνεῖν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν Πατέρων παράδοσιν, τὸ δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι διὰ συγγραφῶν ἑτέρων δηλοῦν ἑρμηνευούσων τὴν εὐσεβῆ τούτων διάνοιαν, εἴτε διὰ τοῦ υἱοῦ λέγειν ἐθέλοιτε τὴν ἐκπόρευσιν, εἴτε ἐκ τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸ αὐτὸ σημαινόμενον, καὶ μηδὲν εἰσάγειν σκάνδαλον ἐν τῷ μέσῳ κοινὸν, καὶ σχίσματος τοιούτου καὶ διαιρέσεως αἴτιον. ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Ἀθανάσιος καὶ ὁ σοφὸς Κύριλλος οὕτω νοοῦντες τὴν ἐκ πατρὸς ἐκπόρευσιν, ἐν ἰδίοις μὲν συγγράμμασι τὴν τοῦ πνεύματος ἐκπόρευσιν διεσάφησαν, ἐν δὲ τῷ Συμβόλῳ προσέθεσαν οὐδέν. Et infra; Σιγήσατε γοῦν καὶ αὐτοὶ τὴν προσθήκην ταύτης τῆς λέξεως, καὶ μηκέτι ἐν τῷ Συμβόλῳ ἐκφωνεῖτε τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. ἀλλὰ κατὰ τοὺς Πατέρας μεθ' ἡμῶν τὸ, ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον; τὸ συμπατρὶ καὶ υἱῷ συνδοξαζόμενον εἴπατε. ἀρκέσει δὲ ὑμῖν, καὶ ἡμῖν ἀμφοτέρων εἰς σύμπνοιαν εἰς ἓν διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος χάριτος. ἐπεὶ συμφωνοῦμεν ἀλλήλοις κατὰ τὸ λέγειν, ἐκ τοῦ πατρὸς διὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ πνεύμα-

μετ' ὄρων τῶν ἐκπόρευσιν. Igitur vosmetipsi illud ex Filio pronunciantes in Symbolo a nobis discordare, vestraque studia a nostris longe diuersa esse apparebunt, & nunquam futuris temporibus in idem conuenire poterunt; & sapienti Ioanni contraria dicere semper reputabimini. Licet tamen hic vnus sit, attamen & Cyrilli & Athanasij, & aliorum Patrum, & ante Patres Christi discipulus est. Adde, non expressum a Sanctis in Symbolo vos pronunciantes, non eos sequi, sed aliena ab illis dicere existimabimini. Nanque necesse est non solum secundum dogmata & sententias, sed secundum dictiones etiam conseruare inoffensam atque integram Fidei expositionem. Quot porro de dogmate quæstiones disputatæ sunt? sed nulla ex Synodis post secundam, quæ sententiam de Spiritu sancto explanauit, neque ademit, neque addidit, neque quidpiam ex ijs quæ definita erant, immutauit; sed dubiorum maxima, ex verbis ipsius Symboli potius dissoluta sunt, & eorum confessio suspicionem omnem & dubium, vti par erat, procul amouit. Et licet alio atque alio modo ab alijs atque alijs intelligebatur, dicta tamen Symboli nullo modo immutata sunt; sed germana dubij sententia per alias expositiones, & placita publicata est, & spuria reiecta. Sic actum est in tertia, sic in quarta, sic in reliquis. Symbolum vero religionis sanctum, vt a principio traditum est, conseruatum

tum est. Nanque si concedatur, ob dubitationes exorientes alias atque alias additiones facere, aut ademptiones, aut aliquorum mutationes, næ nos paulatim Patrum terminos transiliremus, cum adhuc iisdem Patribus, qui Symbolum ediderunt, superstitibus multa postmodum de Homousio dubia exorta, quæ vna tantummodo dictio Symboli est; multi siquidem contraria Patribus sentientes, dictionem illam ad occultandam propriam impietatem amplectebantur, qui aliam in se sententiam abscondebant, sed Patres noluerunt in Symbolo determinationem vllam addere, quæ piam sententiam explicaret, aut impiam assertionem exterminaret, sed priuatim & per seipsos singuli de dictione illiusque significatu decertarunt, & expositionem apertam & piam scriptis suis ediderunt, & publicarunt, intelligentiam illius rectam ostendentes, hæreticam refellentes, vti magnus Athanasius egit; additionem vero, aut ademptionem vel dictionis immutationem nullam attentarunt. Patres itaque in Symbolo illud, qui ex Patre procedit dixisse, nec quippiam aliud, manifeste clamant singularum Synodorum Actiones, & Synodica ipsa volumina nempe quæ earum acta continent: Vbique enim locorum vno modo se habentia circumferuntur, & neque illud, ex Filio, neque illud, non ex Filio, aut, per Filium, assutum habent. Et infra; *Porrò opus est vos Patrum vestigia sequentes,*

 &

& amicitiam retinentes in Symbolo quidem illud, qui ex Patre procedit, pronunciare, vti est Patrum ab antiquo traditio, illud vero, per Filium procedere, alijs scriptionibus inculcare, quæ piam illius sententiam exponant, siue per Filium vultis asserere processionem, siue ex Filio secundum eundem significatum, neque scandalum commune in medium introducere, quod tanti Schismatis & diuisionis causa sit; quod & magnus Athanasius & sapiens Cyrillus non alio modo intelligentes ex Patre processionem in proprijs Commentarijs Spiritus manifestarunt, sed in Symbolo nihil addiderunt, Et infra; *Similem itaque dictionis additionem silentio vos quoque inuoluite, neque in Symbolo in posterum pronunciate, qui ex Patre Filioque procedit, sed vti Patres ita nobiscum dicite, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul glorificatur, quod satis vtrisque nobis & vobis per Spiritus sancti gratiam amorem conciliabit. cum inuicem concordemus, cum dicimus, & profitemur, ex Patre per Filium processionem.* Et Nicetæ Thessalonicensis de processione Spiritus sancti sententiam Schismatici ipsi cognouerunt, & fassi sunt, eum scilicet in dogma Latinorum, non in additionem subscripsisse. Nilus Thessalonicensis in solutione decimi quarti argumenti Latinorum; Τὶς γὰρ ἀγνοεῖ Νικήταν τὸν ἡμέτερον, ἡμέτερος γὰρ, Θεοσαλονίκης Ἐπίσκοπος ὤν, εἰ καὶ

τῇ

τῇ δόξῃ τῇ περὶ τοῦ πνεύματος, Λατίνοις μὲν καὶ σφόδρα οἰκεῖος, ἡμῖν δὲ πολέμιος. *Quis ignorat nostrum Nicetam, noster nanque est, cum Thessalonicæ Episcopus extiterit, licet in opinione de processione Spiritus nobis contrarius sit, Latinis admodum fauere.* Et infra ætatem illius designat; Εἰ δὲ ἐξ ἐκείνου χρόνοι ἐνιαυτῶν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τούτους. ἐπὶ γὰρ τοῦ τετάρτου τῶν Κομνηνῶν βασιλέων ἐγεγόνει. *Si vero ex eius ætate anni solares ducenti & quinquaginta, & plures etiam præterierunt: in quarto nanque Imperatore Comneno vitam agebat.* Quartus ex Comnena familia Imperator Emmanuël recensetur. & ex Nilo Demetrius Chrysoloras. Τίς ἀγνοεῖ Νικήταν Θεσσαλονίκης Ἐπίσκοπον, τὴν περὶ τοῦ πνεύματος δόξαν ἡμῖν μὲν πολέμιον, οἰκεῖον δὲ Λατίνοις. *Cui notus non est Nicetas Thessalonicensis, qui in processione Spiritus, nobis aduersatur, & cum Latinis conuenit.* Emmanuëlis itaque imperio in Ecclesia Græcorum sententia Latinorum de processione Spiritus etiam ex Filio, communi omnium calculo damnata non erat: neque Latini qui eam mordicus defendebant, condemnabantur.

Ioannes quoque Batatius post deperditam a Græcis Constantinopolim vnionem enixe procurauit alio atque alio tempore in colloquijs familiaribus, missis ad Romanum

Pon-

Pontificem Oratoribus, Romæque ſummo honore exceptis. Inter alias Legationes ſumme honorifica habita eſt, quam communi omnium voto ſub Manuële Patriarcha ad Pontificem Romanum miſit pro Eccleſiarum reconciliatione, eo pacto, vt ſi contingeret Præſules miſſos ſacrum facere, ijdem primum in eo, pro more Eccleſiæ antiquo, commemorationem Papæ facerent, inde poſtmodum reuerſi ſimile peragerent, & Romani Pontificis priuilegia conſeruarentur. Nulla ibi de dogmate quæſtio propoſita fuit: ſed totum Legationis propoſitum fuit, vt regina Vrbium ciuitas Græcis reſtitueretur. Præceptum nanque Oratoribus fuerat, vt ea quæ diximus ſtatim exequerentur, dummodo Pontifex Romanus reſtitutionem Vrbis polliceretur. Cum vero Pontifex aſſereret non poſſe ſe contra ſui generis homines, bello excitato, immitem cladem pro recuperando Græcis imperio præparare, re infecta Oratores Conſtantinopolim rediere. Hic quoq; de dogmate verbum nullum agitatum eſt, licet antea de omnibus coacta Synodo Conſtantinopoli determinatum fuiſſet. Michaël Palæologus apud Pachymerium comperiens ſub Ioanne Batatio in ipſa Synodo ſancitum fuiſſe, ſi finem feciſſent Latinis auxiliares copias Latini, qui Conſtan-

ſtantinopoli erant, mittendi, ſic & Græci parati fuiſſent cum illis vna ſacra facere, & mentionem Pontificis inter ea celebrare: & hoc modo ſpondebat; mittebanturque propterea & Sardium Andronicus, & Cizyci Georgius, & effectum habuiſſet, ſi conditiones illi acceptaſſent. Eo nempe ſpectabant Græcorum conſilia, vt illius vnionis beneficio Occidentalium auxilio Latinis deſtitutis, Conſtantinopolitanos ſibi ſubijcerent, non vt fidei dogma corrigerent. Quid vero Michaël Palæologus pro vnione egerit, fuſe a nobis in Opere de Conſenſione dictum eſt, ex eo petat Lector. Nec Michaël ſolum, ſed & ex Adrianopolitano Epiſcopo Patriarcha Conſtantinopolitanus Germanus vir doctiſſimus æque ac ſanctiſſimus, Hieroſolymitanus Athanaſius in ipſo Domini ſepulchro ab Agarenis infidis obtruncatus, Georgius Acropolita & magnus Logotheta tum ſacris tum profanis literis inſtructiſſimus, Theophanes Nicænæ Eccleſiæ Præſul rebus Eccleſiaſticis necnon externis etiã doctiſſimus, Ioannes Veccus magnæ Eccleſiæ Chartophylax, Georgius Metochita Archidiaconus, Conſtantinus Meliteniota, Georgius Cyprius, & alij quoque magni nominis viri negotium hoc vnionis & ſolicitudine, & cura, & vigilijs, & ſcriptis etiam editis

pro-

procurarunt: conclusumque est inter vtrasque Ecclesias, pace reddita tribus tantum capitibus circumscripta, primatu, appellatione, & commemoratione Romani Pontificis inter sacra.

Sed dices, vita functo Michaële, sub ipso Andronici Senioris illius filij imperio initio, statim in Oriente omnia tumentibus Græcorum animis conturbata fuisse & dextra læuis transmutata: nanq; Georgius Cyprius Patriarcha Vecco suffectus cum suæ factionis hominibus concordiam initam alio atque alio modo dissoluit. Rem prolixe narrant Georgius Metochita, & Pachymeres. Insepultus iacuit Michaël Imperator. Veccus de throno eiectus custodibus traditur. Metochita & Meliteniota carceribus includuntur, in quibus & vitam pro vnitate dogmatis obierunt, ob hanc solam causam depositi, quod Michaëlis tempore Missæ Latinorum interfuerint. Et quid efferati illi homines in ædes sacras, oratoria, & animata Christi templa non intentarunt? Gladio, sanguine, cædibus omnia commaculata sunt. Nomen Latinorum aures ipsæ æq; atque aspis incantantium voces detestatæ sunt. Non inficior. Sed rem vna mecum Hottingere considera. Exilium & carceres Metochitæ & Meliteniotæ non probat Pachymeres

Schi-

Schiſmaticus; & alio Ioſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani exemplo confirmat; Τοῖς δέ γε Ἀρχιδιακόνοις, τῷ τε Μηλιτηνιώτῃ φημὶ, καὶ τῷ Μετοχίτῃ, ὅτι πρέσβεις ἐκπεμφθέντες πρὸς βασιλέως ξυνῆλθον τῷ Πάπᾳ λειτουργοῦντι, καί γε συνίσαν, ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα, οἱ ἀμφὶ τὸν Παράστρωνα Ἰωάννην φρέριοι καὶ αὐτοὶ πρὸς τοῦ Πάπα κατὰ πρεσβείαν σταλέντες οὕτως ἔπραττον λειτουργοῦντος τότε τοῦ Πατριάρχου Ἰωσήφ. καί γε ἀνεκτὸν ἐδόκει, καὶ μηδὲν ἔχον πρόσκειμα, ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις, ὡς παραβᾶσι τὰ μέγιστα τελείαν ἐπῆγον καθαίρεσιν. *Archidiaconos vero Meliteniotam, inquam, & Metochitam, quod Legati ab Imperatore miſſi, cum Papa ſacra faciente conuenerant, id nec ipſi negabant, quandoquidem & hic qui cum Paraſtro Ioanne a Papa adlegati aderant, non aliter faciebant, cum Miſſam caneret Ioſephus Patriarcha, idque tolerabile videbatur, nec vertebatur in crimen; Nihilominus ob hanc cauſam, ac ſi in maximis ac teterrimis deliquiſſent, deponuntur*. Paraſter Ioannes & Papa de proceſſione Spiritus idem ſentiebant; & lex prohibens Hæreticorum ſacris Catholicos intereſſe, eadem prohibet Hæreticorum aſſiſtentiam in ſacris Catholicorum. Quare ſi Græci admittebant Latinos in ſuis ſacris, non ergo eos reputabant hæreticos: ſi reputabant, male eoſdem in ſacris admittebant. Hinc collige, aliam diſſidij cauſam eſſe, non dog-

dogma impium & blaſphemum.

Georgius Cyprius Latinis parentibus ortus ob ambitionem, & affectatum Patriarchatus honorem, concordiam quam antea enixe procurauerat, & dogma, quod impenſe defenderat, veri pijque dogmatis deſertor, fœdifragus manifeſtus oppreſſit, & nomen hoſtium profeſſus, ſcripto factoque quam antea profitebantur Eccleſiam Catholicam conculcauit. Imperator ipſe Andronicus officijs Pontificiorum coniunctus, eorum ſententiam non improbat, vi tamen & neceſſitate infimæ ac ſordidiſſimæ plebeculæ coactus, quæ atrociſſima illi minabatur, & faſces ac coronam imperij denegabat, ni prius in ambone magnæ Eccleſiæ aduerſus Michaëlem patrem anathema diceret, minis, & tyrannidi concutientium omnia tumultu ceſſit, & imminenti tempeſtati obſecundauit. Hæc a Georgio Gemiſto ſibi tradita narrat Demetrius Raulus Cauaces ad Manilium filium Epiſtola, idiomate Græcorum vernaculo dictata. Audi; Ἐπάτρεμι δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν. μετὰ δὲ ταῦτα βουλόμενος ὁ βασιλεὺς στεφθῆναι κατὰ τὴν τάξιν τῶν βασιλέων ἔδοξε καλὸν τὸ κοινὸν μετὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς πόλεως βουλόμενοι ἀνατρέψαι τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς κύρις Μιχαήλ. καὶ μηνύουν ἀναίσχυντα πρὸς τὸν βασιλέα, εἰ μήπου

γα

νὰ ἀνήβη ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἄμβωνα τῆς ἁγίας Σοφίας νὰ ἀναθεματίσῃ τὸν Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν μέγαν λογοθέτην νὰ τὸν ἔχῃ ἄρχοντα εἰς τὰ πράγματα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς ποιήσῃ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὁμοίως τῷ βασιλεῖ, ὃς ἦν αἴτιος ταύτης τῆς ἑνώσεως τῆς Ἐκκλησίας. ὁ βασιλεὺς δὲ ἤκουσεν αὐτὸ τοῦτο δυσχερῶς καὶ κακῶς. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν πραγμάτων, μάλιστα δὲ ὁ μέγας λογοθέτης, καὶ πρῶτα μὲν ὡς ἄδικον πρᾶγμα, καὶ ἀσύμφορον, καὶ δύστηνον εἰς τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς γνώμην. ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὴν τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν τοῦ δήμου. ὅμως ἐμεταχειρίσθησαν μετὰ παντὸς τρόπου ἵνα ἀποκρούσωσι τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' οὐδόλως ἐδυνήθησαν σκέψαι. πλὴν ἐποίησαν κατὰ τὸ κοινὸν λόγον τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν, καὶ ἤδη συνεκατέβησαν εἰς ὅπερ ἐζήτει ὁ δῆμος, καὶ ἀκωλύτως γέγονεν ἡ στέψις τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ συνεπέρασαν ταῦτα, ἐτέθη εἰς περιορισμὸν ὁ γέρων μέγας λογοθέτης, ὡς αἴτιος τῆς ἑνώσεως τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας φαίνεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ δῆμος τὸ ἀνέγκασεν, οὐ μὴν ἄλλό τι. ἔμεινε δὲ εἰς τὴν φυλακὴν μέχρι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. *Sed vnde egressa est, reuertatur oratio. His peractis, cum Imperator ex more Imperatorum coronari percuperet, visum est communitati cum Vrbis Ecclesiasticis coniunctæ, vnionem subuertere Ecclesiæ, quam Imperator Michaël perfecerat, & sic impudenter Imperatori denunciant, itemque Senatui, nullo se modo permissuros Imperatoris coronationem, nisi prius ille in ambonem sanctæ*

Sophiæ

Sophiæ aſcendens patrem ſuum anathemati ſubiecerit, & a rebus publicis gerendis magnum Logothetam reiecerit, ni ille antea erga ſuum patrem, quæ in ſuum Imperator peregerat, effecerit, quod vnionis Eccleſiarum auctor fuiſſet, Grauiter ac moleſte hoc audijt Imperator, ſimiliter & qui rebus præerant, & inter eos præcipuus magnus Logotheta. Quod reputabant rem illam iniuſtam eſſe atque inutilem, & contra ſententiam patris Imperatoris, tum præterea propter audaciam & impudentiam multitudinis. Nihilominus operam dedere, vt modis omnibus conatus populi auerteretur. Sed prouidere non potuerunt. Quare vt multitudini complacebat, neceſſitatem vti liberalitatem erogarunt: & plebis poſtulationi ceſſerunt. & ſic nullo repugnante Imperatoris coronatio facta eſt. His abſolutis ſenex magnus Logotheta, Georgius nempe Metochita, *relegatur, vti Catholicæ Eccleſiæ vnionis auctor, ob hanc vnam & ſolam cauſam nec aliam plebis compulſu, qui in ipſis carceribus vitam finijt.* Non fuit ergo Andronici aduerſus vnionem hoſtilis animus, quam & iuſtam & proficuam, inſimul cum alijs Principibus, ſummiſque Imperij viris plane agnoſcebat, ideoque retinendam & conſeruandam; ſed ſtultiſſimæ plebeculæ vis, quæ illum ad iniuſta atque inutilia perſoluenda adegit. Hæreſim fouentem ſi re-

neas, illiusque commercio vtaris, in patriam, in Ecclesiam, in omnes inique iniurius es, & pestis ac pernicies Reipublicæ non immerito vocaberis. His tamen non obstantibus nihil Græci de suo mutant.

An facile credideris, Græcos dogmatum fidei acerrimos defensores, vt de se ipsis ijdem præsumunt, cum Romanis sese reconciliasse, si Romanos ipsos agnouissent hæresim propugnare, processionem scilicet Spiritus etiam ex Filio? Reconciliati sunt, Romanorum fidem & dogmata, & processionem Spiritus ex Filio, de quo tum temporis acriter disputabatur, exosculati sunt; res aliæ cedentes Romanis correxerunt, & negabimus eandem in vtrisque sententiam de processione Spiritus? eadem dicta, quæ & antea retinent in Patribus, & quæ concinebant antea in Ecclesia, eadem tum temporis retinentes concinebant, etiamsi varijs animis de simili processione dimicarent, donec Florentiæ coactum Concilium litigijs finem posuit.

Tandem ergo in Concilio pleno Florentino Imperatore Græcorum, Patriarcha Constantinopolitano, aliorumque Patriarcharum Legatis, & Præsulibus Græcis assensione comprobantibus, & sententiam de processione Spiritus ex Filio, & additionem

& amicitiam retinentes in Symbolo quidem illud, qui ex Patre procedit, pronunciare, vti est Patrum ab antiquo traditio, illud vero, per Filium procedere, alijs scriptionibus inculcare, quæ piam illius sententiam exponant, siue per Filium vultis asserere processionem, siue ex Filio secundum eundem significatum, neque scandalum commune in medium introducere, quod tanti Schismatis & diuisionis causa sit; quod & magnus Athanasius & sapiens Cyrillus non alio modo intelligentes ex Patre processionem in proprijs Commentarijs Spiritus manifestarunt, sed in Symbolo nihil addiderunt, Et infra; *Similem itaque dictionis additionem silentio vos quoque inuoluite, neque in Symbolo in posterum pronunciate, qui ex Patre Filioque procedit, sed vti Patres ita nobiscum dicite, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul glorificatur, quod satis vtrisque nobis & vobis per Spiritus sancti gratiam amorem conciliabit, cum inuicem concordemus, cum dicimus, & profitemur, ex Patre per Filium processionem.* Et Nicetæ Thessalonicensis de processione Spiritus sancti sententiam Schismatici ipsi cognouerunt, & fassi sunt, eum scilicet in dogma Latinorum, non in additionem subscripsisse. Nilus Thessalonicensis in solutione decimi quarti argumenti Latinorum; Τὶς γὰρ ἀγνοεῖ Νικήταν τὸν ἡμέτερον, ἡμέτερος γὰρ, Θεοσαλονίκης Ἐπίσκοπος ὢν, εἰ καὶ

τῇ

τῇ δόξῃ τῇ περὶ τοῦ πνεύματος, Λατίνοις μὲν καὶ σφόδρα οἰκεῖος, ἡμῖν δὲ πολέμιος. *Quis ignorat nostrum Nicetam, noster nanque est, cum Thessalonicæ Episcopus extiterit, licet in opinione de processione Spiritus nobis contrarius sit, Latinis admodum fauere.* Et infra ætatem illius designat; Εἰ δὲ ἐξ ἐκείνου χρόνοι ἐνιαυτῶν πεντήκοντα καὶ διακόσιοι, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τούτους. ἐπὶ γὰρ τοῦ τετάρτου τῶν Κομνηνῶν βασιλέων ἐγεγόνει. *Si vero ex eius ætate anni solares ducenti & quinquaginta, & plures etiam præterierunt: in quarto nanque Imperatore Comneno vitam agebat.* Quartus ex Comnena familia Imperator Emmanuël recensetur. & ex Nilo Demetrius Chrysoloras. Τίς ἀγνοεῖ Νικήταν Θεσσαλονίκης Ἐπίσκοπον, τὴν περὶ τοῦ πνεύματος δόξαν ἡμῖν μὲν πολέμιον, οἰκεῖον δὲ Λατίνοις. *Cui notus non est Nicetas Thessalonicensis, qui in processione Spiritus, nobis aduersatur, & cum Latinis conuenit.* Emmanuëlis itaque imperio in Ecclesia Græcorum sententia Latinorum de processione Spiritus etiam ex Filio, communi omnium calculo damnata non erat: neque Latini qui eam mordicus defendebant, condemnabantur.

Ioannes quoque Batatius post deperditam a Græcis Constantinopolim vnionem enixe procurauit alio atque alio tempore in colloquijs familiaribus, missis ad Romanum

Pon-

Pontificem Oratoribus, Romæque summo honore exceptis. Inter alias Legationes summe honorifica habita est, quam communi omnium voto sub Manuële Patriarcha ad Pontificem Romanum misit pro Ecclesiarum reconciliatione, eo pacto, vt si contingeret Præsules missos sacrum facere, ijdem primum in eo, pro more Ecclesiæ antiquo, commemorationem Papæ facerent, inde postmodum reuersi simile peragerent, & Romani Pontificis priuilegia conseruarentur. Nulla ibi de dogmate quæstio proposita fuit: sed totum Legationis propositum fuit, vt regina Vrbium ciuitas Græcis restitueretur. Præceptum nanque Oratoribus fuerat, vt ea quæ diximus statim exequerentur, dummodo Pontifex Romanus restitutionem Vrbis polliceretur. Cum vero Pontifex assereret non posse se contra sui generis homines, bello excitato, immitem cladem pro recuperando Græcis imperio præparare, re infecta Oratores Constantinopolim rediere. Hic quoq; de dogmate verbum nullum agitatum est, licet antea de omnibus coacta Synodo Constantinopoli determinatum fuisset. Michaël Palæologus apud Pachymerium comperiens sub Ioanne Batatio in ipsa Synodo sancitum fuisse, si finem fecissent Latinis auxiliares copias Latini, qui Con-
stan-

ſtantinopoli erant, mittendi, ſic & Græci parati fuiſſent cum illis vna ſacra facere, & mentionem Pontificis inter ea celebrare: & hoc modo ſpondebat; mittebanturque propterea & Sardium Andronicus, & Cizyci Georgius, & effectum habuiſſet, ſi conditiones illi acceptaſſent. Eo nempe ſpectabant Græcorum conſilia, vt illius vnionis beneficio Occidentalium auxilio Latinis deſtitutis, Conſtantinopolitanos ſibi ſubijcerent, non vt fidei dogma corrigerent. Quid vero Michaël Palæologus pro vnione egerit, fuſe a nobis in Opere de Conſenſione dictum eſt, ex eo petat Lector. Nec Michaël ſolum, ſed & ex Adrianopolitano Epiſcopo Patriarcha Conſtantinopolitanus Germanus vir doctiſſimus æque ac ſanctiſſimus, Hieroſolymitanus Athanaſius in ipſo Domini ſepulchro ab Agarenis infidis obtruncatus, Georgius Acropolita & magnus Logotheta tum ſacris tum profanis literis inſtructiſſimus, Theophanes Nicænæ Eccleſiæ Præſul rebus Eccleſiaſticis necnon externis etiã doctiſſimus, Ioannes Veccus magnæ Eccleſiæ Chartophylax, Georgius Metochita Archidiaconus, Conſtantinus Meliteniota, Georgius Cyprius, & alij quoque magni nominis viri negotium hoc vnionis & ſolicitudine, & cura, & vigilijs, & ſcriptis etiam editis

pro-

procurarunt: conclusumque est inter vtrasque Ecclesias, pace reddita tribus tantum capitibus circumscripta, primatu, appellatione, & commemoratione Romani Pontificis inter sacra.

Sed dices, vita functo Michaële, sub ipso Andronici Senioris illius filij imperio initio, statim in Oriente omnia tumentibus Græcorum animis conturbata fuisse & dextra læuis transmutata: nanq; Georgius Cyprius Patriarcha Vecco suffectus cum suæ factionis hominibus concordiam initam alio atque alio modo dissoluit. Rem prolixe narrant Georgius Metochita, & Pachymeres. Insepultus iacuit Michaël Imperator. Veccus de throno eiectus custodibus traditur. Metochita & Meliteniota carceribus includuntur, in quibus & vitam pro vnitate dogmatis obierunt, ob hanc solam causam depositi, quod Michaëlis tempore Missæ Latinorum interfuerint. Et quid efferati illi homines in ædes sacras, oratoria, & animata Christi templa non intentarunt? Gladio, sanguine, cædibus omnia commaculata sunt. Nomen Latinorum aures ipsæ æq; atque aspis incantantium voces detestatæ sunt. Non inficior. Sed rem vna mecum Hottingere considera. Exilium & carceres Metochitæ & Meliteniotæ non probat Pachymeres

Schi-

Schiſmaticus; & alio Ioſephi Patriarchæ Conſtantinopolitani exemplo confirmat; Τοῖς δέ γε Ἀρχιδιακόνοις, τῷ τε Μελιτηνιώτῃ φημὶ, καὶ τῷ Μετοχίτῃ, ὅτι πρέσβεις ἐκπεμφθέντες πρὸς βασιλέως ξυνῆλθον τῷ Πάπᾳ λειτουργοῦντι, καί γε συνίσταν, ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα, οἱ ἀμφὶ τὸν Παράστρωνα Ἰωάννην φρέριοι καὶ αὐτοὶ πρὸς τοῦ Πάπα κατὰ πρεσβείαν σταλέντες οὕτως ἔπραττον λειτουργοῦντος τότε τοῦ Πατριάρχου Ἰωσήφ. καί γε ἀνεκτὸν ἐδόκει, καὶ μηδὲν ἔχον πρόσκειμα, ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις, ὡς παραβᾶσι τὰ μέγιστα τὴν θείαν ἐπῆγον καθαίρεσιν. *Archidiaconos vero Meliteniotam, inquam, & Metochitam, quod Legati ab Imperatore miſſi, cum Papa ſacra faciente conuenerant, id nec ipſi negabant, quandoquidem & hic qui cum Paraſtro Ioanne a Papa adlegati aderant, non aliter faciebant, cum Miſſam caneret Ioſephus Patriarcha, idque tolerabile videbatur, nec vertebatur in crimen; Nihilominus ob hanc cauſam, ac ſi in maximis ac teterrimis deliquiſſent, deponuntur.* Paraſter Ioannes & Papa de proceſſione Spiritus idem ſentiebant; & lex prohibens Hæreticorum ſacris Catholicos intereſſe, eadem prohibet Hæreticorum aſſiſtentiam in ſacris Catholicorum. Quare ſi Græci admittebant Latinos in ſuis ſacris, non ergo eos reputabant hæreticos: ſi reputabant, male eoſdem in ſacris admittebant. Hinc collige, aliam diſſidij cauſam eſſe, non

dog-

dogma impium & blaſphemum.

Georgius Cyprius Latinis parentibus ortus ob ambitionem, & affectatum Patriarchatus honorem, concordiam quam antea enixe procurauerat, & dogma, quod impenſe defenderat, veri pijque dogmatis deſertor, fœdifragus manifeſtus oppreſſit, & nomen hoſtium profeſſus, ſcripto factoque quam antea profitebantur Eccleſiam Catholicam conculcauit. Imperator ipſe Andronicus officijs Pontificiorum coniunctus, eorum ſententiam non improbat, vi tamen & neceſſitate infimæ ac ſordidiſſimæ plebeculæ coactus, quæ atrociſſima illi minabatur, & faſces ac coronam imperij denegabat, ni prius in ambone magnæ Eccleſiæ aduerſus Michaëlem patrem anathema diceret, minis, & tyrannidi concutientium omnia tumultu ceſſit, & imminenti tempeſtati obſecundauit. Hæc a Georgio Gemiſto ſibi tradita narrat Demetrius Raulus Cauaces ad Manilium filium Epiſtola, idiomate Græcorum vernaculo dictata. Audi; Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν. μετὰ δὲ ταῦτα βουλόμενος ὁ βασιλεὺς στεφθῆναι κατὰ τὴν τάξιν τῶν βασιλέων ἔδοξε καλὸν τὸ κοινὸν μετὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῆς πόλεως βουλόμενοι ἀναστρέψαι τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς κύριος Μιχαήλ. καὶ μηνύουσιν ἀναίσχυντα πρὸς τὸν βασιλέα, εἰ μήπου

νὰ ἀνέβη ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἄμβωνα τῆς ἁγίας Σοφίας νὰ ἀναθεματίσῃ τὸν Πατέρα τὸν ἑαυτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τὸν μέγαν λογοθέτην νὰ τὸν ἔχῃ ἄρχοντα εἰς τὰ πράγματα, ἐὰν μὴ καὶ αὐτὸς ποιήσῃ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ὁμοίως τῷ βασιλεῖ, ὃς ἦν αἴτιος ταύτης τῆς ἑνώσεως τῆς Ἐκκλησίας. ὁ βασιλεὺς δὲ ἤκουσεν αὐτὸ τοῦτο δυσχερῶς καὶ κακῶς. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες τῶν πραγμάτων, μάλιστα δὲ ὁ μέγας λογοθέτης, καὶ πρῶτα μὲν ὡς ἄδικον πρᾶγμα, καὶ ἀσύμφορον, καὶ δύσλυον εἰς τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς γνώμην. ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὴν τόλμαν καὶ ἀναισχυντίαν τοῦ δήμου. ὅμως ἐμεταχειρίσθησαν μετὰ παντὸς τρόπου ἵνα ἀποκρούσωσι τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' οὐδόλως ἐδυνήθησαν σκέψαι. πλὴν ἐποίησαν κατὰ τὸν κοινὸν λόγον τὴν ἀνάγκην φιλοτιμίαν, καὶ ἤδη συνεκατέβησαν εἰς ὅπερ ἐζήτει ὁ δῆμος, καὶ ἀκωλύτως γέγονεν ἡ στέψις τοῦ βασιλέως. ὡς δὲ συνεπέραναν ταῦτα, ἐτέθη εἰς περιορισμὸν ὁ γέρων μέγας λογοθέτης, ὡς αἴτιος τῆς ἑνώσεως τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας φαίνεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ δῆμος τὸ ἀνέγκασεν, οὐ μὴν ἄλλό τι. ἔμεινε δὲ εἰς τὴν φυλακὴν μέχρι καὶ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς. *Sed vnde egressa est, reuertatur oratio. His peractis, cum Imperator ex more Imperatorum coronari percuperet, visum est communitati cum Vrbis Ecclesiasticis coniunctæ, vnionem subuertere Ecclesiæ, quam Imperator Michaël perfecerat, & sic impudenter Imperatori denunciant, itemque Senatui, nullo se modo permissuros Imperatoris coronationem, nisi prius ille in ambonem sanctæ*

Sophiæ aſcendens patrem ſuum anathemati ſubiecerit, & a rebus publicis gerendis magnum Logothetam reiecerit, ni ille antea erga ſuum patrem, quæ in ſuum Imperator peregerat, effecerit, quod vnionis Eccleſiarum auctor fuiſſet, Grauiter ac moleſte hoc audiÿt Imperator, ſimiliter & qui rebus præerant, & inter eos præcipuus magnus Logotheta. Quod reputabant rem illam iniuſtam eſſe atque inutilem, & contra ſententiam patris Imperatoris, tum præterea propter audaciam & impudentiam multitudinis. Nihilominus operam dedere, vt modis omnibus conatus populi auerteretur. Sed prouidere non potuerunt. Quare vt multitudini complacebat, neceſſitatem vti liberalitatem erogarunt. & plebis poſtulationi ceſſerunt. & ſic nullo repugnante Imperatoris coronatio facta eſt. His abſolutis ſenex magnus Logotheta, Georgius nempe Metochita, *relegatur, vti Catholicæ Eccleſiæ vnionis auctor, ob hanc vnam & ſolam cauſam nec aliam plebis compulſu, qui in ipſis carceribus vitam finiÿt.* Non fuit ergo Andronici aduerſus vnionem hoſtilis animus, quam & iuſtam & proficuam, inſimul cum alijs Principibus, ſummiſque Imperij viris plane agnoſcebat, ideoque retinendam & conſeruandam,″ ſed ſtultiſſimæ plebeculæ vis, quæ illum ad iniuſta atque inutilia perſoluenda adegit. Hæreſim fouentem ſi re-

tineas,

neas, illiusque commercio vtaris, in patriam, in Ecclesiam, in omnes inique iniurius es, & pestis ac pernicies Reipublicæ non immerito vocaberis. His tamen non obstantibus nihil Græci de suo mutant.

An facile credideris, Græcos dogmatum fidei acerrimos defensores, vt de se ipsis ijdem præsumunt, cum Romanis sese reconciliasse, si Romanos ipsos agnouissent hæresim propugnare, processionem scilicet Spiritus etiam ex Filio? Reconciliati sunt, Romanorum fidem & dogmata, & processionem Spiritus ex Filio, de quo tum temporis acriter disputabatur, exosculati sunt; res aliæ cedentes Romanis correxerunt, & negabimus eandem in vtrisque sententiam de processione Spiritus? eadem dicta, quæ & antea retinent in Patribus, & quæ concinebant antea in Ecclesia, eadem tum temporis retinentes concinebant, etiamsi varijs animis de simili processione dimicarent, donec Florentiæ coactum Concilium litigijs finem posuit.

Tandem ergo in Concilio pleno Florentino Imperatore Græcorum, Patriarcha Constantinopolitano, aliorumque Patriarcharum Legatis, & Præsulibus Græcis assensione comprobantibus, & sententiam de processione Spiritus ex Filio, & additionem

factam in Symbolo, definitum eſt, rectam Latinorum eſſe ſententiam, illique ſimul vnà omnes, vnum ſi excipias Marcum Epheſium, ſubſcripſerunt. Et licet de Patriarchæ mente non nemo dubitauerit, ſi tamen Concilij verba ipſiuſque Patriarchæ conſiderate examinentur, dubitatio hæc nulla eſſe comperietur, & oppoſitum demonſtrabitur. Dicunt enim, conſenſionem Græcorum talem fuiſſe, vt ſuam non damnarent ſententiam: cum putarẽt conciliari poſſe Græcorum & Latinorum opinionem; liquereq; hoc ex vltima ſeſſione Concilij, vbi de hac controuerſia ſic loquitur Patriarcha; *Ego noſtrum paternum dogma non derelinquam: neque mutabo, ſed in eo, quouſque vixero, permanebo*. & continuo ſubiungit, Latinorum etiam ſententiam admittere, ſi commode exponatur; *Sed quoniam Latini non temere, nec ex ſententia propria, verũ Sanctorum auctoritatibus adducti, ſanctum Spiritum ex Patre Filioque procedere credunt, idcirco eis aſſentior, & cum ipſis coniungor, ac præpoſitionem per Filium, Spiritus ſancti cauſam, ſignificare concedo*. Nempe quia olim Græcorum complures ita fuerunt locuti: non autem quaſi propterea recedat ab eo, quod Græca hactenus Eccleſia tanto ſtudio defenſitaſſet. Patriarcham nihilominus in ſententiam Latinorum

iuiſſe,

iuiſſe, receſſiſſe a Græcorum aperte declarat, qui rebus oculatus teſtis, & percurioſus obſeruator interfuit Marcus Epheſius de Synodo Florentina; Οὐκ ἐπαύσαντο πάντα λίθον κινοῦντες οἱ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας καὶ εὐσεβείας προδόται, μέχρι διεπράξαντο συναγαγόντες τὴν Σύνοδον ἐκρῆξαι τὸν Λατινισμὸν εἰς τὸ φανερὸν, Βασιλέως τε καὶ Πατριάρχου προκαθημένου, καὶ τοῦ Δεσπότου τούτοις συνεδριάζοντος. *Non deſtiterent ſalutis ſuæ & religionis proditores omnem mouere lapidem, donec Synodo congregata effecerunt, vt Latiniſmus palam erumperet, præſentibus Imperatore, & Patriarcha et Deſpota illis aſſiſtente.* Et infra; Ἀλλ' οἱ τολμηροὶ περὶ τὴν δυσέβειαν, καὶ ὅσοι τούτοις παρὰ τὴν ἀρχὴν ἠκολούθησαν ἐπαγγελίαις λαμπραῖς ὑπαχθέντες καὶ δόγμασι, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὸν υἱὸν ἀπεφήναντο τοῦ πνεύματος αἴτιον. *Verum qui ad impietatem audaces erant, quique illos a principio ſecuti ſunt, amplis pollicitationibus & muneribus pellecti, nuda fronte Filium Spiritus cauſam pronunciarunt.* Et infra; Τούτοις δὲ καὶ ὁ Πατριάρχης ἐπεψηφίσατο, προδιεφθαρμένος ἤδη καὶ αὐτὸς ὁ τάλας, καὶ ἅμα διψῶν τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, εἰ καὶ τὸ χρεὼν αὐτὸν συνήλαυνεν πρὸς τὸν θάνατον. *Quorum ſententiam ipſe quoque Patriarcha ſecutus eſt, quod eſſet iam pridem & ipſe miſer corruptus; ſimul vero diſceſſionem inde ſitiret: quamuis eum ad mortem debitum fatale compelleret.* Conuenit

ergo inter Patriarcham & Pontificios. Et plane cum procedere ex Filio, & non procedere ex Filio; & procedere ex Patre ſolo, & non procedere ex Patre ſolo ſint contraria, & plus vno verum eſſe non poſſit, neceſſario qui vnum ait, negat alterum: quare cum Patriarcha fatetur ſe cum Latinis vna ſentire de proceſſione Spiritus ex Filio, nullus, dummodo ſapit, contendet, eum eodem ipſo tempore oppoſitum tenere. Hinc Patriarcha reijciendo Schiſmaticorum dogma aſſenſione ſua dictum Pontificiorum comprobauit. Sed dicit, ſuum paternum dogma non derelinquere. Bene eſt. Id nanque eſt pedibus, quod dicitur, in ſententiam Pontificiorum venire. Paternum ſiquidem Patriarchæ dogma non aliud erat, quam Spiritum procedere ex Patre & Filio, & per Filium, ex quo & per quem, eodem ipſo modo, quo ex Patre vti ex fonte promanabat, exiliebat, effundebatur, egrediebatur, exiſtebat, & ſimilia, quod eſt ipſum procedere: & nuſquam apud Patres hæc propoſitio legitur, *ex Filio non procedere*. Cum itaque dicit non derelinquere paternum dogma, ait aperte ſe non derelinquere, quod Patres affirmabant, nempe procedere, & Filium vna cum Patre producere & emittere Spiritum ſanctum, & illius proceſſionis cauſam eſſe

Patrem

Patrem & Filium tanquam vnum principium. Et non procedere ex Filio, non erat paternum dogma, cum in Patribus non haberetur, ſed recentiorum Schiſmaticorum aduerſus Pontificios, vt cauſam tutarentur ſuam, inuentum. Plana ergo eſt Patriarchæ ſententia, quam nec ignorauit, qui conſulens de præſentibus id agebat Epheſius, & palam omnibus Epiſtola ſua innoteſcere voluit. Sed vt finis quæſtioni imponatur, audiatur ipſe Patriarcha; *Quæ Domini IESV Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentit ac celebrat; omnia me quoque ſentire credereque profiteor: ac ipſis plurimum acquieſco.* Id eſt, tantum concordiæ dediſſe, vt non in proceſſione tantum Spiritus ex Filio, ſed in cæteris etiam omnibus opinioni Romanæ Eccleſiæ ſubſcripſerit. & hanc ſuam ſententiam repentina morte ſigillauit. Hinc Patribus aſſentientibus conſcriptæ literæ vnionis, in quibus inter alia decernitur; *Quia Spiritus ſanctus ex Patre & Filio æternaliter eſt, tanquam ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit, declarantes quod ſancti Doctores & Patres dicunt,* En paternum dogma quod non dereliquit Patriarcha, *ex Patre & Filio procedere Spiritum ſanctum, ad hanc intelligentiam tendit, vt per hoc ſignificaretur, Filium quoque eſſe ſecundum Græcos qui-*

dem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut & Patrem. Definimus insuper explicationem verborum illorum FILIOQVE, *veritatis declarandæ gratia & imminente tunc necessitate licite & rationabiliter Symbolo fuisse appositam.* Sed *Græci domum reuersi*, vt narrat Laonicus Chalcondylas, *dixerunt, non amplius ÿs, de quibus conuenerant, stare se velle.*

Neque minus deprehenduntur Pachomij Hieromonachi mendacia, quæ ille ad satietatem vsque insulsissime aggerit, neq; Deum neque homines veritus. Sic enim scribit; Ἀπέκοψαν αὐτοὺς, δηλονότι δι' οἰκουμενικῶν Συνόδων ἐπὶ Μιχαὴλ καὶ Φωτίου τῶν Πατριαρχῶν πρότερον. διὸ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν τοιαύτην ἄθεσμον Σύνοδον, οὐ κατεδέξαντο ταύτην οἱ Πατριάρχαι ἡμῶν, ὡς ἐναντίαν οὖσαν τῶν προλαβουσῶν, οὐ μόνον τῶν δύο, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ τούτων ἑπτά. ὅθεν θυμῷ ὁ Βασιλεὺς ληφθεὶς ἐξίστησι τὸν Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως τοῦ θρόνου καὶ ἀντικαθίστησιν ἕτερον ὁμόφρονα αὐτοῦ. τοῦτο δὲ καὶ ἐφ' ἑτέρων Ἐπισκόπων πεποίηκεν. διά τοι τοῦτο μαθόντες οἱ λοιποὶ Πατριάρχαι Ἀλεξανδρείας φημὶ καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Σύνοδον συγκροτήσαντες ἀνεθεμάτισαν τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ Σύνοδον. οὐδὲ γὰρ ὑπῆρχε τις τῶν Πατριαρχῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἀσυντάκτῳ Συνόδῳ, εἰ μὴ ὁ Πάπας δηλονότι τῆς Ῥώμης Εὐγένιος. *Abscide*runt *eos*, Latinos scilicet, *per Vniuersales Sy-*

nodos,

nodos sub Michaële & Photio Patriarchis primum. Propterea que post hanc iniquam Synodum celebratam, eam nostri Patriarchæ non susceperunt, veluti anterioribus contrariam, non duabus tantum, sed & septem ante eas celebratis. Hinc iracundia percitus Imperator thronò Constantinopolitano pellit Patriarcham, & alium sibi assentientem promouet. Hoc & in alijs Episcopis prouidit. Quapropter cum id intellexissent reliqui Patriarchæ Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus coacta Synodo Florentinam Synodum anathemati subegerunt: cum nullus ex Patriarchis in inordinata illa Synodo adfuisset, nisi solus Papa Romanus Eugenius. Falsum ante omnia est Latinos abscissos fuisse a Græcis sub Photio & Michaële. cum constet Photium sub Ioanne reconciliatum Ecclesiæ, Schismaticis id asserentibus, annuente Ioanne Romano thronum obtinuisse, & post Photium ad tempora ipsa Cerularij vnionem inter Græcos & Latinos continuatam; & tempore Michaëlis, vt supra vidimus, licet videretur interrupta, cum e diptychis nomen Romani erasum videretur, id tamen reliqui Græci non approbarunt. Considerandà sunt quæ supra adnotauimus. Et iniquus ipse est, cum iniquam Synodum Florentinam vocat, quæ legitime congregata, more suorum maiorum,

examinatiſque hinc inde deductis rationibus ſanctorumque Eccleſiæ Orientalis ſententijs, veritati conſona decreuit. Et licet Photianis ac Cerularianis erroribus contraria probauit, ſecuta tamen eſt reliquarum ſeptem Synodorum decreta, in quibus inter alia reperitur proceſſio Spiritus etiam ex Filio, licet id & Photius, & plerique alij Schiſmatici negarint. repetenda ſunt, quæ ex Simeone Conſtantinopolitano ſupra adduximus. *Hinc iracundia percitus Imperator.* Imperator cum ſuis Conſtantinopolim reuerſus ſedato animo vnionem promouit, quæ vt ex animi ſententia magis proſpere procederet, id effecit, vt Metrophanes Cyzicenus, qui ſextus in Synodo ſubſcripſerat, Patriarcha Conſtantinopolitanus crearetur, qui vnioni addictus, vnionem pro poteſtate agens ſummis conatibus promouit, aduerſarijs Florentinæ id aſtruentibus, Hieroſolymitano nempe Ioachimo, Antiocheno Dorotheo, & Alexandrino Philotheo Epiſtola Synodali ad Ioannem Imperatorem, quam exſcripſimus in Opere noſtro de Conſenſione Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ lib. 3. cap. 4. Poſt Metrophanem ſuccedit Gregorius Meliſſenus Protoſyncellus pater ſpiritualis Imperatoris, qui & ipſe Synodo ſubſcripſerat tertius, tanquam locum tenens Alexan-

xandrini. Verum vt euenere omnia, legito in eodem libro; neque enim animus eſt iterum eandem incudem tundere. Pachomio ſatis fuerit, eoſdem Patriarchas, quos ſcribit vnionem impugnaſſe, nullam fidem mereri, cum quæ modo in Synodo peculiari negant, in vniuerſali faſſi ſint, & ſuorum locum tenentium ſubſcriptione confirmarint, Alexandrinus Antonij Metropolitæ Heracleenſis & Gregorij Protoſyncelli, Antiochenus Iſidori Metropolitæ Kiouienſis, Hieroſolymitanus Doſithei Metropolitæ Monembaſienſis. *Cum nullus ex Patriarchis in Synodo adfuiſſet, niſi ſolus Romanus.* Et tamen adfuit Conſtantinopolitanus Ioſephus, in eaque immortuus eſt in Synodi Florentinæ confeſſione: Reliqui Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus per ſuos locumtenentes: quod in Concilijs fieri ſolemne eſt, quos vbi ſuos agnouerint, ab eorum ſententia recedere, ſolemnis ſtultitia eſt, imo veritatis confeſſæ eiuratio. ideoque vti defectoribus & apoſtatis, & ab Eccleſia pulſis nulla fides adhibenda eſt: cum nullum ſibi ius in Eccleſiaſticis decernendis obtineant. Sed Epheſius non ſubſcripſit. Quid tum? An Epheſius vnus & ſolus vniuerſa Synodus erat? Neque in Concilio Nicæno ſubſcripſit Arius, neque in Conſtantinopolita-

no Macedonius, neque in Ephesino Nestorius, neque in Chalcedonensi Dioscorus & Eutyches, neque in alijs alij; ideo ne & Nicænum, & Constantinopolitanum, & Ephesinum, & Chalcedonense, & alia Concilia reijciuntur, & inordinata nuncupantur? Quis adeo delirat, vt contenderit, vnum præponendum esse reliquis omnibus alijs in eodem Spiritu congregatis? Sed concedimus Hottingero, & sui similibus abiectissimis, & plenis sceleris affectibus mancipatis, calumnijs, obtrectationibus, mendacijs, & huiusmodi improbissimis præsidijs sæpiuscule consolari, & iacentes animos in spem, cogitationemque meliorem erigere.

Concludam multa vnius Schismatici testimonio, qui eo ipso Florentinæ Synodi tempore in Græcia infesto animo aduersus Ecclesiam Romanam historiam suam compilabat, Georgij Sphranzæ, cuius verba hic libentius ex manuscriptis appendo, quod in Interpretatione Latina mutila, & potiore, ac sui nobiliore parte truncata edita sunt. Is itaque de Concilio Florentino anno 1538.

Τῇ εἰκοστῇ ἑβδόμῃ τοῦ νοεμβρίου τοῦ αὐτοῦ ἔτους διέβη ὁ Βασιλεὺς κῦρις Ἰωάννης μετὰ τοῦ Πατριάρχου καὶ τοῦ Δεσπότου κυροῦ Δημητρίου, καὶ πολλῶν ἀρχόντων τῆς συγκλήτου καὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ πάντων σχεδὸν τῶν Μητροπολιτῶν καὶ Ἐπισκόπων διὰ τὴν μεσιτευθεῖσαν,

ὡς

ὡς μὴ ὤφελε, Συνόδου. καὶ οὐ λέγω τοῦτο διὰ τὰ τῆς Ἐκκλησίας δόγματα. ταῦτα γὰρ παρ' ἄλλοις ἐδόθησαν κρίνεσθαι, ἐμοὶ δὲ ἀρκεῖ τῆς πατρικῆς μου πίστεως καὶ ὅτι οὐδέποτε παρά τινος τῶν τοῦ μέρους ἐκείνου ἤκουσα, ὅτι τὸ ἡμῶν καλὸν, ἀλλὰ καλὸν καὶ ἀρχαῖον, καὶ τὸ ἐκείνων οὐ καλὸν, ἀλλὰ καλόν: ὡς ἐν παραδείγματι, ὅτι τὴν μέσην ὁδὸν τῆς πόλεως τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον διερχόμεθα πολλοῖς χρόνοις μετά τινων, δι' ἧς ἐκαταντῶμεν εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν. εἶτα μετά τινας καιροὺς εὑρέθη παρά τινων καὶ ἄλλη ὁδὸς καταντῶσα ὡς λέγουσι καὶ αὐτὴ ἐκεῖ. καὶ να με παρόξυνωσιν, ὅτι ἔλθε καὶ διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἧς εὕρομεν. εἰ καὶ ἔστιν αὕτη ὅπου ἀπέρχεται καλὴ καὶ ἀρχαία, καὶ ἡμῖν ἀρχῆθεν σὺν ὑμῖν γνωστὴ καὶ διερχομένη. ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἣν εὕρομεν νῦν, καλή ἐστιν. ἐγὼ δὲ ἀκούω παρὰ μὲν τῶν, ὅτι καλή ἐστι, παρὰ δὲ τῶν, ὅτι οὐ καλή. διατὶ νὰ μὴν εἴπω μετ' εἰρήνης καὶ ἀγάπης, ἀπέρχεσθε καλῶς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ὁπόθεν βούλεσθε. ἐγὼ δὲ πάλιν διέρχεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ, ἧς καὶ μεθ' ὑμῶν πολλύ τινα χρόνον διηρχόμην, καὶ καλὴν αὐτὴν καὶ παρ' ὑμῶν καὶ τῶν προγόνων μου μαρτυρουμένην, καὶ διερχομένην. οὐ διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν τὸ, ὡς μὴ ὤφελεν. ἤθελε γὰρ νὰ εἶχε γενῇ καλὴ ἕνωσις τῶν Ἐκκλησιῶν. καὶ νὰ μὲ ἔλιπεν ὁ εἷς τῶν ὀφθαλμῶν μου. ἀλλὰ διὰ τὸ ὅτι ἦν καὶ αὕτη ἡ τῆς Συνόδου δουλεία αἰτία μία καὶ πρώτη καὶ μεγάλη εἰς τὸ νὰ γένηται ἡ κατὰ τῆς πόλεως τῶν ἀσεβῶν ἔφοδος, καὶ ἀπὸ ταύτην πάλιν ἡ πολιορκία, καὶ αἰχμαλωσία καὶ τοιαύτη καὶ τοσαύτη συμφορὰ ἡμῶν. *Vigesimo septimo*

No-

Nouembris eiusdem anni Imperator Ioannes cum Patriarcha, & Despota Demetrio, multisque tam Senatorij ordinis quam Ecclesiastici primoribus, & vniuersis propemodum Metropolitis & Episcopis propter meditatam Synodum, quod vtinam processisset, discessit. Neque id aio ob Ecclesiastica dogmata, quæ aliorum iudicio submittuntur. Mihi enim a parentibus mihi fides tradita satis est. & quod a nullo factionis aduersæ vnquam audiuerim nostrum dogma malum esse, sed bonum, & antiquum, & illorum etiam non malum sed bonum esse. Verbi gratia. Mediam Vrbis viam latam patentemque multos iam annos calcamus, per quam ad sanctam Sophiam peruenitur. Sed post non multos annos a nonnullis alia via adinuenta est, quæ & ipsa, vt aiunt, ad idem templum conducit: tum hi me adhortantur, vt per recens inuentam viam iter arripiam. Licet ipsa, per quam transeundum est, recta sit & antiqua, & nobis æque ac vobis a principio cognita, quæ pertransitur; veruntamen quam & nos nunc inuenimus bona est. Ipse cum audio ab his quidem bonam esse, ab his vero oppositum, quare non quiete atque beneuole dixero, procedite lætis auspicijs ad sanctam Sophiam, eo quod allubescit itinere: verum ego nunc denuo per eam accedere mihi voluptas est, per quam cum vobis longo temporis spatio accedebam, quæ et vestro et progenitorum meorum te-

stimo-

ſtimonio, vſuque comprobata eſt. Non igitur hanc ob cauſam dixi. Quod vtinam non proceſſiſſet: nanque percupiebam, ſed proſpero euentu vnionem Eccleſiarum, etſi mihi vnus ex oculis amittendus eſſet: ſed quod dicta Synodi ſeruitus ſola, prima, ac potiſſima impiorum in Vrbem irruptionis, tum demum obſidionis, captiuitatis, & tantæ taliſque calamitatis noſtræ cauſa fuit.

Georgius hic non contemnendus auctor, ſed vſu rerum, vt ex eius hiſtoria vel pueris palam eſt, conſpicuus, ſententiæ ſuæ, Schiſmaticorum ſcilicet, tenax, Latinis non admodum æquus, poſt Florentinam Synodum rebus Græcorum deperditis ſcribens, Latinorum de proceſſione dogma non damnat, ſed in eadem lance poſito ac ponderato cum Græco nouitatem tantummodo obijcit; ſed in eandem ſanctam Sophiam, hoc eſt veritatem, conducere affirmat. Non ergo reputabat hæreſim. Qua enim ratione ad ſanctam Sophiam deduceret dogma blaſphemum, ad quam rectum piumque, Græcorum nempe, deferebat. Oppoſita enim & ſibi natura repugnantia, communionem quoque natura ſibi abnegant, & ſimul commiſceri defugiunt.

Non indulget excuſandis popularibus ſuis Allatius. Sed quod ipſe oculis ſuis videns, & legens verum eſſe comperit ſcripto conſignauit.

gnauit. Ipse equidem & Sanctorum volumina, quæ Græcia vniuersa veneratur, & Lectiones Patrum, quas inter officia sua alta voce, vt omnes audiant, legit, & Rituales libros, quos singulis diebus & horis euoluit, attente considerans, & diligenter examinans, & quæ de processione Spiritus supra allata sunt, exarata comperiens, & quæ ante schisma erant, etiam post schisma integra atque immutata respiciens, & ea ipsa docere Romanam Ecclesiam certo ac certius tenens, cum in oculis quotidiano aspectu omnia posita sint, & Græcorum sententijs concordent, cogitur, etiamsi tui stomachi non est, fateri Ecclesiam Græcam & Ecclesiam Latinam in dogmate de Spiritus sancti processione concordes esse: neque enim ab alijs quam ab his ijsdem argumenta petenda sunt. Admodum clare loquuntur. Garriant Schismatici, perstrepent Hæretici, scribant, commententur, sententias sublegent, confascinent dicta, Græcorum Ecclesia non alia a Latina dicit, & prædicat, quibus aduersarios in se natos sed reiectos conuellit & iugulat.

Sed *Parthenius Patriarcha in Decreto primo Synodali anno 1642. hæreseos accusat & condemnat sententiam Occidentalium de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque, id consentien-*

tibus

tibus plurimis Episcopis alÿs. Sic enim habet decretum. In primo enim æternam & substantialem Spiritus sancti processionem ex Patre Filioque constituit præter Catholicæ Ecclesiæ mentem, Cyrillus nempe Lucaris. Similis condemnatio legitur in Responsis & Actis Hieremiæ Patriarchæ Constantinopolitani, in quibus acriter defendit, Spiritum sanctum ex sola Patre procedere contra Occidentales. Quare non his addiderunt & Synodum post reditum Græcorum ex Italia a Philotheo Alexandrino, Dorotheo Antiocheno, & Ioachimo Hierosolymitano, Hierosolymis coactam, in qua Florentini Concilij sententia condemnatur, & pleraque alia? Nos breuiter respondemus, Parthenium Byzantinum Patriarcham cum suis non esse Græcam Ecclesiam. Quod si est; ergo & Cyrillus Lucaris cum suis erit Ecclesia Græca. Sed decretum illud Synodale est contra Cyrillum Lucarim, ergo Ecclesia Græca, contra Ecclesiam Græcam insurgit, & eodem momento seipsam ipsa condemnat, cum prius asserat procedere Spiritum etiam ex Filio cum Cyrillo, modo dictum cum Parthenio condemnat. Quis vero certo decernet, vter ex his Patriarchis verum enunciat, æquali ambo præditi auctoritate, & æque repræsentantes Ecclesiam Græcam? Si alter alterum damnat, ergo neu-

neutrius eſt, res fidei definire. Quare enim infallibilitas vni potius quam alteri attribuetur? Ergo quemadmodum Lucarina Synodus, in qua aſſeritur proceſſio ex Filio, nulla eſt; ita & nulla erit eandem damnans Partheniana.

Et vt teneas quod verum eſt. Synodi a Conſtantinopolitano, vel alijs Orientalibus celebratæ Græcis Orientalibus pilæ ſunt, tolluntur & redduntur, vt lubet. cum vſus earum eſt, excipiuntur; cum non adplacent, reijciuntur, & Synodus Synodo truditur. De ſimilium Synodorum auctoritate, & reiectione ex quam plurimis pauca hic ſcribere ſuffecerit. Ætate Leonis ſapientis Imperatoris Nicolaus Patriarcha damnatis quartis nuptijs, in Synodo publica excommunicat Leonem Imperatorem, qui poſt Teophanonem, Tzautzæ Styliani filiã Zoēm, ex Themate Opſicij Eudociam, quartam duxerat vxorem Zoën Carbonipſinam. Cum Imperator veniam non impetraret a Patriarcha, illum amouet, & in exilium pellit, & in eius locum conſtituit Euthymium, qui noua Synodo celebrata Leonem a vinculo ſoluit. Vita functo Leone, eiectoque Euthymio, & Nicolao ab Alexandro reſtituto, Synodali decreto ſub Nicolao excommunicatur Leo; neque inter ſeſe conueniunt

omnes

omnes Præſules. Sub Euthymio nouo Synodali decreto abſoluitur, & multi ex Præſulibus refragantur. Prouocatur ad Romanum Pontificem etiam poſt Photium, Ἐπεὶ ἴσμεν, ſcribit Stylianus ad Stephanum Papam, ὅτι ἐκ τοῦ Ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου τὸ ἰθύνεσθαι καὶ κανονίζεσθαι ἔχομεν. *Cum ſciamus, nos ab Apoſtolica veſtra Sede regi & gubernari debere.* Ille decernit, & abſoluto Leone, quartas nuptias in ea Eccleſia in poſterum irritat. Acquieuere tum Græci Præſules, & in mutuam concordiam rediere. Ergo in illa Eccleſia ſi Apoſtolica Sedes auctoritate ſua non interueniat, Synodus Synodum trudit. Et ego Parthenij Synodo, in qua nec Patriarchæ reliqui, nec Præſules omnes Byzantino obnoxij ſubſcripſere, aſſenſum dabo, ſtatimque enunciabo, decretum illud Synodale, totius Eccleſiæ Græcæ placitum eſſe? Fuerit illa ſententia Parthenij, eſto & Eccleſiæ Byzantinæ; ideo ne & Byzantini Patriarchatus, & Orientalis Eccleſiæ erit? Non eſt regula fidei Patriarcha Byzantinus. Errauit ſæpius cum Synodis ſuis. quare decreta ſimilia incerta ſunt. Sed vt propius ad rem accedamus, de proceſſione Spiritus ex Filio quot Synodi in Vrbe Byzantina ſub Michaële & Andronico Palæologis coactæ ſunt, quibus Metropolitani, & quandoque etiam

Patriarchæ subscripserunt? Dicant Græci, dicant exteri, quænam ex illis auctoritate sua inualuit, & quæstioni finem posuis? Equidem nulla. Sed Græci etiam ipsi ex Schismate Synodis illis non obstantibus ad Synodum vniuersalem, in qua lis similis dirimenda videbatur, prouocabant. Ergo Synodi similes nationales apud illos nulla, aut in parua erant existimatione, & veluti placita singularia arbitrio hominum iactata fluctuabant.

Et hæc de dogmate satis, de quo dicebat Tarasius in Synodo septima Act. 1. Τὸ γὰρ ἐπὶ δόγμασιν εἴτε μικροῖς εἴτε μεγάλοις ἁμαρτάνειν ταυτόν ἐστιν. ἐξ ἀμφοτέρων γὰρ ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ ἀθετεῖται. *In dogmatum quippe causa siue in paruo siue in magno peccare id ipsum est. ex vtrisque enim lex Dei improbatur.* Et Photius Epistola ad Nicolaum; Ἔστιν ὄντως κοινὰ πᾶσιν, ἃ πάντας φυλάττειν ἐπάναγκες. καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὰ περὶ πίστεως. ἔνθα καὶ τὸ παρεγκλῖναι μικρὸν, ἁμαρτεῖν ἐστιν ἁμαρτίαν τὴν πρὸς τὸν θάνατον. *Re vera communia omnibus sunt, quæ omnes custodire necesse est, & ante alia quæ de fide habemus, vbi vel paulum declinare, est mortifero se piaculo obstringere.*

CAP.

CAP. XX.

Additionem factam in Symbolo Filioque *non fuisse in Ecclesia Græca probibitam: & quando fuerit facta in Symbolo, discutitur.*

NOn esse ergo hæresim vel errorem in dogmate credere processionem Spiritus etiam ex Filio, ex ipsius historiæ serie satis probatum apparet. Hinc deinceps subsequitur, Græcis ipsis id asserentibus probantibusque, Pontificios id firmissime asseuerantes, non errare in dogmate, ideoque nec Hæreticos esse. Non ergo inter Græcos & Latinos dissidium ob hanc causam exortum est. Quæ ergo fuerit causa tanti dissidij? Quis inuoluta temporis obscuritate in lucem proferat? Andronicus Camaterus in Animaduersionibus de processione Spiritus sancti, *ex solo Filio*, a nobis editis. Num. 150. Ἢ τούτοις πεισθεὶς τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου τὴν οὐκ οἶδα πόθεν, ἢ παρά τινος παρεντεθεῖσαν προσθήκην ὑπέξελε, καὶ δεῦρο στὰς μεθ' ἡμῶν σύμψαλλε καθὼς ἀπὸ τῶν θείων Πατέρων αὐτὸ παρελάβομεν. *Tu porro illis fidem adhibe, vel additionem, quæ vndenam irrepserit, aut a quo intrusa fuerit, plane ignoro, e sacro Symbolo abige, & simul cum nobis stans vna concine, quemadmodum illud a diuinis Patribus accepimus.* Georgius Scholarius

των τίς χρεία ἦν, εἰ μὴ ἡ τῆς ὑμῶν αὐθαδείας προσθήκη, ἥτις ἐπὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως παρ' ὑμῶν ἐπεισήχθη, οὐκ οἴδαμεν πόθεν. ἔστι γὰρ ἄδηλον ὡς ἀπόκρυφον, ἀσθενὲς, καὶ ἀβέβαιον, καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας πλαστούργημα. *Horum autem omnium quæ necessitas fuit, nisi vestræ temeritatis* additio, *quæ in orthodoxam fidem a vobis ingesta est. vndenam? nescimus. Nanque incertum est, vti occultum, infirmum, inconstans & contra veritatem inuentum fictitium.* Amyrutius ad Ducem Nauplij Demetrium de Synodo Florentina: Καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ Λατῖνοι τὸν προσθετικὸν Πάπαν ἀγνοοῦσιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐνόθευσαν τὴν ἑβδόμην Σύνοδον, ὡς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ προσθεμένην. *Ipsi quoque Latini Papam, qui addidit, ignorant: proptereaque septimam Synodum adulterarunt, quasi illa ex Filio addiderit.* Hocque Græcos nescijsse non adeo mirum, cum & ipsi Pontificij talis additionis auctorem nesciant. Antoninus Archiepiscopus Florentinus: *Verum a quo Papa vel Concilio, non vsquequaque certum.*

Et viri docti in hoc inuestigando plurimum laborarunt; quid vero certi attulerint, inspiciamus. Primus omnium, quod ipse sciam, Alexius Aristenus magnæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus & Chartophylax tradidit, tempore Damasi Papæ in Concilio Romano illud, *ex Filio*, in Sym-

bolo additum esse, quod refert Iosephus Methonensis Responsione ad Epistolam Marci Ephesij; Καὶ οὐ πρὸ τούτων μόνον, ὡς εἴρηται, ἀλλ' εὐθὺς μετὰ τὴν δευτέραν Σύνοδον ἐν τοῖς χρόνοις Δαμάσου Πάπα, ὡς μαρτυρεῖ Γεώργιος ὁ Ἀριστηνός, ἐντεῦθεν ἐλεγχόμενος φαίνῃ μηδὲν ἀληθὲς λέγων. *Nec ante illas tantum*, septimam nempe & sextam Synodos generales, *vt dictum est, sed mox a secunda Synodo tempore Damasi Papæ, vt asserit Georgius Aristenus. Quare hinc redargueris commentitia dicere.* Et Simon Constantinopolitanus Epistola ad Ioannem Nomophylacem; Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ μακαριώτατος Πάπας Δάμασος εἷς καὶ περὶ τῶν αὐτῶν χρηματίζων, τὸ πνεῦμα ἅγιον αὐτὸς ἐθεολόγησεν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, ὡς ἔκδηλον παρὰ τῷ τῶν Ἰταλῶν Συμβόλῳ. ὅπερ οἱ αὐτοὶ ἐξ αὐτοῦ οὕτως ἐκφωνεῖν ἔλαβον, ὡς ἐν τοῖς ἰδίοις κανόσιν, ὁ Ἀριστηνὸς κύρις Ἀλέξιος σαφέστατα διϊσχυρίζεται. *Quinimo & beatissimus Pontifex Damasus, vnus & ipse ex iisdem existens, Spiritum sanctum decreuit ex Patre & Filio procedere, vt manifestum est ex Italorum Symbolo, quod illi ita recitare ex eodem acceperunt, vti in proprijs Canonibus Aristenus Alexius apertissime contendit.* Et infra; Αὖθις ἐν τῇ πρὸς Παυλῖνον Ἀντιοχείας ἀποσταλείσῃ γραφῇ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Δαμάσου, γράφει ὁ αὐτὸς Δάμασος πεποιηκέναι συνοδικῶς ἐν τῇ Ῥώμῃ προσθήκην ἐν τῷ ἁγίῳ Συμ-

βόλῳ

βόλῳ τῶν Νικαίων εἰς ἀφανισμὸν τῆς υἱοπατορικῆς δυσφημίας, ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐκπορεύεται. ταῦτα εἰ καὶ οὕτως ἔχει, ὡς δηλοῖ ἐξ ὧν διϊσχυρίζεται, ὁ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας οἰκονόμος κύριος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς ἐν τοῖς συνοδικοῖς ἰδίοις Κανόσιν. *Rursus in literis ad Paulinum Antiochenum datis a sanctissimo Papa Damaso, scribit Damasus ipse additionem Synodali decreto factam in sancto Nicæno Symbolo ad conuellendam eorum blasphemiam, qui asserebant, Filium quoque Patrem esse, Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere. Hæc porro ita se habere manifestum est ex illis, quæ disputat magnæ Ecclesiæ Oeconomus Dominus Alexius Aristenus in Synodicis suis Canonibus.* Tandenque verba ipsius Alexij recitat; Χρὴ γινώσκειν, ὡς ἱστορεῖ ὁ θεοφιλέστατος Διάκονος καὶ μέγας οἰκονόμος τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας κύριος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς ἐν τῷ συνοπτικῷ τῶν ὅλων κανόνων τῶν ἐκτεθέντων παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἁγίων ἓξ Συνόδων, καὶ μὴν καὶ τῶν μεταξὺ τοπικῶν, μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ Σύνοδον ἡ τῆς υἱοπατορίας αἵρεσις ἀνεφάνη. ἔλεγον γάρ τινες, ὅτι ὥσπερ ὁ υἱὸς ἐκ πατρὸς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα γεννᾶται ἐξ υἱοῦ. καὶ οὕτω τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ μὲν υἱοῦ υἱὸν ἐδογμάτιζον, οἰωνὸν δὲ τοῦ πατρὸς. τοίνυν εἰς ἀφανισμὸν τῆς τοιᾶσδε αἱρέσεως, βεβαίωσιν δὲ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως Δάμασος ὁ ἁγιώτατος Πάπας πρὸ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέρας ἁγίας Συνόδου συνεκρότησεν ἐν Ῥώμῃ Σύνοδον μετὰ τῶν

ὑπ' αὐτοῦ τῆς καθολικῆς πίστεως Ἐπισκόπων, οἳ καὶ προσετέθεσαν ἐν τῷ ἁγίῳ τῷ ἐν Νικαίᾳ Συμβόλῳ, τὸ πνεῦμα παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. τοὺς δὲ λέγοντας αὐτὸ γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ υἱοῦ τῷ ἀναθεματισμῷ καθυπέβαλον. ὡσαύτως ἀνεθεμάτισε τοὺς μὴ μετὰ πάσης παῤῥησίας κηρύττοντας αὐτὸ μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ μιᾶς ἐξουσίας, καὶ οὐσίας ὑπάρχειν, καὶ πλείονας ἄλλοις ἀναθεματισμοὺς κατὰ πλειόνων αἱρέσεων ἐξέθετο. *Sciendum est, Dei amantissimum Diaconum, & magnum Oeconomum magnæ Ecclesiæ Dominum Alexium Aristenum in Synoptico omnium Canonum editorum a sex Synodis Generalibus, & particularibus ijs, quæ tempore interiecto fuerunt, tradere post Nicænam Synodum eorum hæresim, qui asserebant Spiritum ex Filio, quemadmodum Filium ex Patre generatum fuisse, ideoque Spiritum nepotem esse Patris statuebant; exortam fuisse. Quare ad similem hæresim conuellendam, & fidem orthodoxam stabiliendam Damasus sanctissimus Papa ante secundam Synodum Constantinopolitanam vna cum sibi subiectis catholicæ fidei Episcopis Synodum celebrauit, quæ Nicæno Symbolo addidit, Spiritum ex Patre & Filio procedere; qui vero asserebant illum ex Filio natum fuisse, eos anathemati subiecit. Pari modo anathemati subiecit eos, qui non libere & confidenter prædicarent eundem Spiritum, vnius & eiusdem esse auctoritatis, & essentiæ cum Patre & Filio; & plerosque*

que alios Anathematiſmos contra varias hæreſes publicauit. Et ex recentioribus Genebrardus de Trinitate ſcribit ſe Ariſtenici operis fragmentum habere, inque eo ſimilia legiſſe. Ioannes Stephanus Durantus de Ritibus Eccleſiæ Catholicæ lib. 2. cap. 24. num. 11. ſcribit, in Romana Synodo, tempore Synodi Conſtantinopolitanæ a Damaſo Papa celebratæ, in qua Petrus Alexandrinus Patriarcha adfuit, additionem eſſe factam: & cum centum quinquaginta Patres, qui a Damaſo opera Theodoſij Conſtantinopolim vocati erant, propter itineris longitudinem & difficultatem Romam proficiſci non poſſent, eam de Spiritu ſancto confeſſionem per Euſebium & Priſcianum Epiſcopos confirmaſſe. Et hæc omnia elici poſſe ex ea Epiſtola, qua Orientales Patres rationem reddunt Damaſo, cur Romam venire non poterant; necnon ex Epiſtola Damaſi, quæ Conſtantinopolitana decreta approbat; tum ex actis vtriuſque Concilij, tum ex capite 16. lib. 9. Hiſtoriæ Tripartitæ, & ex Hugone Ætheriano de proceſſione Spiritus ſancti cap. 16. Accedit, quod inter opera ſancti Hieronymi legitur Symbolum cum illa additione.

In his pleraque conſideranda ſunt. Primum in Ioſepho Methonenſi exſcriptorum

incu-

incuria Georgium nomen Alexij occupasse. Alexius siquidem Aristenus, & non Georgius, studium suum in exponendis compendiose Canonibus hortatu Ioannis Comneni Imperatoris, vt ex manuscriptis Vaticano, Barberino, & Scoriacensi colligitur, contulit. Secundum; cum verba a Simone & Iosepho allata in simili Canonum expositione non reperiantur, aliud eiusdem opus fuisse *Synopticum Canonum*, & aliud *Expositionem Canonum*. In primo historiam Conciliorum prosequebatur, vt ipse suspicor, in secundo Canonum sententiam breuiter clareque exponebat. Sed cum in ipsa expositione Canones etiam compendio digerantur, ne quis eundem Alexium, eosdem in compendium redegisse existimaret, sæpissime Alexius in expositione repetit, Ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα. *Qui in compendium Canonem hunc redegit*. Quod puto non diceret, si is ipse auctor Compendij illius Canonum fuisset. Tertium; in ipsa Damasi ad Paulinum Epistola quam in sua historia exscribit Theodoretus lib. 5. cap. 11. & ex Theodoreto Nicephorus lib. 12. cap. 18. & cuius videtur meminisse Aristenus, errorem in verbo illo γεγενῆσθαι bis irrepsisse, quod Interpres vertit, *factum esse*, cum legi debeat, γεγεννῆσθαι, vertique propterea, *genitum esse*, vt ὑποταγεικῆς hære-

hæreſeos, quæ Spiritum a Filio genitum eſſe contendebat, figmentum condemnetur. Sin minus, talis hæreſeos condemnationis, quod innuebat Ariſtenus, nullum in ea Epiſtola veſtigium reperies. Quartum non bene concludere Ariſtenum; Damaſus decreto Synodali, vel in ſua profeſſione fidei addidit, vel aperte faſſus eſt, Spiritum procedere a Filio, ergo addidit Symbolo Nicæno, quod publice recitatur. Id enim alij quoque, & ante Damaſum ipſum ſuis ſcriptis inſeruerunt, neque propterea Symbolo addidiſſe dicuntur. & nunc de additione in Symbolo controuerſia eſt. Quintum, in Epiſtola Damaſi ad Paulinum, quæ nunc præ manibus eſt, & in qua plurimi Anathematiſmi aduerſus varias hæreſes continentur, de proceſſione Spiritus ex Filio nullam haberi mentionem, niſi quis aſſeuerare voluerit Epiſtolam ad Paulinum, in qua dicta erat additio, modo non extare, ſed a Schiſmaticis intercluſam, vel ab hac præſente dictam ſententiam de proceſſione Spiritus ex Filio abraſam fuiſſe. Sextum, Paulinum hunc, ad quem ſcribit Damaſus, vt ex Philoſtorgio & alijs colligo, audiuiſſe Aëtium hæreticum, & e Tyro ad Antiochenam Eccleſiam translatum Conſtantini magni temporibus vixiſſe, præfuiſſeq; illi Eccleſiæ, vt a

qui-

quibusdam refertur, annos quinque.

Sed inter opera Hieronymi legitur Symbolum Damasi, in quo id additum est. Esto: Damasus id in propria sua confessione, siue Symbolo addiderit. Nobis sermo est de additione facta in Symbolo Nicæno, siue Constantinopolitano. Nec audiendi sunt qui dicunt, Symbolum illud Damasi genuinum non esse, quod Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis tradat, nihil eius genuinum superesse præter Epistolas paucas; cum nec de Carminibus mentionem fecerit, & tamen hodie multa illius Carmina præ manibus omnium sunt, de quibus an Damasi sunt, nullus dubitat. Nec attendendus est Ioannes Gerardi Tomo primo locorum communium in controuersia de Spiritu sancto scribens. *In Synodo Constantinopolitana bonam operam veritati nauauit Gregorius Nyssenus Basilij frater, & consensu totius Synodi addidit Symbolo Nicæno hanc clausulam, Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit.* &c. Confirmat id testimonio Socratis lib. 5. cap. 8. Sozomeni lib. 7. cap. 8. Historiæ Tripartitæ Cassiodori lib. 9. cap. 12. & 16. & denique Nicephori Callisti lib. 12. cap. 10. & 13. Laudatur in his Nyssenus, tractaturque de Synodo Constantinopoli-

tana:

tana: ſed Symbolo appoſitam eſſe Spiritus proceſſionem ex Filio, nec meridiana quidem luce legeris.

Ioſephus Methonenſis in ſua aduerſus Marcum Epheſium Reſponſione, narrat, ab Andrea Archiepiſcopo Rhodi in Concilio Florentino reſponſum fuiſſe Epheſio, additionem hanc Symbolo factã fuiſſe ante Schiſma, & ſextam & ſeptimam Synodum. Διότι οὐ μόνον περὶ τοῦ σχίσματος τῶν Ἐκκλησιῶν ἐν τῷ Συμβόλῳ ἡ προσθήκη ἐτέθη, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων τῆς ἑβδόμης φημὶ καὶ τῆς ἕκτης. ὡς μαρτυρεῖ ὁ ὁμολογητὴς Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον τὸν Πρεσβύτερον ἐπιστολῇ. *Neque enim ſolum ante ſchiſma Eccleſiarum appoſitum erat Symbolo, ſed ante ipſas Synodos œcumenicas, ſeptimam dico & ſextam, vt teſtatur Confeſſor Maximus in Epiſtola ad Marinum Preſbyterum.* Andreas Coloſſenſis in Concilio Ferrarienſi Latinorum partes contra Græcos defendens, ait; *Maximo in Hiſpaniÿs et Galliÿs Schiſmate imminente, cum iam ex Filioque paſſim celebraretur, Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum Occidentalium amplæ dignitatis, magnique Conciliÿ Patrum conuentu addito ex Filioque Symbolum magis illuſtrare*. Nec aliud inſinuat Bellarminus lib. 2. de Chriſto cap. 21. *Idem Andreas dicit tempore ſextæ Synodi ideſt poſt annum Domini 170. hanc additionem*

factam

factam fuisse a Romano Pontifice in Concilio ingenti Latinorum Patrum propter dissensiones quasdam exortas in Gallia & in Hispania. Et quamuis non possumus certo notare annum, aut Pontificem, certum tamen videtur omnino hoc tempore id esse factum. Bellarminum alij sequuntur. Nec absque causa: nam tum in editione vulgata, tum in Hispanijs Madriti procurata per Garziam Loaisam Concilij Toletani octaui, anno 656. celebrati additio *ex Filio* legitur, quod præcedit sextam Synodum annos viginti septem. Et videtur factum anno Christi 649. cum Martinus Pontifex in Synodo Romana Hæresiarchas omnes a præteritis Synodis vniuersaq; Ecclesia reprobatos, & Monothelitarum impietatis assertores condemnauit. Scripserat tum Synodicas Epistolas ad Africanos, Gallos, & potissimum Orientales, apud quos tum temporis Monothelitarum hæresis satis magnas acquisiuerat vires. in illis Martinus inter alia processionem quoque Spiritus ex Filio apposuerat; quas cum legissent Byzantini, duo Romanis obiecere, alterum de processione ex Filio, alterum quod scripsisset Christum Dominum absque originali fuisse vt hominem. Sed dubijs satisfecere Romani: de processione Spiritus idem sensisse Latinos Patres, & inter Græcos Cyrillum: de

secun-

secundo, illud prorsus esse verissimum; quod ingenue fatetur Maximus Homologeta, & Latinorum sententiam explicat. Manuël Calcca contra Græcos lib. 4. *Indicio enim, & B. Maximus Epistola ad Marinum, additionem hanc non quando Ecclesiarum scissura facta est, sed longe ante additam fuisse, & fortassis ante sua tempora. Fuit autem eo tempore, quo sexta Synodus conflata est.* Georgius Metochita Oratione 5. de Processione Spiritus sancti; Τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα, ἔνθα τὸ πραγματικῶς ἀποφαίνεσθαι αὐτοῖς τὸ τῆς διαστάσεως κεφαλαιὸν ἀντιῤῥητικὴν τὸ σύμπαν θρασυστομία πρὸς τοὺς θεοφάντορας ἀπολείπεται. ἄγει τοίνυν ὁ τὰ θεῖα πολὺς Μάξιμος καὶ φερωνύμως τὸν ζῆλον, καὶ τὴν ὁμολογίαν ὁ μέγιστος, ὃς Συνόδου τῆς ἕκτης περὶ χρόνων ἱκανῶν ἀκμάζας, καὶ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλητικῶς δίαυλον διανύσας, ὅ φασιν ἤτοι μετὰ παρέλευσιν ἁπασῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων τοῦ τῆς Ῥώμης κηρύττεσθαι, παρίστησιν ἐναργῶς ἐν συνοδικοῖς γράμμασι τοῖς τοῦ Πάπα τηνικαῦτα κατὰ λέξιν ἀναγορεύεσθαι, ὥστε εἶναι αὐτοῖς σήμερον κηρυττόμενον, καὶ τὰ τῆς ὑπηγορίας ἐπιπλέκεται τρανῶς. οὐ καὶ μετὰ τὴν μαρτυρικὴν ἀποβίωσιν, ὑπὲρ οὗ γενναίως τοῦ ἠγωνίσατο δόγματος, καὶ τὸ ῥηθὲν παγκόσμιον ἕκτον συνεκροτήθη συνέδριον, καὶ προσέτι τὸ ἕβδομον ἐφεξῆς ὑπὲρ τῆς τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀναστηλώσεως. καὶ χρόνος ὁ ἐκεῖθεν, ἐν ᾧ περιῆν τῷ βίῳ Μάξιμος ὁ θειότατος, ἕως τοῦ ἀδιαλλάκτως ἐπενεχθέντος σχίσματος

εἰς

εἰς τετρακοσίων ἐτῶν περίοδον ἐπ' ὀλίγον ἐλλείπουσαν, ἢ οὐδὲν περιΐσταται. *Hoc eodem quoque modo cum illis considerate dissidij firmitatem demonstrare nitimur, temeraria loquacitate sese opponentes diuinis nostris Patribus insolescunt. Quandoquidem rebus diuinis pertractandis præcelebris Maximus, suo nomine dignus, tanquam qui & zelo catholicæ fidei, & confessione Maximus extitit. is ante sextam Synodum multos annos ætate acta, & pietatis studio athletice emenso, quod ipsi aiunt, post omnes œcumenicas Synodos peractas Romanos prædicare palam demonstrat in synodicis literis Papæ, qui tum præerat, verbo tenus enunciari, vt hodie quoque prædicatur: eorumque plane defensionem adnectit, post cuius exactam martyrio vitam, pro quo ipse dogmate decertauit, iam dicta vniuersalis Synodus celebrata est, tum deinceps septima pro venerandarum imaginum restitutione. & tempus, quo diuinissimus Maximus in viuis erat, ad irreconciliabile hoc schisma vsque decurrens tantum non quadrigentorum spatium explet, vel nihil ab eo imminuitur.* Nec alia sunt quæ tradunt & Simon Constantinopolitanus, & Constantinus Meliteniota, & Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus. Hinc plerique auctoritate tanti Viri suffulti audenter proferunt, ætate Maximi additionem in Symbolo in Occidentali Ecclesia fuisse.

Ipse

Ipſe non inficias iuerim, tum temporis in ea Eccleſia in profeſſionibus fidei additionem illam, *ex Filio*, publice & palam inſertam, apertoque ore ab omnibus pronunciatam fuiſſe: in Symbolo tamen Nicæno, ſiue mauis Conſtantinopolitano additam ex verbis ipſius Maximi non elicio. Non ſunt hic repetenda verba Maximi, cum ſupra appoſita ſint. Refer ad illa animum, ſi lubet. quibus colligitur additionem illam non fuiſſe factam in Symbolo.

Anno 787. Nicææ Concilio Vniuerſali coacto reſtitutio Imaginum, eorumque cultus ſtabilitur. In eo permulti additionem eſſe factam contendunt. Synodus Ferrarienſis Seſſ. v. *Lecta ſeptimi generalis Concilij definitione, Latini quendam vetuſtiſſimum librum in medium attulere: in quo quidem eadem ipſa definitio, ſanctumque Spiritum ex Patre, Filioque procedere, ſcriptum eſt, qua de re non mediocris contentio in illa Seſſione fuit orta. Nam Latini librum ipſum vetuſtiſſimum oſtendebant, ac vehementer elati eum cum Græcorum libro conferebant, tentantes ex Patrum ſubſcriptionibus rebuſque alijs eorundem librorum conuenientiam demonſtrare. Quos cum in omnibus, ipſa tantum acceſſione excepta, conuenire vidiſſent, viſi ſunt mirum in modum admirari.* Et poſt aliqua Iulianus Cardinalis; *Septimi*

Concilij Symbolum, quod modo fecimus recitari, ita in vetustissimo volumine scriptum est, ita vt nemo poterit suspicari, corruptum fuisse: cum præsertim quidam Historicus noster, antiquus quidem ac literatus inter alia id quoque testatur, hoc ipsum Symbolum in septimo Concilio recitatum fuisse. Tali propterea Symbolo cum hac additione, vel declaratione, non mediocrem tribuimus auctoritatem. Et Sessione vij. Rhodiensis; *Ad hæc habemus Codicem vetustissimum, in quo septima Synodus fatetur & dicit, Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere, quod item demonstrauimus per alios Chronographorum libros,* Neque dissentit Martinus Polonus in Chronico, vbi agit de vita Constantini & Irenes; *Horum imperio anno octauo facta est secunda Synodus in Nicæa: vbi adfuerunt trecenti & quinquaginta Patres: in qua affirmatum est, Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere.*

Hæc non approbat neque Vossius de tribus Symbolis; *Neque enim id ignorassent Græci, & aliqui saltem Codices præter eum, quem Romani Græcis ostendebant, ita habuissent: Adde quod nec Anastasius Bibliothecarius id legerit, qui annis solum 70. post Synodum eam claruit. Quare non dubitat, quin illud de Filio vel fraude fuisse insertum, vel Librarij irrepsisse errore.* Neque Petrus Pithoeus de Processio-

cessione Spiritus sancti. Verba illius sunt. *Quod in Ferrariensi quadam Sessione, nonnulli ex Latinis asserere ausi sunt, Synodi septimæ definitione Spiritus ex Filio processionem nominatim expressa, prolato etiam in eam rem vetusto quodam exemplari Græco: quamuis Martini Poloni testimonio nonnihil conueniat, pace tamen nostrorum dixerim; parum apud me ponderis habet: præsertim cum vel ipse Anastasij Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarij, qui eodem fere tempore vixit, ac paulo post sub Ioanne Octauo eandem Synodum interpretatus est; Codex apud nos antiquissimus nihil tale contineat: nisi quis id ex computo illo Constantinopolitanæ Synodi a Græcis iactato postea emendatum putet. Quod ego non facile crediderim.* Huiusce vetustissimi Codicis arrepta occasiuncula Amyrutius maligne, vti septimæ Synodi corruptores incusat; Καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ Λατῖνοι τὸν προσθετικὸν Πάπαν ἀγνοοῦσιν. καὶ διὰ τοῦτο ἐνόθευσαν τὴν ἑβδόμην Σύνοδον, ὡς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ προσθεῖσαν. *Ipsi quoque Latini Papam additionis auctorem ignorant; proptereaq; septimam Synodum adulterarunt ac si illa illud, ex Filio, addidisset.* Licet Codex vetustissimus in Synodo prolatus sit, qui illud contineret, nunquam tamen verba Synodi sic digesta in confirmationem dogmatis produxerunt. Imo in editis Concilijs, vti scripsit Tarasius, expresserunt.

Sed ista recentiora videntur. addatur aliquid antiquius & Nicænæ Synodo proximius. Photius Patriarcha Constantinopolitanus post mortem Ignatij in octaua Synodo, quam nos Photianam, quia a Photio conficta est, vocamus, anno Christi 880. a celebrata Nicæna Synodo secunda, de qua nunc sermo est, anno 92. auctor est, vt dicta Synodus confirmaretur, & inter œcumenicas recenseatur, & pari cum illis veneratione coleretur, & illius dogmata pari ardore exciperentur, & defenderentur, Actione 5. Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης εἶπε. τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον, ἥτις ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον συνέστη, ἐπί τε Ἀδριανοῦ τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ῥώμης καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία ἀεὶ μὲν ἑβδόμην ὀνομάζει τε καὶ ἀνακηρύττει, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις τοῖς ἴσοις αὐτὴν πρεσβείοις γεραίρει. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι τὰ μὲν δόγματα αὐτῆς παραπλησίως ἀποδέχονται, καὶ περιέπουσι, περὶ δὲ τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις καὶ ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν ἴσως παρά τισιν ἐστὶν ἀμφιβολία. φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη περιαγγέλλεται, τὸ δὲ ἀληθὲς οὔπω καὶ μέχρι νῦν ἐπιστάμεθα. νῦν δὲ ὦ ἱερῶν ἀδελφῶν χορὸς ἀγιόλεκτος, ἐπειδὴ παρὰ τῶν καλῶν δηλονότι συνεφαπτομένων τοῦ ἁγιωτάτου

Πάπα Ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πνευματικοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς ἀναμφίβολον πέρας κατέστη, τῶν αὐτῶν τιμιωτάτων τοποτηρητῶν τῶν ἐκείνου πληρούντων θρόνον κρατυνωθέντος καὶ κυρωθέντος, μὴ μόνον αὐτὴν ἀεὶ παρὰ πᾶσι τὰ δόγματα καὶ θεσπίσματα, ἀλλὰ καὶ τὸ συναριθμεῖσθαι αὐτὴν ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις ἑβδόμην μετ' ἐκείνας καὶ γινομένην καὶ λεγομένην, καὶ τὰ ἴσα ταύταις ἐπιφέρουσαν πρεσβεῖα.

Photius ſanctiſſimus Patriarcha dixit. ſanctam & œcumenicam Synodum, quæ apud Nicæam in Bithynia ſecunda celebrata eſt, tempore Adriani beatiſſimi Papæ Romani, & ſancti Taraſij Patriarchæ Conſtantinopolitani, noſtra quidem Eccleſia continuo Septimam prædicat, & nuncupat, & æqualibus cum alijs ſanctis œcumenicis Synodis priuilegijs honorat, Romana vero Eccleſia, quemadmodum & throni Orientales ſimiliter dogmata illius recipiunt, & ſtuent, ſed illam alijs ſanctis & œcumenicis ſex Synodis non annumerant, & eam ſeptimam appellare forte apud nonnullos in dubio eſt, vt nobis nunciatur, cum ad hæc vſque tempora veritatem ipſam aſſecuti non ſumus. Nunc vero o ſacrorum fratrum chorus diuinitus congregatus, cum bona omnia, opem ferente ſanctiſſimo Papa Ioanne fratre & ſpirituali Patre noſtro, indubitatum finem ſortita ſunt, eorundem venerabilium locum illius tenentium voto confirmetur & ſtabiliatur, non ſolum hæc, vt apud omnes dogmata

quibusdam refertur, annos quinque.

Sed inter opera Hieronymi legitur Symbolum Damasi, in quo id additum est. Esto: Damasus id in propria sua confessione, siue Symbolo addiderit. Nobis sermo est de additione facta in Symbolo Nicæno, siue Constantinopolitano. Nec audiendi sunt qui dicunt, Symbolum illud Damasi genuinum non esse, quod Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis tradat, nihil eius genuinum superesse præter Epistolas paucas; cum nec de Carminibus mentionem fecerit, & tamen hodie multa illius Carmina præ manibus omnium sunt, de quibus an Damasi sunt, nullus dubitat. Nec attendendus est Ioannes Gerardi Tomo primo locorum communium in controuersia de Spiritu sancto scribens. *In Synodo Constantinopolitana bonam operam veritati nauauit Gregorius Nyssenus Basilij frater, & consensu totius Synodi addidit Symbolo Nicæno hanc clausulam, Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filioque procedit.* &c. Confirmat id testimonio Socratis lib. 5. cap. 8. Sozomeni lib. 7. cap. 8. Historiæ Tripartitæ Cassiodori lib. 9. cap. 12. & 16. & denique Nicephori Callisti lib. 12. cap. 10. & 13. Laudatur in his Nyssenus, tractaturque de Synodo Constantinopoli-

tana:

tana: ſed Symbolo appoſitam eſſe Spiritus proceſſionem ex Filio, nec meridiana quidem luce legeris.

Ioſephus Methonenſis in ſua aduerſus Marcum Epheſium Reſponſione, narrat, ab Andrea Archiepiſcopo Rhodi in Concilio Florentino reſponſum fuiſſe Epheſio, additionem hanc Symbolo factã fuiſſe ante Schiſma, & ſextam & ſeptimam Synodum. Διότι οὐ μόνον πρὸ τοῦ σχίσματος τῶν Ἐκκλησιῶν ἐν τῷ Συμβόλῳ ἡ προσθήκη ἐτέθη, ἀλλὰ καὶ πρὸ τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων τῆς ἑβδόμης φημὶ καὶ τῆς ἕκτης. ὡς μαρτυρεῖ ὁ ὁμολογητὴς Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον τὸν Πρεσβύτερον ἐπιστολῇ. *Neque enim ſolum ante ſchiſma Eccleſiarum appoſitum erat Symbolo, ſed ante ipſas Synodos œcumenicas, ſeptimam dico & ſextam, ut teſtatur Confeſſor Maximus in Epiſtola ad Marinum Preſbyterum.* Andreas Coloſſenſis in Concilio Ferrarienſi Latinorum partes contra Græcos defendens, ait; *Maximo in Hiſpanijs et Gallijs Schiſmate imminente, cum iam ex Filioque paſſim celebraretur, Romano Pontifici fuit neceſſe in multorum Occidentalium amplæ dignitatis, magnique Concilij Patrum conuentu addito ex Filioque Symbolum magis illuſtrare.* Nec aliud inſinuat Bellarminus lib. 2. de Christo cap. 21. *Idem Andreas dicit tempore ſextæ Synodi idest poſt annum Domini* 170. *hanc additionem*

factam

factam fuisse a Romano Pontifice in Concilio ingenti Latinorum Patrum propter dissensiones quasdam exortas in Gallia & in Hispania. Et quamuis non possumus certo notare annum, aut Pontificem, certum tamen videtur omnino hoc tempore id esse factum. Bellarminum alij sequuntur. Nec absque causa: nam tum in editione vulgata, tum in Hispanijs Madriti procurata per Garziam Loaisam Concilij Toletani octaui, anno 656. celebrati additio *ex Filio* legitur, quod præcedit sextam Synodum annos viginti septem. Et videtur factum anno Christi 649. cum Martinus Pontifex in Synodo Romana Hæresiarchas omnes a præteritis Synodis vniuersaq; Ecclesia reprobatos, & Monothelitarum impietatis assertores condemnauit. Scripserat tum Synodicas Epistolas ad Africanos, Gallos, & potissimum Orientales, apud quos tum temporis Monothelitarum hæresis satis magnas acquisiuerat vires. in illis Martinus inter alia processionem quoque Spiritus ex Filio apposuerat; quas cum legissent Byzantini, duo Romanis obiecere, alterum de processione ex Filio, alterum quod scripsisset Christum Dominum absque originali fuisse vt hominem. Sed dubijs satisfecere Romani: de processione Spiritus idem sensisse Latinos Patres, & inter Græcos Cyrillum: de

secun-

secundo, illud prorsus esse verissimum; quod ingenue fatetur Maximus Homologeta, & Latinorum sententiam explicat. Manuël Calecca contra Græcos lib. 4. *Indicio enim, & B. Maximus Epistola ad Marinum, additionem hanc non quando Ecclesiarum scissura facta est, sed longe ante additam fuisse, & fortassis ante sua tempora. Fuit autem eo tempore, quo sexta Synodus conflata est.* Georgius Metochita Oratione 5. de Processione Spiritus sancti; Τὸν αὐτὸν τρόπον κἀνταῦθα, ἔνθα τὸ πραγματικῶς ἀποφαίνεσθαι αὐτοῖς τὸ τῆς διαστάσεως κραταιὸν ἀντιῤῥητικὴν τὸ σύμπαν θρασυστομίᾳ πρὸς τοὺς θεοφάντορας ἀπολείπεται. ἔγε τοιοῦτος ὁ τὰ θεῖα πολὺς Μάξιμος καὶ φερωνύμως τὸν ζῆλον, καὶ τὴν ὁμολογίαν ὁ μέγιστος, ὃς Συνόδου τῆς ἕκτης περὶ χρόνων ἱκανῶν ἀκμάζας, καὶ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλητικῶς δίαυλον διανύσας, ὅ φασιν ἤτοι μετὰ παρέλευσιν ἁπασῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων τῶν τῆς Ῥώμης κηρύττεσθαι, παρίστησιν ἐναργῶς ἐν συνοδικοῖς γράμμασι τοῖς τοῦ Πάπα τηνικαῦτα κατὰ λέξιν ἀναγορεύεσθαι, ὡς ὄσιν αὐτοῖς σήμερον κηρυττόμενον, καὶ τὰ τῆς ὑπερηγορείας ἐπιπλέκεται τρανῶς. οὗ καὶ μετὰ τὴν μαρτυρικὴν ἀποβίωσιν, ὑπὲρ οὗ γενναίως τοῦ τε ἠγωνίσατο δόγματος, καὶ τὸ ῥηθὲν παγκόσμιον ἕκτον συνεκροτήθη συνέδριον, καὶ προσέτι τὸ ἕβδομον ἐφεξῆς ὑπὲρ τῆς τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἀναστηλώσεως. καὶ χρόνος ὁ ἐκεῖθεν, ἐν ᾧ περιῆν τῷ βίῳ Μάξιμος ὁ θειότατος, ἕως τοῦ ἀδιαλλάκτως ἐπεισφρήσαντος σχίσματος

εἰς

εἰς τετρακοσίων ἐτῶν περίοδον ἐπ᾽ ὀλίγον ἐλλείπουσαν, ἢ οὐδὲν περιΐσταται. *Hoc eodem quoque modo cum illis considerate dissidij firmitatem demonstrare nitimur, temeraria loquacitate sese opponentes diuinis nostris Patribus insolescunt. Quandoquidem rebus diuinis pertractandis praecelebris Maximus, suo nomine dignus, tanquam qui & zelo catholicae fidei, & confessione Maximus extitit. is ante sextam Synodum multos annos aetate acta, & pietatis studio athletice emenso, quod ipsi aiunt, post omnes oecumenicas Synodos peractas Romanos praedicare palam demonstrat in synodicis literis Papae, qui tum praeerat, verbo tenus enunciari, vt hodie quoque praedicatur: eorumque plane defensionem adnectit, post cuius exactam martyrio vitam, pro quo ipse dogmate decertauit, iam dicta vniuersalis Synodus celebrata est, tum deinceps septima pro venerandarum imaginum restitutione. & tempus, quo diuinissimus Maximus in viuis erat, ad irreconciliabile hoc schisma vsque decurrens tantum non quadrigentorum spatium explet, vel nihil ab eo imminuitur.* Nec alia sunt quae tradunt & Simon Constantinopolitanus, & Constantinus Meliteniota, & Ioannes Veccus Patriarcha Constantinopolitanus. Hinc plerique auctoritate tanti Viri suffulti audenter proferunt, aetate Maximi additionem in Symbolo in Occidentali Ecclesia fuisse.

Ipse

Ipſe non inficias iuerim, tum temporis in ea Eccleſia in profeſſionibus fidei additionem illam, *ex Filio*, publice & palam inſertam, apertoque ore ab omnibus pronunciatam fuiſſe: in Symbolo tamen Nicæno, ſiue mauis Conſtantinopolitano additam ex verbis ipſius Maximi non elicio. Non ſunt hic repetenda verba Maximi, cum ſupra appoſita ſint. Refer ad illa animum, ſi lubet. quibus colligitur additionem illam non fuiſſe factam in Symbolo.

Anno 787. Nicææ Concilio Vniuerſali coacto reſtitutio Imaginum, eorumque cultus ſtabilitur. In eo permulti additionem eſſe factam contendunt. Synodus Ferrarienſis Seſſ. v. *Lecta ſeptimi generalis Concilij definitione, Latini quendam vetuſtiſſimum librum in medium attulere: in quo quidem eadem ipſa definitio, ſanctumque Spiritum ex Patre, Filioque procedere, ſcriptum eſt, qua de re non mediocris contentio in illa Seſſione fuit orta. Nam Latini librum ipſum vetuſtiſſimum oſtendebant, ac vehementer elati eum cum Græcorum libro conferebant, tentantes ex Patrum ſubſcriptionibus rebuſque alijs eorundem librorum conuenientiam demonſtrare. Quos cum in omnibus, ipſa tantum acceſſione excepta, conuenire vidiſſent, viſi ſunt mirum in modum admirari.* Et poſt aliqua Iulianus Cardinalis; *Septimi*

Concilij Symbolum, quod modo fecimus recitari, ita in vetustissimo volumine scriptum est; ita vt nemo poterit suspicari, corruptum fuisse: cum præsertim quidam Historicus noster, antiquus quidem ac literatus inter alia id quoque testetur, hoc ipsum Symbolum in septimo Concilio recitatum fuisse. Tali propterea Symbolo cum hac additione, vel declaratione, non mediocrem tribuimus auctoritatem. Et Sessione vij. Rhodiensis; *Ad hæc habemus Codicem vetustissimum, in quo septima Synodus fatetur & dicit, Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere, quod item demonstrauimus per alios Chronographorum libros*, Neque dissentit Martinus Polonus in Chronico, vbi agit de vita Constantini & Irenes; *Horum imperio anno octauo facta est secunda Synodus in Nicæa: vbi adfuerunt trecenti & quinquaginta Patres: in qua affirmatum est, Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere.*

Hæc non approbat neque Vossius de tribus Symbolis; *Neque enim id ignorassent Græci, & aliqui saltem Codices præter eum, quem Romani Græcis ostendebant, ita habuissent: Adde quod nec Anastasius Bibliothecarius id legerit, qui annis solum 70. post Synodum eam claruit. Quare non dubitat, quin illud de Filio vel fraude fuisse insertum, vel Librarij irrepsisse errore.* Neque Petrus Pithoeus de Pro-

cessio-

cessione Spiritus sancti. Verba illius sunt. *Quod in Ferrariensi quadam Sessione, nonnulli ex Latinis asserere ausi sunt, Synodi septimæ definitione Spiritus ex Filio processionem nominatim expressa, prolato etiam in eam rem vetusto quodam exemplari Græco: quamuis Martini Poloni testimonio nonnihil conueniat, pace tamen nostrorum dixerim, parum apud me ponderis habet: præsertim cum vel ipse Anastasij Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarij, qui eodem fere tempore vixit, ac paulo post sub Ioanne Octauo eandem Synodum interpretatus est, Codex apud nos antiquissimus nihil tale contineat: nisi quis id ex computo illo Constantinopolitanæ Synodi a Græcis iactato postea emendatum putet. Quod ego non facile crediderim.* Huiusce vetustissimi Codicis arrepta occasiuncula Amyrutius maligne, vti septimæ Synodi corruptores incusat; Καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ Λατῖνοι τὸν προσθετικὸν Πάπαν ἀγνοοῦσιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐνόθευσαν τὴν ἑβδόμην Σύνοδον, ὡς τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ προσθεῖσαν. *Ipsi quoque Latini Papam additionis auctorem ignorant; proptereaq; septimam Synodum adulterarunt ac si illa illud, ex Filio, addidisset.* Licet Codex vetustissimus in Synodo prolatus sit, qui illud contineret, nunquam tamen verba Synodi sic digesta in confirmationem dogmatis produxerunt. Imo in editis Concilijs, vti scripsit Tarasius, expresserunt.

 Sed

Sed ista recentiora videntur. addatur aliquid antiquius & Nicænæ Synodo proximius. Photius Patriarcha Constantinopolitanus post mortem Ignatij in octaua Synodo, quam nos Photianam, quia a Photio conficta est, vocamus, anno Christi 880. a celebrata Nicæna Synodo secunda, de qua nunc sermo est, anno 92. auctor est, vt dicta Synodus confirmaretur, & inter œcumenicas recenseatur, & pari cum illis veneratione coleretur, & illius dogmata pari ardore exciperentur, & defenderentur, Actione 5. Φώτιος ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης εἶπε· τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον, ἥτις ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον συνέστη, ἐπί τε Ἀδριανοῦ τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ῥώμης καὶ Ταρασίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησία ἀεὶ μὲν ἑβδόμην ὀνομάζει τε καὶ ἀνακηρύττει, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις τοῖς ἴσοις αὐτὴν πρεσβείοις γεραίρει. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησία, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τῆς ἀνατολῆς θρόνοι τὰ μὲν δόγματα αὐτῆς παραπλησίως ἀποδέχονται, καὶ περιέπουσι, περὶ δὲ τοῦ συναριθμεῖν αὐτὴν ταῖς λοιπαῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις καὶ ἑβδόμην αὐτὴν ἀνακηρύττειν ἴσως παρά τισιν ἐστὶν ἀμφιβολία. φήμη μὲν γὰρ τοιαύτη περιαγγέλλεται, τὸ δὲ ἀληθὲς οὔπω καὶ μέχρι νῦν ἐπιστάμεθα. νῦν δὲ ὁ ἱερῶν ἀδελφῶν χορὸς ἁγιόλεκτος, ἐπειδὴ πάντα τὰ καλὰ δηλονότι συνεφαπτομένου τοῦ ἁγιωτάτου

Πάπα

Πάπα Ἰωάννου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πνευματικοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς ἀναμφίβολον πέρας κατέστη, τῶν αὐτῶν τιμιωτάτων τοποτηρητῶν τῶν ἐκείνου πληρούντων θρόνον κρατυνθέντα καὶ κυρωθέντα, μὴ μόνον αὐτὴ ἀεὶ παρὰ πᾶσι τὰ δόγματα καὶ θεσπίσματα, ἀλλὰ καὶ τὸ συναριθμεῖσθαι αὐτὴν ταῖς ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς ἓξ Συνόδοις ἑβδόμην μετ᾽ ἐκείνας καὶ γινομένην καὶ λεγομένην, καὶ τὰ ἶσα ταύταις ἐπιφέρουσα πρεσβεῖα.

Photius ſanctiſſimus Patriarcha dixit. ſanctam & œcumenicam Synodum, quæ apud Nicæam in Bithynia ſecunda celebrata eſt, tempore Adriani beatiſſimi Papæ Romani, & ſancti Taraſij Patriarchæ Conſtantinopolitani, noſtra quidem Eccleſia continuo Septimam prædicat, & nuncupat, & æqualibus cum alijs ſanctis œcumenicis Synodis priuilegijs honorat, Romana vero Eccleſia, quemadmodum & throni Orientales ſimiliter dogmata illius recipiunt, & ſtruent, ſed illam alijs ſanctis & œcumenicis ſex Synodis non annumerant, & eam ſeptimam appellare forte apud nonnullos in dubio eſt, vt nobis nunciatur, cum ad hæc vſque tempora veritatem ipſam aſſecuti non ſumus. Nunc vero o ſacrorum fratrum chorus diuinitus congregatus, cum bona omnia, opem ferente ſanctiſſimo Papa Ioanne fratre & ſpirituali Patre noſtro, indubitatum finem ſortita ſunt, eorundem venerabilium locum illius tenentium voto confirmetur & ſtabiliatur, non ſolum hæc, vt apud omnes dogmata

illius & decreta, sed decernatur etiam eam vna cum alijs sanctis & œcumenicis sex Synodis connumerari, cum septima illa post eas facta sit & nuncupetur, & eadem atque illæ priuilegia sibi vendicet. Post Legatorum Pontificis, Synodi, Basilij Martyropolitani verba, Elias Presbyter, & locum tenens Hierosolymitani subdit; Καὶ τὰ δόγματα αὐτῆς συμφωνῆ καὶ οἰκεῖα καὶ ὁμόδοξα τῶν οἰκουμενικῶν ἓξ Συνόδων ὑπῆρχον. ὁ οὖν ταύτην μὴ δεχόμενος, μηδὲ ὀνομάζων οἰκουμενικὴν καὶ ἑβδόμην Σύνοδον, τὰς ἄλλας, κἂν οὐ τολμᾷ λέγειν, περιγράφεται. διὸ εἴτις ταύτην οὐκ ἀποδέχεται ὡς ἐκείνας τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἓξ Συνόδους ἀνάθεμα ἔστω. *Et dogmata ipsius consentanea, & conformia, & concordantia dogmatibus œcumenicarum sex Synodorum existebant. Qui itaque ipsam non recipit, nec eam septimam nominat & œcumenicam, alias, licet id non audeat dicere, irritas facit. Quapropter si quis eam vti illas sanctas & œcumenicas sex Synodos, non recipit, anathema sit.* Si additio illa in Nicæna secunda facta esset, desipuisset vtique Photius, qui quod ipse oppugnabat dogma, approbatione dictæ Synodi stabiliuisset, & quam pertinaciter refutabat sententiam, processionem nempe ex Filio Spiritus, æque ac reliqua Ecclesiæ Catholicæ dogmata confirmasset. Annon ipse huiusce Synodi confirmatione crimen, quod appin-

pingebat Romanis, in se conuertisset, & vno eodemque tempore & processionem Spiritus ex Filio, cum reciperet Nicænam, constabiliuisset, & eandem Nicænam, cum reprobaret processionem, & in posterum additionem etiam sub anathemate prohiberet, penitus destruxisset, & irritam declarasset? Dicta igitur additio in Symbolo Nicænæ secundæ nulla fuit.

Euidentiora producamus. Carolus Magnus eidem Synodo Nicænæ σύγχρονος, & dicta illius acriori examine, & verborum omnia pondera æstimans, pollicetur siquidem nihil se indiscussum relicturum, nihilque silentio præteriturum, quod in illa Synodo reprehensione dignum inueniretur, in suo Capitulari anno Domini 794. Adriano Papæ misso lib. 3. cap. 3. inter alia multa illud quoque in eadem Synodo a Tarasio dictum sugillat. Dixerat nempe Tarasius, *Ex Patre per Filium Spiritum procedere*. Id ipse improbat, & pluribus; *In professione Tarasij nisi puritas & synceritas cordis sit, quæ credat eum non creaturam esse sed creatorem, nec Patre Filioque minorem, sed eis æqualem & consubstantialem, & ab vtroque procedere, perniciosum virus poterit exoriri: Ex Patre enim & Filio Spiritum sanctum, non ex Patre per Filium procedere, recte creditur & vsitate confite-*

tur. *Alteram nanque vim habet, ex, præpositio, & alteram, per. & per Filium eum a Patre procedere synodicæ professioni inusitatum est.* Obiectis a Carolo cum responderet Adrianus Pontifex, loquacitate illius immodica, & ex scholis inani cantilena neglectis, solummodo doctrinam Patrum, qui eo ipso loquendi modo in processione Spiritus vsi sunt, reponit, & recte Tarasium locutum affirmat. Tum sic: si in ea Synodo additio in Symbolo ex Filio facta fuisset, temere Carolus verba Tarasij tot verborum struibus vellicasset, temere Adrianus multis Patrum testimonijs exaggeratis dictum Tarasij comprobasset. Vel sola illa fidei professione Carolus Tarasium refutasset, vel Adrianus propugnasset. Quid enim inquirendum esset amplius, si Synodi sententiam vnum Symbolum confirmasset, eaque vel sola quæstionem propositam dissoluisset? Sed nec Carolus ad oppugnandam Tarasij professionem, nec Adrianus ad defendendum, qui diligenter omnia Concilij examinarunt, in medium attulerunt. Ergo talis in Symbolo illo additio non fuit. Quare quomodo in vetustissimo illo Codice additio irrepserit, alij quærent.

Nodum ipse expediam. In ea Synodo inter alia lecta est Epistola Tarasij Patriar-

chæ

chæ Conſtantinopolitani ad Antiochenum, Alexandrinum, & Hieroſolymitanum Antiſtites & Sacerdotes miſſa, in qua continebatur eiuſdem Taraſij profeſſio fidei, & in profeſſione verba; Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ Κύριον, καὶ ζωοποιοῦν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον. *Et in Spiritum ſanctum Dominum & viuificantem, ex Patre per Filium procedentem*. Vbi lecta eſt, omnes qui intererant, acclamantes, dictæ Epiſtolæ ſententias vti rectas & catholicas approbarunt, veraſque eſſe profeſſi ſunt. Poſteriores cum ſcirent & optime, in diuinis ita determinantibus Patribus, quidquid hic ineptiat Carolus, præpoſitiones, *ex*, &, *per*, idem innuere, nec aliud eſſe, *Procedere Spiritum ex Filio*, & *procedere per Filium*, & in ea Epiſtola approbata a Synodo apertiſſime contineri, *procedere Spiritũ per Filium*, optime collegerunt, in Nicæna ſecunda Synodo additionem ſimilem conſtabilitam. Veruntamen cum ea additio in Symbolo non appoſita ſit, ſed extra Symbolum in alijs actis, non recte affirmant eo temporis additionem in Symbolo factam. vtrunque probauimus teſtimonijs eorundem Græcorum. Nicephorus Blemmida Orat. 1. ad Iacobum Bulgariæ Archiepiſcopum, illius verba Græca cum edita ſint a nobis Tomo primo Græciæ Ortho-

doxæ

doxæ, ne longiores simus, præterimus, latina dabimus; *His Tarasius sanctissimus, & rerum diuinarum scientissimus fultus & confirmatus, ex Patre per Filium procedentem Spiritum sanctum libello synodico rem multo ante palam, aperteque professus fuit: atque id in uniuersali totius Orbis terrarum auditorio: nec quisquam omnino ex omnibus fuit, qui eius doctrinam reprehendere, & ei contradicere ausus est.* Et infra; *Verum ex Patre asserere procedere Spiritum sanctum, & ex Patre per Filium sensu idem esse, nec diuersum, ex actis eiusdem septimæ Synodi apertissime euincitur. Nam cum Tomi in Synodo lecti fuissent, ille videlicet, qui Spiritum sanctum ex Patre per Filium procedentem affirmat: tum alius qui ab æterno procedentem ex Deo & Patre eundem Spiritum asserit, vnus ex Synodi venerandis Patribus sententiam ita se habentem protulit.* Et post relatas Patrum sententias subdit; *Quod si fidei Symbolum, quod à Patribus in Synodo secunda expositũ fuit, etiam & illi in septima postea definitionem fidei esse decreuerunt, non est cur miremur. Maluerunt enim, publice cognitam omnibus approbatamque definitionem robur adhuc habere, ne viderentur nouam professionem sine vllo emolumento tradere, cum eo tempore vniuersa Ecclesia Christi vnionis vinculo colligaretur. Nec vllus tunc temporis ex his omnibus Patriarchæ contra-*

dicere

dicere ausus est. Esset enim utique & contradictio actis inserta. Hinc vides aperte, licet additionem similem Synodus approbarit, eam tamen Symbolo Nicænæ secundæ non apposuisse. Simon Constantinopolitanus Epistola ad Ioannem Nomophylacem; *Τούτων τοιῶνδε διασαφηνισθέντων, λείπεται εἰπεῖν τι· πῶς περὶ τῆς τοιᾶσδε θείας τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκπορεύσεως ἐφρόνησε καὶ ἡ ἁγία οἰκουμενικὴ ἑβδόμη Σύνοδος. Καὶ περὶ τούτου ἰστέον, ὅτι ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης ὁ ἅγιος Ταράσιος δηλαδὴ ἐν τῇ παρ' αὐτοῦ ἀποσταλείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς Ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς Ἀντιοχείας καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς ἁγίας πόλεως, ἧς ἡ ἀρχὴ, Πολλαῖς καὶ μεγάλαις προνοίαις Κύριος ὁ Θεὸς, οὑτωσὶ κατὰ ῥῆμα θεολογεῖ. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν ἡμῶν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀϊδίως, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ αὐτὸ Θεὸν ὄντα καὶ γνωριζόμενον. καὶ τὰ ἑξῆς. οὔσης γοῦν τοιουτοτρόπου τῆς περιλήψεως τῆς τοιᾶσδε ὁμολογίας τοῦ ἁγίου Ταρασίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη Σύνοδος εἰς ὑπόμνησιν διαιωνίζουσαν τοῦ ἰδίου αὐτῆς τοῦ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φρονήματός τε καὶ ὁμολογίας, ἅμα τε καὶ πρὸς ὑγιῆ ἑρμηνείαν τοῦ σωτηρίου Συμβόλου, ἵνα θεολογεῖται δηλαδὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως ἐκπορεύεσθαι παρὰ τοῦ πατρὸς, ὥσπερ καὶ διὰ τοῦ υἱοῦ, καὶ οὐ μὴν ἐκ μόνου πατρὸς, ὡς ὁ Φώ-*

τιος

πι@ς ματαιολογεῖ. *His ita expositis reliquum est dicere, quid de simili diuina processione Spiritus sancti tenuit sancta & œcumenica septima Synodus. & sciendum est, Constantinopolitanum Patriarcham, sanctum nempe Tarasium in Epistola per ipsum ad Præsules & Sacerdotes Antiochenos, Alexandrinos, & Hierosolymitanos data, cuius illud principium est, Multa & magna prouidentia Dominus Deus, hisce plane verbis enunciare; Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, & Deum nostrum, genitum ex Patre ante tempora & secula: & in Spiritum sanctum Dominum viuificantem, ex Patre per Filium procedentem, qui & ipse Deus est, & cognoscitur. &c. Itaq; cum simili modo se habeat hic confessionis sancti Tarasij Patriarchæ Constantinopolitani circumplexus, sancta & vniuersalis septima Synodus ad suæ de orthodoxa fide sententiæ & confessionis perpetuam memoriam, & ad sanam salutaris Symboli expositionem decreuit, vt diceretur Spiritus sanctus ita ex Patre procedere vti per Filium procedit, & non tantum ex solo Patre, sicuti Photius blaterat.* Approbata itaque est a septima Synodo in Professione Tarasij additio illa *per Filium*, non tamen addita Symbolo. Nicephorus Blemmida laudata Oratione aduersariorum obiectioni respondens; *Quamuis nonnullis nostri temporis sapien-*

ſapientibus non defecerit ſolertia, quin etiam hic contradicendi anſas inuenerunt; dicunt enim, Orientales ea, quæ in Libello erant, ſilentio ſuo improbaſſe, cum in ſua fidei profeſſione illud per Filium omiſerint. Veruntamen quæ vis inde contradictioni fuerit, ſi beatiſſimi Sophronij Tomum illi tenentes miſerunt ſine vlla immutatione, vt par erat, conſeruatum: cum nulla vrgeret neceſſitas interpellandi contradicendique ijs, quæ ipſi receperant. Hoc quiſpiam oſtendat, in aliquam ſaltem vel leuiſſimam reprehenſionem Patriarchæ ſcriptum incurriſſe. Et infra; *At œcumenica Synodus audiens turbata ne eſt? edidit ſtrepitum? nouam additionem exhorruit? prohibuit, vt fieri amat in abſurdorum dogmatum traditionibus? Minime gentium &c.* Vide reliqua apud eundem.

Non multo poſt Synodum Nicænam ſecundam ſub Imperio eiuſdem Caroli anno Chriſti 809. in Synodo Aquiſgrani habita de eadem proceſſione diſputatum eſt, quod paſſim in Eccleſijs Gallicanis *ex Filio* in Symbolo adderetur, & Ioannes Monachus Hieroſolymitanus quæſtionem illam mouiſſet. Ado in Chronico; *Synodus magna Grani Aquis congregatur anno Incarnationis Domini 809. in qua Synodo de proceſſione Spiritus quæſtio agitatur, vtrum ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio. Hanc quæſtionem Ioannes*

Mo-

Monachus Hierosolymitanus mouerat; cum regula & fides Ecclesiastica firmet, Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere non creatum, non genitum, sed Patri & Filio coæternum, & consubstantialem. Nomen autem processionis a Patre & Filio in Apocalypsi ita aperte expositum. Et ostendit mihi, haud dubie quin Angelus, flumen aquæ vitæ, splendidum tanquam chrystallum procedens de sede Dei & Agni. Nec diuersa sunt, quæ tradit Monachus Egolismensis sancti Eparchij in vita Caroli magni, & alij. Quisnam vero hic Ioannes Hierosolymitanus est? Legi ipse Ioannis Patriarchæ Hierosolymitani Orationem, quam cum quodam Latino Philosopho Hierosolymis habuit de Azymis, cuius illud principium, Τὸν πολύπουν φασὶ τὸ παράπαν μὴ χαίρειν τοῖς πνεύμασι τοῦ βορρᾶ· ἐχθρὰ δ' ἡγεῖσθαι τἀκεῖ. & aliam eiusdem de processione Spiritus sancti, cuius principium; Γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ μετὰ τὴν ὑπατίαν Φλαβίου Θεοδοσίου. & colloquium item cum Latino de Azymis, quod incipit ab interrogatione Latini; Παρὰ τοῖς παρ' ὑμῶν Εὐαγγελίοις, ὃ ἔλαβεν ὁ Χριστὸς εἰς θυσίαν τοῦ πάσχα, Et alia quoque aduersus Latinos edidisse idemmet asserit Oratione de Azymis; Μετὰ γοῦν τοὺς ἄλλους, καὶ τοὺς πρὸς ἐκείνους λόγους, οὓς συνετάξαμεν ἄνωθεν, οὐ πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι. *Itaque post alias & alias aduersus illos orationes,*

quas

quas supra digessimus, non multi præteriere dies. Potuit hic Ioannes post nauatam & scriptionibus, & legatione suis Græcis operam, ab ijsdem Græcis in Patriarchatum promoueri, vt speciosiori Patriarchatus titulo Tractatus suos exornaret: sed cum ætatis illius certum tempus non innotescat, neque nos certum de eo aliquid asseueramus. Quare dubito, ne dubitatio mea Lectorem fallat.

Leo Tertius, vt liquet ex Smaragdi actis, decretum Aquisgranensis Concilij comprobauit, non tamen assensit, vt illud, *ex Filio*, Symbolo insereretur. Acta Smaragdi leges apud Baronium ad annum 809. & apud Sirmundum Concil. Galliæ Tomo 11. Decretum vero suum firmius stabiliens Leo, in duobus Clypeis Symbolum Constantinopolitanum Græce Latineque insculptum absque illa additione publice legendum in templo sancti Petri proposuit, quod Photius & Græci alij, quos nos in Opere de Consensione vtriusque Ecclesiæ retulimus: nec tacuit inter Latinos Anastasius in Leone Tertio, *Hic vero pro amore & cautela orthodoxæ fidei fecit vbi supra scuta argentea duo scripta vtraque Symbolo vnum quidem literis Græcis, & alium Latinis, sedentia dextra læuaq; super ina gressum corporis pensantem inibi libras nonaginta quatuor & vncias sex.* Et Petrus Lombardus

lib. 1. ſentent. diſtinct. 11. *Leo tertius tranſcriptum in tabula argentea poſt altare B. Pauli poſita, poſteris reliquit, pro amore, ut ipſe ait, & cautela fidei orthodoxæ: in quo quidem Symbolo in proceſſione Spiritus ſancti ſolus commemoratur Pater his verbis: & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & glorificandum.* Et hæc ancilia, cum Romæ ageret, ſe vidiſſe narrat Georgius Corcyrenſis de Proceſſione Spiritus ſancti; Καὶ ὁ μακάριος Λέων ὁ Πάπας ἐν τῇ ἀργυραίᾳ ἀσπίδι, ἥτις ἔμπροσθεν τοῦ ἡγιασμένου σώματος τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ὁρᾶται ἱσταμένη, ἀνὰ μεταξὺ τῶν τῆς αὐτοῦ πίστεως Συμβόλων φησὶ, καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον τὸ ζωοποιοῦν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. καὶ κατωτέρω γράφεται οὕτω. Λέων ἀνάξιος τρίτος Ἐπίσκοπος. καὶ ταῦτα οἰκείοις ὀφθαλμοῖς ἐν Ῥώμῃ ὄντες ἐθεασάμεθα. *Et beatus Leo Papa in ſcuto argenteo, quod ante ſanctum corpus Pauli Apoſtoli appenſum viſitur, in medio illius Fidei Symbolo habetur; & in Spiritum ſanctum Dominum, viuificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur. & infra ſcriptum eſt; Leo indignus tertius Epiſcopus. Et hæc proprijs oculis, cum Romæ eſſemus, conſpeximus.*

Neque hic illud obticeſcendum eſt, ſed laten-

latentem in verbis ſupra allatis Photij anguem in proſpectum populi producamus. Photius ait Romanos in Symbolo addidiſſe. Calliditas hæc Photiana eſt; magnitudine & atrocitate criminis ſic occupare animos audientium vult, vt difficilis aditus veritati relinquatur. Neque enim ille ignorauit & Miſſos a Carolo ad Leonem, vt ſimilis additio impetraretur in Symbolo, neque Leonis in eo concedendo, licet verum eſſet, inficiationem. Et Ioannis Pontificis Romani ad ipſum Photium, in Synodo Photiana productæ, quibus Schiſmatici fidem non denegant, tradit eo tempore in Romana Eccleſia recitatum abſque illa additione; Ὅταν παρεγένετο πρὸς ἡμᾶς, ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀποσταλεὶς παρ' αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Συμβόλου ἡμᾶς ἐδοκίμασεν, εὗρεν ἀπαραχάρακτον καθὼς ἀρχῆθεν παρεδόθη ἡμῖν, διατηροῦντας, καὶ μήτε προστιθέντας τι, ἢ ἀφαιροῦντας, ἀκριβῶς εἰδότας, ὡς τοῖς τοιαῦτα τολμῶσι βαρεῖα καταδίκη ἀναμένουσα ἀπόκειται. *Cum ad nos acceſſit, paulo ante miſſus a tua fraternitate, inter alia & de ſancto Symbolo nos examinauit; illudque reperit nos pie inuiolateque ſeruare, vti a principio nobis traditum eſt, cum nihil addamus, nihil detrahamus, tanquam qui bene ſcimus, quam grauis ſit pœna, quæ ſimilia audentes expectat.* Si nulla ergo tum additio erat in Symbolo; qua fronte Photius Roma-

nos, additionem in Symbolo crimen Romanis obijcit, vt leue, & abſque culpa facinus atrocius redderet? Sciebat nonnullos ex Romanis in profeſſione ſuæ fidei, & actis Synodicis additionem illam, vt Martinus etiam fecerat, interponere. Quare ipſe, cum de ſynodicis nullam pœnam conſtitutam a Synodis videret, ſatis vero acrem in addentes in Symbolo reperiret, facto immutato, & tacitis ſynodicis, Symbolum eos ſimili additione læſiſſe publicauit. Sed hæc fuſius in tractatu noſtro de Synodo octaua Photiana. Hiſce etiam detegitur mendacium Georgij Gemiſti Plethonis ad Beſſarionem Epiſtola, qui tradit Ioannem Papam mãdaſſe, vt additio e Symbolo eraderetur; Ἦν γὰρ ἡ ἐπὶ τοῦ Φωτίου βεβαιοτέρα, ἐν ᾗ καὶ ὁ Πάπας Ἰωάννης συνέθετο τὴν προσθήκην ἐκβληθῆναι ἀπὸ τοῦ Συμβόλου. *Erat autem quæ ætate Photij celebrata eſt, certior, in qua cum alijs Ioanni Papæ conuenit, additionem demendam eſſe a Symbolo.* Nec diſſimilia ſunt quæ affert Bryennius Oratione octaua de Trinitate, & alij. Qua ratione quod non dum erat in Symbolo, eradendum erat a Symbolo?

Hac Leonis actione decepti Græci non verentur affirmare, Leonem improbaſſe proceſſionem Spiritus ex Filio, quod tamen falſum eſſe ex actis ipſius Smaragdi euincitur: cum

cum, vt recte etiam ab alijs adnotatur; aliud sit additionem *ex Filio* in Symbolo non apponi, aliud negare ex Filio processionem. His apertissime constat, neque Leonis Tertij tempore Ecclesiam Romanam illud *Filioque*, in Symbolo recitasse; quamuis id extra Symbolum publice & firmiter prædicaret: ideoque licet non defuerint aliæ causæ, ob quas Græci contra Latinos, & Latini contra Græcos aduersis animis dissiderent, nullus tamen alteri ob additionem inimicitias indixerat.

Sed inuisamus tempora Photij. Post annos e Synodo Nicæna secunda septuaginta. Ea ætate additionem recitatam fuisse a Romanis in Symbolo, fidem facit ipse Photius in sua Encyclica Epistola, quæ sub nomine Sisinij Patriarchæ prostat; Ἀλλὰ γὰρ οὐχὶ μόνον εἰς ταῦτα παρανομεῖν ἐξηνέχθησαν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις κακῶν ἐστι κορωνὶς, εἰς ταύτην ἀνέδραμον. πρὸς γάρ τοι τοῖς εἰρημένοις ἀτοπήμασι, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον Σύμβολον, ὃ πᾶσι τοῖς συνοδικοῖς, καὶ οἰκουμενικοῖς ψηφίσμασιν ἄμαχον ἔχει τὴν ἰσχὺν, νόθοις λογισμοῖς, καὶ παρεγγράπτοις λόγοις, καὶ θράσους ὑπερβολῇ κιβδηλεύειν ἐπεχείρησαν. ὢ τῶν τοῦ πονηροῦ μηχανημάτων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς μόνον, ἀλλά γε καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι καινολογήσαντες. *Neque hic stetit eorum iniquitas, sed si quæ est alia malorum summa, in eam conciti sunt. Nam*

præ iam dictis absurditatibus, & sacrosanctum Symbolum, quod omnibus synodalibus & vniuersalibus decretis vim inexpugnabilem præsefert, spurijs sententijs, verbisque commentitijs audacissimo ausu adulterare agressi sunt. Heu aduersarij machinas! Spiritum sanctum non ex Patre solum, sed etiam ex Filio procedere nouo facinore decernentes, Et in octaua Synodo tempore Ioannis Papæ Actione sexta recitatur Symbolum absque illa additione ex Filio, postmodum condemnatur quæcunque Symboli additio, siue immutatio, & Actione septima eadem condemnatio inculcatur. Si additio facta non esset in Symbolo, garrirent equidem illi Patres, qui nulla causa similem additionem condemnarent. Quinimo ex eadem Synodo producitur Ioannis Papæ Epistola, in qua additionem similem in Symbolo damnat, fateturque, se nunquam talem blasphemiam in Symbolo apposuisse, nec appositurum in posterum, condemnatque & anathemate ferit, eos qui similia ausi sunt, vel postmodum audebunt. Ex recentioribus Maximus Margunius Tractatu contra Latinos de Processione Spiritus sancti dicit, tempore Photij rogatu Ioannis Papæ Synodum maximam Episcoporum congregatam simul cum Legatis Pontificijs processionem ex Filio vti hæreticam condemnasse;

mnasse;

mnasse; Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ ἁγιώτατος Πάπας ὕστερον μετὰ χρόνους τριάκοντα Ἀρχιερεῖς τε καὶ κληρικοὺς λόγῳ καὶ ἀρετῇ κεκοσμημένους ἐκπέμπει πρὸς τὸν ἁγιώτατον Κωνσταντινουπόλεως Φώτιον Σύνοδον ἐξαιτῶν κατὰ τῶν τοιούτων αἱρέσεων συγκροτῆσαι. ὅθεν καὶ γέγονε καὶ ἀναθέματι καθυπέβαλεν τοὺς δογματίζοντας καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοὺς ἄζυμα εἰς θυσίαν προσφέροντας, καὶ τοὺς τὰς λοιπὰς τούτων αἱρέσεις κρατύνοντας. καὶ λαβόντες τὰ πρακτικὰ τῆς ἁγίας ταύτης Συνόδου ἀπεκόμισαν πρὸς τὸν Πάπαν, κἀκεῖνος εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐπικράτειαν ἀνεγίνωσκε ταῦτα, καὶ ἀπήλαυνε τοὺς τοιούτους αἱρετικούς. καὶ γὰρ περιφανὴς καὶ μεγίστη ἡ τοιαύτη Σύνοδος γέγονε, ἐκδημησάντων τῶν τριῶν Πατριαρχῶν. ὅθεν καὶ τὰ πρακτικὰ ταύτης σώζονται καὶ κατέχονται ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν. *Porro Ioannes Papa sanctissimus post annos triginta Præsules & Clericos sermone & virtute conspicuos ad sanctissimum Photium Byzantium mittit, rogans, ut Synodum contra similes hæreses celebraret; & celebrata est, & anathemati subiecit asserentes, ex Filio quoque procedere Spiritum sanctum, & azyma in Sacrificium offerentes, & reliquas eorum hæreses stabilientes: qui cum accepissent acta sanctæ illius Synodi ad Papam detulerunt, illeque per uniuersam suam iurisdictionem misit, ut legerentur, & similes hæreses expellerentur. Nam ea Synodus maxima & celeberrima fuit; cum interuenissent tres*

Patriarchæ. Vnde & acta illius conseruantur, et recitantur a Christianis. Non absimilia sunt, quæ narrat Gabriël Philadelphiensis lib. 1. aduersus Latinos de processione Spiritus sancti, & ante eos Iosephus Bryennius Oratione octaua de sanctissima Triade, & alij.

Et postremis Imperij Græci temporibus Marcus Patriarcha Alexandrinus datis literis interrogauit Theodorum Balsamonem, quomodo recipiendi essent Latini, qui diuinam communionem a Græcis petebant? Si Alexandrinus post tot exacta tempora: iam enim anni trecenti præterierant, vt Gregorius Protosyncellus notat, ab initio Schismatis, ignorabat modum recipiendi Latinos, perspicuum est illos non fuisse hæreticos a multis Patribus iudicatos, vt mentiebatur Marcus Ephesius. Quomodo enim latere potuisset Patriarcham Alexandrinum, & reliquas Ecclesias Pontificiorum damnatio? Et ijsdem temporibus Imperatores, Patriarchæ, vel alij ad Pontificem Romanum scribentes, eum beatissimi, sanctissimi, & summi Pontificis titulis insigniebant. quod non fecissent post tantum temporis decursum, si eos praue de fide sentire cognouissent.

CAP. XXI.

Quæ Additio, Ademptio, & Immutatio prohibeatur in Symbolo. Et quando prohibitio facta sit.

INcerti itaque ſunt Schiſmatici de tempore additionis; eam nihilominus ad tempora Formoſi, & Chriſtophori referunt, ad quorum ætatem inter Græcos & Pontificios continuatam fuiſſe vnionem non negant, qui ſunt anni fere poſt abdicatum Photium quatuor & triginta. Traduntque Pontificij id Græcos a Chriſtophoro factum aſſeruiſſe, quem nouerant informi ingreſſu turpiſſimum: rem tamen hanc maiori ocio, conſultuque totius Occidentalis Eccleſiæ, & vrgente neceſſitate eſſe peractam, & a Pontifice, qui in ſede Petri legitime ſederit.

Sed quidquid ſit de tempore additionis, Schiſmatici fere omnes non ita ſolliciti de dogmate, quod pium eſſe re ipſa factiſque probarunt, dum vnionem illud profitentium non vitarent, nec ab illis propterea ſcinderentur, ſed ab illis vti Catholicis veritatem dogmatum inquirerent, & decreta exciperent, vt probatum eſt. Quare definitioni Concilij Epheſini innixi, in quo ſub pœnis grauiſſimis additio, ademptio, &

immutatio prohibetur, Latinos ipsos pœnas a Concilio decretas pendere nunc pugnacissime contendunt, cum illud *Filioque*, Symbolo addiderint, & ita perstant in contumacia, quasi tum primum in Concilio Ephesino prohibitio illa lata sit, & non antea in Ecclesia, vt ex aucto Constantinopolitano Symbolo, quod nunc apud Latinos recitatur, infament. Nanque si ante Ephesinum prohibitio fuisset; palam Constantinopolitani secundi Oecumenici Patres in easdem pœnas incurrissent, in quas nunc post additionem *Filioque*, Latinos incurrisse altercantur;

Sed non respondet votis confidentia. & hic primum error tollendus est. Prohibitio enim in Ephesino ab ipso nascentis Ecclesiæ initio publicata est. Paulus ad Galatas cap. 1. *Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euägelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis; anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit.* Fieri nequit, vt Angelus doceat contraria diuinæ prædicationi: Ego item ipse, qui trado vobis Euangelium, quod nunquam fiet, nisi atra bile percitus de mente excidero. Attamen si prioribus a me denunciatis contraria insinuauero, Angelo ipsi, & mihi, & vniuersis alijs, qui talia præ-

præsumpserint, anathema sit. Præcepto itaq; Pauli non impune quispiam dictis illius aliquid addiderit, subtraxerit, vel immutauerit. Verba plana sunt. Paulinis itineribus pergit illius discipulus Dionysius Areopagita; Καθόλου οὐ τολμητέον εἰπεῖν, ἢ ἐννοῆσαι παρὰ τὰ θεωδῶς ἡμῖν παρὰ τῶν θείων λογίων ἐκπεφασμένα. *In vniuersum audendum non est dicere, aut cogitare quicquam præter ea, quæ diuinitus nobis per sacra eloquia reuelata sunt.* Temporibus ergo Apostolorum similis prohibitio emanauit.

Nec alia post Apostolos, & Nicænum Symbolum in Ecclesia sancita sunt. Athanasius Tomo ad Antiochenos; Ἠξίωσαν μὲν γάρ τινες ὡς ἐνδεῶς ἐχούσης τῆς κατὰ Νίκαιαν Συνόδου, γράψαι περὶ πίστεως, καὶ ἐπεχείρησαν προπετῶς. ἡ δὲ ἁγία Σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συναχθεῖσα ἠγανάκτησε, καὶ ὥρισε μηδὲν ἔτι περὶ πίστεως γράφεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῇ ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθείσῃ πίστει, διὰ τὸ μηδὲν αὐτῇ ἐλλείπειν, ἀλλὰ πλήρη εὐσεβείας εἶναι. καὶ ὅτι μὴ δεῖ δευτέραν ἐκτίθεσθαι πίστιν, ἵνα μὴ ἡ ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσα, ὡς ἀτελὴς οὖσα νομισθῇ, καὶ πρόφασις δοθῇ τοῖς ἐθέλουσι πολλὰ γράφειν, καὶ ὁρίζειν περὶ πίστεως. *Voluere enim nonnulli, quasi manca essent, quæ Nicæna Synodus tradiderat, de fide aliquid scribere, & manus audacter rei admouere. Veruntamen Synodus Sardicæ coacta, non æquo animo tulit ordi-*

ordinauitque, nihil prætereà de fide scripto tradere, sed acquiescere illi, quæ à Patribus in Nicæa Vrbe fides tradita est: quod nihil in ea desit, sed pietate abundet; & quod secunda fides scriptitanda non est, ne quæ Nicææ scripta est, veluti manca atque imperfecta existimata, ansa præbeatur volentibus multa scribere decernereque de fide. Et infra: Βελτίονα καὶ ἀκριβεστέραν εἶναι τὴν ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων ὁμολογηθεῖσαν πίστιν. καὶ τοῦ λοιποῦ ταῖς ταύτης ἀρκεῖσθαι καὶ χρῆσθαι ῥήμασιν. *Meliorem accuratioremque esse, quæ Nicææ a Patribus fides composita est, & in posterum illius verbis esse acquiescendum, illisq; vtendum.* Si Sardicensis Synodus non æquo animo tulit, ordinauitque, ne quid in posterum de fide scriberetur, sed acquiescerent omnes fidei a Patribus Nicænis conscriptæ: ergo ante Synodum vniuersalem secundam similis prohibitio erat. Adde Basilium Epistola ad Antiochenam Ecclesiam; Πίστιν ἡμεῖς οὔτε παρ' ἄλλων γραφομένην ἡμῖν νεωτέραν παραδεχόμεθα, οὔτε αὐτοὶ τὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας γεννήματα παραδιδόναι τολμῶμεν, ἵνα μὴ ἀνθρώπινα ποιήσωμεν τὰ τῆς εὐσεβείας ῥήματα. ἀλλ' ἅπερ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων δεδιδάγμεθα, ταῦτα τοῖς ἐρωτῶσιν ἡμᾶς διαγγέλλομεν. Ἔστι τοίνυν ἐκ πατέρων ἐμπολιτευομένη τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡμῶν ἡ γραφεῖσα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων πίστις τῶν κατὰ Νίκαιαν συνελθόντων ἡμῖν, ἣν ἡγούμεθα μὲν παρὰ

περὶ στόματος ἐστὶ καὶ παρ' ὑμῖν, οὐ παραιτούμεθα δὲ, ἵνα μηδὲ ὄκνου ἔγκλημα ἐπανεγκαίμεθα, καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα ἐνσημῆναι τῷ γράμματι. *Fidem nos neque recentiorem ab alijs conſcriptam, neque ipſi mentis noſtræ fœtus alijs obtrudere audemus, ne humana faciamus pietatis verba, ſed quæ a ſanctis Patribus edocti ſumus, ea nos interrogantibus annunciamus. Eſt itaque Eccleſiæ noſtræ a Patribus adminiſtratæ etiam a ſanctis Patribus, qui Nicææ conuenere, conſcripta fides, quam tametſi arbitramur oretenus, & apud vos in vſu haberi, non tamen detrectabimus, ne deſidiei crimine notemur, ipſa quoque verba literis annotare. Sunt autem iſta. Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem.* Et reliqua Symboli Nicæni. His nihilominus non obſtantibus Nicæni Patres addiderunt ὁμοούσιον, Conſtantinopoli ſecunda Nicæno Symbolo, ad quod ferme vniuerſa Eccleſia prouocabat addidit; & pleraque immutauit, nonnulla etiam eraſit. Si comminatio Pauli aliorumque Patrum præuaricatores afficit, quis Synodos Generales primam & ſecundam, & quæ rurſus eadem ſub ijſdem pœnis præſcripſit, Epheſinam præuaricationis crimine inſontes eſſe dixerit? Quis tot alios Patres ab anathemate ſummo iure inflicto vindicabit?

His forte triumphas, Hottingere, qui ad

ver-

verbum Dei solum prouocas, & quod ibi expressum non est, temeritate furiosa reijcis. Sed scito, modo mihi cum Schismaticis Græcis, qui prorsus pietatem non exuerunt, sermonem esse; non cum tuis, qui plane extra Ecclesiam sunt, nec quid sit inter sacrum & prophanum intelligunt. Et tibi potissimum, quod Archimagiro cuidam de scripturis disputanti magnus Basilius reposuit, apud Theodoretum Histor. Ecclesiast. lib. 4. cap. 27. obtrudo; *Tuum est de pulmentis iudicare, non dogmata diuina disquirere*. Quare dum ego disputationis cursum litigiosæ teneo, & de dogmatibus diuinis cum Schismaticis decerto, tu interim in culina pulmenta disquirito: neque enim hæc tua causa est.

Vt vero ex Schismaticorum oculis nebulæ dissoluantur, præmittendum est, immutationem in fide fieri, quando illud quod præscriptum est, atque determinatum, suo loco auulsum in aliam atque aliam faciem, & quæ primam non referat, transit, & nouum quid inducens, & primo contrarium, rem ipsam fidei conuellit, atque deturpat. Et hæc immutatio est, quæ a Paulo, Synodis, & Patribus prohibetur, cum res fidei firmæ sint & inuariabiles. Non vero prohibetur illa, quæ licet ordinem verborum & formam

ora-

orationis mutet, ſententiam tamen eandem ſeruat. Trium perſonarum in Trinitate ordinem Chriſtus expoſuit, Patris, Filij, & Spiritus ſancti: Patres tamen & ipſa ſcriptura in illis recenſendis aliam aliæ præpoſuerunt, vt exemplis adductis alibi probauimus: neque qui ita extulerunt, commutaſſe diuinum oraculum dicuntur. Sic etiam additio, vel ademptio eſt, cum aliquid fidei additur vel detrahitur, quod fidem lædit, & contraria illi aduerſaque adnectit; vel quod neceſſarium eſt, & fidei firmitatem ſuffulcit demitur, vt fidei dogma labefactetur, vel prorſus pernegetur, vel illius rectitudo in ſententiam prauam, & a veritate alienam diſtorqueatur. Et hæc additio vel ademptio vt blaſphema & impia prohibetur: ſecus autem eſt, ſi additio vel ademptio appoſita rem clarius explicet, & manifeſtiorem reddit: tum enim a Synodis approbatur. Et cum ſeſe occaſio tulit, & hæreſis de nouo exorta nouas turbas in Eccleſiam inuehit, ad illas ſedandas & Concilia & Patres, illas & perquam laudatiſſime vſurparunt; neque propterea quiſpiam illis crimen obiecit.

Hocque luculenter probatur ex Patribus. Patres Conſtantinopolitani ſecundi Concilij addunt, demuntque multa in Nicæno Symbolo:

bolo: quia tamen addita vel adempta pietatis sententiam non vulnerant, sed exponunt, & clariorem reddunt, additio ademptioq; ab Ecclesia vti laude digna recepta est, & antiquato Nicæno Symbolo Constantinopolitanum vti magis aptum atque idoneum recitatur. Gregorius Nazianzenus Epistola ad Cledonium; Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νίκαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Ἀρειανικῆς αἱρέσεως, οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμέν ποτε, οὔτε προτιμᾶν δυνάμεθα. ἀλλ' ἐκείνης ἐσμὲν τῆς πίστεως σὺν Θεῷ τε ἐσόμεθα, προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. *Nos fidei Nicænæ editæ a sanctis Patribus, qui eo conuenerant ad Arianam hæresim profligandam, nihil vnquam anteposuimus, nec anteponere possumus, sed illius fidei diuina gratia, quod non integre de Spiritu sancto dictum est, integrum facimus.* Verba hæc Nazianzeni mirifice interpretatus est Elias Cretensis; Τῷ μὲν γὰρ σώματι τῶν λέξεων παρελέλειπτο, τῇ δὲ ψυχῇ, λέγω δὴ τῇ τῶν νοημάτων, οὐδαμῶς. διὸ καὶ ὁ ἅγιος οὐ τὸ παραλελειμμένον, ἀλλὰ τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον τῷ σώματι τῆς λέξει διαρθροῦν, ἤτοι ἐξακριβοῦν, καὶ διαμορφοῦν ἐπηγγείλατο. *Corpore siquidem dictionum omissum fuerat, at anima, quæ sententiæ sunt, nusquam. Quapropter sanctus non omissum, sed non integre dictum corporis dictione integrans, absoluens scilicet, &*

con-

conformans, enunciauit. Poſſumus itaque non integre dictum, integre, dictione addita, abſoluere. Ioannes Antiochenus cum reliquis Epiſcopis Orientalibus in Profeſſione fidei, quam recitat Cyrillus Alexandrinus Epiſtola ad eundem Ioannem, inter alia ſcribit; Ὡς ἄνωθεν ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν, ἔκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων Πατέρων παρειληφότες ἐσχήκαμεν, διὰ βραχέων ἐροῦμεν, οὐδὲν τὸ σύνολον προστιθέντες τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει. ὡς γὰρ ἔφθημεν εἰρηκότες, πρὸς πᾶσαν ἐξαρκεῖ καὶ εὐσεβείας γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκήρυξιν. *Vt iam inde ab initio ex diuinis literis, ſanctorumque Patrum traditione accepimus, breuiter dicemus, nihil omnino addentes fidei in Nicæa a ſanctis Patribus expoſitæ: illa nanque, vt prius dictum eſt a nobis, ad omnem pietatis cognitionem, omniſque hæreticæ prauitatis refutationem ſufficit*. Nicænæ fidei, quæ ad omnem pietatis cognitionem, omniſque hæreticæ prauitatis refutationem ſufficit, nihil ſe addere profitetur, & tamen in profeſſione ſuæ fidei ibidem inſertæ multa ſunt, quæ in Symbolo Nicæno non continentur. Cyrillus Alexandrinus Epiſtola ad Acacium Melitenæ Epiſcopum de Cyrillo conqueſtum, quod conſenſiſſet cum Orientalibus, vt intelligi debeant verba prohibitionis Epheſinæ, exponit; Ἄρα γὰρ εἰ τὸ αὐ-

τὸς Νεςόριος κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ, καθ᾽ ὃν αὐτῷ προσετείνετο παρὰ πάντων ἡμῶν τὸ χρῆναι καταψηφίσασθαι τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, καὶ αἱρεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν. καὶ αὐτὸν ἄν τις ἔφη πίςεως ἡμῖν καινοτομῆσαι Σύμβολον; τί τοίνυν διαλοιδοροῦνται μάτην ἔκθεσιν Συμβόλου καινὴν ὀνομάζοντες τὴν συναίνεσιν τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην θεοσεβεςάτων Ἐπισκόπων, ἣν πεποίηνται χρησίμως τε καὶ ἀναγκαίως ἀπολογούμενοί τε καὶ θεραπεύοντες τοὺς οἰηθέντας, ὅτι ταῖς Νεςορίου ἀκολουθοῦσι καινοφωνίαις; ἡ μὲν γὰρ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος, ἡ κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν συναγηγερμένη, προενόησεν ἀναγκαίως τοῦ μὴ δεῖν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ πίςεως ἔκθεσιν ἑτέραν εἰσφέρεσθαι παρά γε τὴν οὖσαν, ἣν οἱ τρισμακάριοι Πατέρες, ἐν ἁγίῳ πνεύματι λαλοῦντες ὡρίσαντο. οἵγε μὴν ἅπαξ, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως πρὸς αὐτὴν διχονοήσαντες, γεγονότες δὲ καὶ ἐν ὑποψίαις τοῦ μὴ ὀρθῶς ἑλέσθαι φρονεῖν, μήτε μὴν τοῖς ἀποςολικοῖς τε καὶ Εὐαγγελικοῖς ἕπεσθαι δόγμασιν. ἆρα σιωπῶντες ἀπηλλάγησαν ἂν τῆς ἐπὶ τούτῳ δυσκλείας, ἢ μᾶλλον ἀπολογούμενοι καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δόξης τὴν δύναμιν ἐμφανίζοντες; καίτοι γέγραφεν ὁ θεσπέσιος μαθητής. ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος. ὁ δὲ τοῦτο δρᾶν ᾑρημένος καινουργεῖ μὲν οὐδὲν, ἀλλ᾽ οὐδὲ πίςεως ἔκθεσιν ὁρᾶται καινοτομῶν. ἐναργῆ δὲ μᾶλλον καθίςησι τοῖς ἐρομένοις αὐτὸν, ἣν ἂν ἔχοι πίςιν περὶ Χριςοῦ. *Quid enim si ipse Nestorius eo tempore, quo à nobis omnibus illi proponebatur,*

opor-

oportere, vt sua ipse dogmata condemnaret, veritatemque amplecteretur, scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset, quispiam dicturus erat, illum nouum fidei Symbolum conscripsisse? Quid ergo temere conuiciis insectantur sanctissimos Phœniciæ Episcopos, eorum consensum nouum Symbolum appellantes, quem illi vtiliter & necessario ediderunt, vt nimirum se purgarent, eosque demulcerent, qui ipsos Nestorianam doctrinam approbare sibi persuasum habebant? Sancta quippe & œcumenica Synodus, quæ Ephesi conuenerat, necessario prouidit, non oportere aliam fidei expositionem in Ecclesiis Dei inferre præter eam, quæ iam extabat, quam beatissimi Patres nostri sancto Spiritu locuti definiuerant. Illi tamen ab hac semel, nescio quo modo dissentire visi, & quod neque recte sentirent, neque Apostolicis & Euangelicis dogmatibus adhærerent, in suspicionem adducti, nunquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione, suæque sententiæ declaratione? Atqui diuinus Christi discipulus scriptum reliquit: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. Qui ergo hoc vult facere, nihil vtique noui molitur, nec fidei expositionem innouare deprehenditur; sed potius eam, quam de Christo habet fidem, interrogantibus perspicuam reddit. Non potuit aptius, non potuit com-

modius dici. Reprehenditur Cyrillus ab æmulis, quasi ijs, quæ iam scripsit, contraria senserit, & fidei expositionem, siue nouum Symbolum receperit, vetus illud venerandumque aspernatus. Respondet, neque nouam fidei expositionem ab vllo exegisse, neque ab alijs innouatam admisisse: nanque sufficiebat diuina Scriptura, sanctorumque Patrum prudentia, & Symbolum fidei apte riteque coniunctum. Quia vero Orientales Episcopi cum Ephesi essent, dissentirent ab eo, ideoque vti blasphemiarum laqueis Nestorij irretiti, suspecti haberentur, vt ab eo crimine se liberarent, & recte sentientibus satisfacerent, Apologiam prudenter composuerunt, istorum factum nulla nota aut reprehensione dignum fuit. Id quoque si fecisset Nestorius, cum illi ab omnibus proponeretur, vt sua ipse dogmata condemnaret, exhiberetq; scriptam ijs de rebus confessionem, næ ille tum nouum fidei Symbolum non conscripsisset. Ideoque male agunt, qui Phœniciæ Episcoporum consensum cum Catholicis contra Nestorium, quasi nouum fidei Symbolum conscripsissent, accusant: licet quæ in eo consensu continerentur, in Symbolo fidei non haberentur. Et quod in prohibitione sua Synodus Ephesina de non addendo Symbolo prouidit, non opor-

oportere, aliam nempe fidei expositionem, aliud scilicet Symbolum in Ecclesias Dei inferre, præter eam quæ extabat, & Patres Spiritu sancto locuti definiuerant, non est nouum Symbolum sed plena satisfactio suæque sententiæ declaratio. Quare qui id facit, nihil noui molitur, nec fidei expositionem innouat, sed potius quam de Christo habet fidem interrogantibus perspicuam reddit. Cyrillus Synodo præfuit. Decreta Synodi, & illud de additione & ademptione, ex consensu Synodi, nec dubito ipse, verbis quibus illi placuit, digessit, & in eo statuendo mentem Synodi exploratissimam habuit. Hic talis tantusque Vir dictum Synodi interpretans, debere ait in incertis atque dubijs fidem perspicuam fieri: neque qui ita facit, molitur aliquid noui, siue fidei expositionem innouat, sed perspicuam reddit. I modo tu Schismatice, & verborum Synodi Ephesinæ Cyrillo perspicaciorem interpretem quærito.

Patres posteriores cum non haberent meliora, Cyrillum secuti sunt. Maximus Homologeta in Colloquio cum Macedoniano; cum Heterodoxus diceret; Κατέγνων τῆς προσθήκης, ἧς προσεθήκατε ἐν τῇ ἐκθέσει τοῦ Λουκιανοῦ. καὶ ἔχω δεῖξαι ὅτι προσεθήκατε ἐναντίον αὐτῆς. Μακεδονιανός. Ὑμεῖς δὲ οὐ προσεθήκατε τῇ ἐν Νικαίᾳ;

Ὀρθόδοξος. Ἀλλ' οὐκ ἐναντία αὐτῇ. *Condemnaui additionem, quam editioni Luciani apposuistis. possumque ostendere, additum illi aduersari. Mac. Et vos non addidistis Nicænæ? Orthod. Sed non illi contraria.* Et Apologia, quam pro Synodo Chalcedonensi compilauit; Πῶς οὖν τὴν οὕτω ταῦτα σεβασμίως ἅμα καὶ διαπρυσίως δρᾶσάν τε καὶ διαγορεύσασαν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι Σύνοδον, ὡς διαπεμπομένην τὸν τῆς Νικαέων ὅρον παραστῆσαι τίς ἂν ἰσχύσειε πώποτε κἂν πάντων εἰ πειρώμενος εἰς ἐξεύρεσιν τῶν διὰ ψευδοῦς τὰ μὴ ὄντα καὶ τῆς ἀληθείας καὶ ὄντως πλαττομένων. εἰ δὲ καὶ ὡς τοῦτον μὲν τηροῦσαν βεβαίως, ὡς δεύτερον δὲ τυχὸν ἐπισυνάγουσαν ὅρον διαλοιδορεῖτε, καὶ μέμφεσθε, τίς οὕτως καθέστηκεν ὁ ὑπ' αὐτῆς ἐπισυναγόμενος δεύτερος ὅρος; ἡ ὁμολογία φησὶ τῶν δύο φύσεων, καὶ ἐν δύο φύσεσι φωνῆς. οὐ γὰρ ἔχει ταύτην ὁ τῆς Νικαέων ὅρος. εἰσήχθη δὲ προδήλως ὑπὸ τῶν ἐν Χαλκηδόνι Πατέρων, οὐ πρότερον γνωρισθεῖσα, ἢ ὀνομασθεῖσα παρά τινος. ὅτι μὲν οὐδὲ τοῦτο δύνασθε παραστῆσαι δῆλον. πολλοῖς τε γὰρ τῶν πρὸ αὐτῆς ἁγίων Πατέρων ὡς εὐσεβὴς ἡ φωνὴ καὶ ἐκλήθη καὶ ἀνηγορεύθη, καὶ μαρτυροῦσι τῶν ταύτην κηρυξάντων οἱ λόγοι, πάσης ὄντες ἡλιακῆς ἀκτῖνος φωτοειδέστεροι καὶ λαμπρότεροι. καὶ ὑμεῖς ἢ ἀγνοεῖτε δι' ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀγνοεῖν προσποιεῖσθε διὰ λοιδορίαν, καὶ τῶν εὐσεβῶν Πατέρων τε καὶ δογμάτων ἀνόητον ἔγκλησιν. εἰ δὲ καὶ μηδὲν ἦν, ὁπότε πλεῖστον, ὡς ἔφην, καθέστηκε, τί τὸ κωλῦον ἁγίοις τοσούτοις μᾶλλον ἢ τὸν ἅπαντα Χριστιανισμὸν,

τοῦτο γὰρ κυρίως ἐστὶν ἡ τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων ἁγιωτάτη Σύνοδος ἐξεταστικῶς ταύτην περιέσθαι, καὶ νομοθετεῖν κατὰ τῆς Εὐτυχοῦς συναιρέσεως. *Quanam igitur ratione, quæ hoc pacto similia pie clareque operatur; & sancit sanctam Chalcedonensem, Synodum æque ac si Nicænam definitionem repudiaret, poterit vnquam quispiam probare, licet omnium ad res, quæ nusquam sunt, finguntur que aduersus veritatem, etiam cum mendacio comminiscendas acerrimus sit. Quodsi vt hæc quidem firmiter conseruantem, & secundam fere definitionem introducentem maledictione & conuitio excipitis; quæ hæc fuerit ab eadem secunda definitio introducta? Confessio, inquis, duarum naturarum, dictioque illa, in duabus naturis, quæ nullo modo Nicæna definitio continet, sed palam a Chalcedonensibus Patribus intrusa sunt, nullo modo antea cognita, vel a quoquam recensita. Quod vero neque id probare potestis, manifestum est: a multis siquidem ante eam, Patribus vox illa, vti pia reputata est, & publice deprædicata; testesque sunt eorum sermones qui eam edixerunt, quouis solis radio clariores atque splendidiores. Vosque id aut propter inscitiam ignoratis, aut ignorare fingitis propter maledictionem, & piorum Patrum ac dogmatum vesanam criminationem. Quodsi nullum id quoque esset, cum tamen plurimum, vt dixi, sese offerat, quid impedit tot Patres, imo Chri-*

stianorum omnium coetum, id nanque proprie est orthodoxorum Patrum sanctissima Synodus sua auctoritate eam emittere præscribereque aduersus hæresim Eutychianam. Et nonnullis interiectis; Τίνι λόγῳ καὶ πῶς τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν Σύνοδον, καίτοι πατρικαῖς προδήλως ἀποχρησαμένην φωναῖς ἅπασι, καὶ ὡς ἄλλον πίστεως ὅρον εἰσάγουσαν, τῇδε κἀκεῖσε καὶ ἐγγράφως διαλοιδορεῖτε καὶ διασκώπτετε; μὴ κατ' ὄψιν κρίνητε διὰ τὸν εἰπόντα Θεὸν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. τίς ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ὑποθέσεως τῶν ἐν Χαλκηδόνι Πατέρων ἔγκλησις ὑμῶν; καὶ τίς ἡ τῶν προλαβόντων ἀνάρρησις; εἰ γάρ ἐστι κατὰ τῶν ἐν Χαλκηδονέων ἄλλον ἅπασι πίστεως ὅρον διὰ τὰς ἐγκειμένας τῷ ὅρῳ τῆς Νικαίων φωνὰς, τοῦτό γε πάντως ἕψεται λέγειν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν καὶ κατὰ Κυρίλλου, καὶ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα. εἰ δὲ κατ' αὐτῶν οὐκ ἔστι, πῶς κατ' ἐκείνης συνιδεῖν οὐκ ἔχω. παρεστὰν δὲ προτρέπομαι τὴν ὑμῶν ἐπὶ τοῖς ἀναποδείκτοις λῦσαι καὶ ἔνστασιν. εἴγε κἂν ἄρα οὕτως ἱκανῶς αἰσχυνθέντες συσταλῆτε τῆς ἀπορίας τῆς τοσαύτης καὶ τῆς ἀληθείας ψευδοῦς συστάσεως. ἐπεὶ καὶ Γρηγόριος ὁ τῆς Θεολογίας συνήγορος οὐδέν τι μᾶλλον ἐκφεύξεται τῆς ὑμῶν κατὰ τῆς Χαλκηδονέων ἐνοχῆς, πλεῖστον δὲ ὅσον ὑποπεσεῖται ταύτῃ παρὰ τὸν ὑμέτερον νόμον προσδιαρθρῶν τὸ ἐλλειπῶς εἰρημένον τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διὰ τὸ, μηδὲ κινεῖσθαι φησὶ τὸ τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα, μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα γινώσκων. καὶ Κληδονίῳ γράφων οὕτω νοεῖν καὶ διδάσκειν. ἀλλ' ἐοίκατέ

μοι

μοι τῆς σαθρᾶς ὄψεως οὐχ ἱκανούσης πρὸς ἡλιακῆς αἴγλης ἀνάδυσιν καὶ μετάληψιν, τὴν αὐτὴν ὡς ἀμυδρὰν ἀπειωμένης, οὐ τὴν οἰκείαν ἀδράνειαν ἐκμιμεῖσθαι τὸ πάθος, αὐτοί τε καὶ νοσηλευόμενοι διὰ τὴν σύγχυσιν, καὶ διὰ ταύτην ὡς ἀσεβῆ καὶ ἀνάρμοστον πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ τῶν σωζομένων ἀλήθειαν φύσεως ἱκανῶς ἐξελέγχοντας, ὡς οὐ φωστῆρας κοινούς, οὐδὲ τῆς ἀληθείας ἐκφάντορας ἐκδιαβάλλοντες. εἰ γάρ ἐστι τ' ἀληθῆ περὶ ἀληθείας εἰπεῖν, πάντες οἵτε μετὰ τὴν Νικαέων ὑπόκειται Πατέρες, καὶ πᾶσα Σύνοδος ὀρθοδόξων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν οὐκ ἄλλον πίστεως ὅρον διὰ τῆς ἐπεισαγωγῆς τῶν οἰκείων ῥημάτων παντελῶς ἐπεισήγαγον, ὡς ὑμεῖς ἀποφαίνεσθε, πλεῖστον παραληροῦντες καὶ τὸ ὅλον μαινόμενοι, ἀλλ' αὐτὸν ὡς πρῶτον καὶ μόνον τῶν ἐκ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων νομοθετηθέντα βεβαίως ἐκύρωσαν, ξαινοῦντες αὐτόν, καὶ οἷον ἐπεξηγούμενοι, καὶ ἐπεξεργαζόμενοι διὰ τὸ ἐκεῖνον, καὶ τὰ ἐκείνου δόγματα πρὸς τὴν οἰκείαν κακῶς ἐκλαμβάνοντας, καὶ παρεξηγουμένους δυσσέβειαν. αὐτίκα γοῦν τὸν τῆς Θεολογίας ἐν αὐτῷ κείμενον λόγον παραβλέψαι βεβουλημένους Εὐνόμιόν τε καὶ Μακεδόνιον, οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα Πατέρες οὐ συνεχώρησαν διὰ τῶν οἰκείων φωνῶν καὶ δογμάτων, οὕτω δὲ καὶ τὸν τῆς οἰκονομίας Νεστόριον διαιρεῖν μηχανώμενον ὁ μακάριος οὐκ εἴασε Κύριλλος, ὥσπερ οὖν καὶ Εὐτυχέα συγχεῖν ἐθελήσαντα διεκώλυσαν οἱ ἐν Χαλκηδόνι τίμιοι Πατέρες. πῶς οὖν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ σὺν ἐκείναις φημὶ ταῖς Συνόδοις καὶ ταύτην οὐκ ἀποδέχεσθε διὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἴσον καλόν; ἢ ταύτην ὡς

μισόκαλοι διαλοιδοροῦντες συνδιαλοιδορεῖτε κἀκείνας, ὃ δὴ μάλιστα ποιοῦντες τοῖς πράγμασιν, εὐλαβεῖσθε τοῖς ῥήμασιν. ἵν' εὐσεβείας πλάσμασιν ἐκείνας δῆθεν κατὰ ταύτης σεμνύναντες διὰ ταύτης κἀκείνας λυμαίνησθε, τὸ ἴσον αὐταῖς διὰ τὴν ἴσην πρᾶξιν ἐπιφέροντες ἔγκλημα. τίς οὖν ὑμῶν τὴν τοσαύτην ὑποίσει κατὰ τῆς εὐσεβείας, καὶ τῶν εὐσεβούντων αὐθάδειαν; καὶ τὰ ἑξῆς. *Qua ratione & modo sanctam Chalcedonensem Synodum aperte paternas dictiones vsurpantem criminamini, & æque ac si aliam fidei definitionem introduceret, locis in omnibus ore & scriptis conuitio excipitis, & derisui habetis? Ne iudicetis secundum faciem, Deus dixit, sed iustum iudicium iudicate. Quæ in vno eodemque argumento Chalcedonensium Patrum vestra criminatio est, & eorum qui præiuerunt præconium? Si aduersus Chalcedonenses, quod illi scilicet aliam fidei definitionem propter Nicænæ definitioni voces appositas promulgarint, hoc plane sequetur eandem ob causam, & contra Cyrillum & contra centum quinquaginta. Quodsi contra eos non est, quomodo contra eam esse possit, non capio. Veruntamen vestram rabiem & contentionem in illis, quæ demonstrari minime possunt, proponere moneor: si forte hac ratione, vti par est, erubescentes, missam faciatis hæsitationem, finemque imponatis tantæ aduersus veritatem ipsam conspirationi. Quandoquidem & Gregorius Theologiæ vindex*

ve-

vestram contra Chalcedonensem Synodum accusationem minus effugiet; imo uti vos præscribitis, maxime ille erit obnoxius, ex trunca atque mutila Nicana integram faciens doctrinam de Spiritu sancto: quod tum nondum mota erat hæc quæstio, cum Patre & Filio Spiritum sanctum agnoscens, hortansque Cledonium, ut ita sentiret aliosque instrueret. Sed videmini mihi, cum visus ob sui imbecillitatem, neque aduersus solis splendorem intueri, neque illum excipere valeat, splendorem veluti imbecillum, non propriam visus debilitatem incusare: & cum vobis grauitate valetudinis non bene sit propter confusionem, eam veluti impiam atque inconcinnam, si cum veritate duarum naturarum, quæ in Christo conseruantur, abunde refellentes, æque ac si non sint communia luminaria, & veritatis interpretes, criminamini. Quodsi de veritate ipsa vera dicenda sint, omnes post Nicænam Synodum a Deo electi Patres, & omnis Orthodoxorum & sanctorum hominum cœtus non aliam fidei definitionem propriorum verborum additione induxerunt, ut vos nimium perperam obloquentes, & plane insanientes decernitis. Sed eam ipsam veluti primam & vnicam a sanctis trecentis decem & octo Patribus sancitam firmiter confirmarunt, dilucidantes eam, & enarratione sua apertius enucleantes, propter eos qui illam & illius dogmata ad propriam impietatem constabilien-

liendam detorquebant, & perperam exponebant. Nec multo post, quæ ibidem de diuinitate habebantur, violare conantes Eunomium atque Macedonium centum quinquaginta Patres proprijs vocibus & decretis non permiserunt. Et alio modo Oeconomiæ arcanum diuidere Nestorium contendentem beatus non permisit Cyrillus. Quemadmodum & Eutychetem confundere tentantem venerandi Patres Chalcedonenses impediuerunt. Quare igitur vna cum illis Synodis hanc quoque propter idem & par bonum non amplectimini? aut hanc veluti rerum honestarum osores opprobrio excipientes, opprobrio item & illas excipitis, quod potissimum cum opere præstetis, verbis id aduersari fingitis, vt pietatis fictionibus illas aduersus hanc commendantes, atque extollentes, per hanc & illis labefactatis, æquale illis propter æquale facinus crimen appingatis. Quis itaque tantam vestri aduersus pietatem piosque viros arrogantiam sustinebit. &c.

Et ex recentioribus Georgius Scholarius qui & Gennadius Patriarcha Oratione secunda de Pace; Εἰ μὲν γὰρ ἔσται τι πεῖθον Γραικοὺς τὴν τῶν Λατίνων ἀπαναίνεσθαι δόξαν, καὶ προστεθῆναι τῷ Συμβόλῳ ταύτην ἀπαξιοῦν, ἄλλος ἂν εἴη λόγος. καὶ τὴν τῆς Συνόδου ψῆφον ἐκείνην ὑμᾶς νοοῦντες οὐδεὶς αἰτιάσεται. κατὰ γὰρ τῶν ὑφαιρέσεσί ποτε καὶ προσθήκαις τὴν πίστιν λυμαινομένων, καὶ νόθον εἰσα-

εἰσαγόντων Θεολογίαν ἐξ ἐκείνου τὴν ἀρχὴν, ἵν' αἰδούμενοι αὐτοῖς τε μηδὲν τοιοῦτον τολμᾷν, καὶ τοῖς τετολμηκόσι μὴ κοινωνεῖν φαῖεν ἂν ἅπαντες, ἂν δὲ τοὐναντίον μᾶλλον ἀληθεστάτην καὶ τοῖς τῆς πίστεως θεμελίοις σφόδρα συμβαίνουσαν, καὶ τοῖς ἁγίοις δοκοῦσαν τὴν δόξαν ταύτην εἶναι πεισθῶσι, μάταιος ἡ πρὸς ἐκεῖνα καταφυγή. οὐ γὰρ λέγουσι τὴν τῶν Πατέρων διαστρέφοντες ψῆφον, ἕως ἂν ἐκεῖνοι τὸ ψεῦδος παρεισάγοντες, οὐ τὰς ἀληθεῖς ἐκβάλλοντες δόξας ταύτην ἐξήνεγκαν. τοῖς γὰρ ἄλλην πίστιν συγγράφουσιν ἀπειλοῦσιν, ἢ τοῖς ὁπωσοῦν τῶν ὁμολογουμένων προσθήκαις τισὶν ἐναντίαις, καὶ ὑφαιρέσεσι δολεραῖς αὐτὰ ζητεῖν βουλησομένους ἀπείργουσιν, ὥστε κατὰ προσθήκην νοουμένης τῆς ψήφου, οὔτε Λατῖνοι τἀληθὲς προστιθέντες ἐγκαλοῖντ' ἂν δικαίως, καὶ Γραικοὺς συμφωνοῦντας μὲν οὐδὲν ἁμαρτάνειν. ἄλλο δέ τι λέγοντας ἐπηρεάζειν ἄντικρυς λείπεται. *Nam si quid est, quod persuadeat Græcis vt respuant sententiam Latinorum, probibeatque illam Symbolo addere, alia res est, & nemo decretum illud Synodi sane intelligens culpauerit: Latum quippe est a principio in eos, qui detractionibus atque additamentis quibusdam fidem deprauant, & adulterinam inuehunt Theologiam, cuius reuerentia nec sibi tale quidpiam audendum, nec si qui ausi sunt, admittendos esse in communionem omnes affirmauerint. Quodsi potius e contrario persuadeatur, sententiam illam esse verissimam, & cum fundamentis fidei valde consonam, & sanctis pro-*

probatam, inane est ad illa refugium: nihil enim dicunt peruerse, intelligendo decretum Patrum, cum hoc illi ediderint, vt mendacio viam præcluderent, non veras sententias eliminarent. Minas enim in eos iactant, qui aliam fidem conscribunt, & illis tollunt facultatem, qui adijciendo quid contrarium, & subdole auferendo, quodlibet ex confessis euertere voluerint. Quare si decretum intelligatur ita vt oportet, neque Latini culpandi sunt, si adiecerunt quod verum est, neque Græcos errare dicendum, si consenserint; alioquin restat, vt aliud dicentes calumnias certe struant.

Et hanc additionem veritatis esse expositionem, probo exemplo non dissimili ex Theophane Nicæno Orat. 5. contra Iudæos: Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐναντιοῦται κατὰ τὴν Θεολογίαν τῷ νόμῳ Μωσέως τὸ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον, δῆλον ἐντεῦθεν. εἰ μὲν γὰρ τοῦ νόμου λέγοντος ἕνα Θεὸν εἶναι τὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν, τὸ Εὐαγγέλιον πολλοὺς Θεοὺς εἶναι ἐδίδασκε, καὶ ἐπρέσβευε, ἦν ἂν προσφανῶς ἐναντίος ὁ λόγος. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο, ἕνα μὲν παραδίδωσιν εἶναι Θεὸν, τρισυπόστατον δὲ, ἀνάπτυξίς ἐστι καὶ ἀποκάλυψις τοῦτο τῶν τῆς Θεολογίας δογμάτων, καὶ προσθήκη γνώσεως τελεωτέρα καὶ μείζονος. *Itaque de rebus diuinis agens Christi Euangelium legi Mosaicæ non aduersari hinc manifestum est. Etenim si asserente lege, vnum Deum esse vniuersi conditorem, Euangelium multos esse Deos traderet, coleret-*

leretque, plane aperteque dictum opponeretur: sed cum hoc quoque vnum esse Deum asseueret, sed tribus personis subsistentem, postremum est explicatio, & reuelatio Theologicorum dogmatum, & additio perfectioris maiorisque notitiæ.

Hanc sententiam Patrum confirmat Concilium Chalcedonense Act. 1. in qua Cyzici Episcopus Diogenes dicit, Nicænum Symbolum additamenta accepisse a sanctis Patribus propter peruersum intellectum Apollinarij, Valentini, & Macedonij, & similium. & prosequitur additamenta. Et Act. 2 post lectum Symbolum Nicænum legitur Constantinopolitanum, quod cum multa habeat addita, multa dempta, his tamen non obstantibus dicitur esse consonum Symbolo magnæ Nicænæ Synodi. Et Constantinopolitanum quintum id idem confirmat Collatione sexta. Quod hi qui veritatem destruere nituntur, quasdam vocum nouitates parturiunt, omnem aduersus veritatem machinationem volens excludere, statuit præcipue trecentorum decem & octo Patrum fidem incontaminatam manere, & propter eos, qui Spiritui sancto aduersantur, Patrum qui posteriore tempore in Vrbe Constantinopolitana centum quinquaginta conuenerunt, de substantia Spiritus sancti traditam doctrinam corroborauit, non quod

præ-

præcedentibus aliquid deeſſet, adijcerent, ſed quod diuinitatem Spiritus planius manifeſtarent.

Sed iam Hottingere confuſorum iurium nidore ebrius e latebris egreſſus Pappomaſtigas quæris, qui id aſſerant. Litabimus ignorantiæ & incompoſitæ animi perturbationi. Synodus a Schiſmaticis contra Gregorium Acindymum alioſque congregata, ſatis celebris apud illos, cum illi ab aduerſarijs opponeretur, addita quædam eſſe in confeiſſione Præſulum, qui in dignitatem promouebantur, ſatis ſe feciſſe obiectioni iudicauit, ſi quæ eſſet additio facta manifeſtaret. Hinc tradit; Ἐπὶ τούτοις ἡ θεία Σύνοδος πρὸς ἣν ὑμεῖς δυσχεραίνετε, φησὶ προσθήκην, ἥτις οὐδὲ προσθήκη ἂν δικαίως καλεῖται, ὡς ἀνάπτυξις οὖσα τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου. *De his ſancta Synodus, aduerſus quam iniquiores eſtis, additionem inquit, quæ nec merito additio vocari debet, tanquam quæ declaratio ſit ſanctæ & œcumenicæ ſextæ Synodi.* Quid tum poſtea? Photius auctor ſchiſmatis in ſua Bibliotheca dum notanda atque laudabilia excerpit ex Patribus, ex Patriarchis Eulogio Alexandrino, & Ephremio Antiocheno vti memoria digna ſeligit, & vti memoratu digna recōdit. Quodſi non placuiſſent pro more ſuo obeliſco notaſſet. Ex Eulogio; Ἀλλὰ γὰρ τῆς αἱρέ-

σεως

σεως πάλιν ἡ ἐπίνοια τὴν τετάρτην μέμφεται Συνόδον, ὡς ὅρον ἐκθεμένην, διατεινομένη τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἔφεσον προτέρας Συνόδου παντελῶς ἀποκεκωλῦσθαι. καίτοι γε εἰ κατὰ τὸν λῆρον αὐτῶν ἀπεῖργεν ἡ Σύνοδος ἕτερον ὅρον μηδόλως προάγειν αὐτὴ καθ' ἑαυτῆς πρὸ τῶν ἄλλων τὴν δικάζουσαν ἐξενήνοχε ψῆφον. ὁρίζει γὰρ αὐτὸ τοῦτο τυποῦσα, ὃ μὴ δι' ἑτέρων περὶ αὐτῆς διωρίσατο. ἀλλὰ καὶ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις αὐτῆς ἐστιν ὅρος, ὃ ταῖς πρεσβυτέραις τῶν Συνόδων οὐ διώρισται. καὶ δὴ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων Πατέρων ἐξ ὧν αὐτοὶ ληροῦσι παραγράφεται. τὸν πνευματομάχον γὰρ αὕτη καθελοῦσα τῷ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐκφωνηθέντι ὅρῳ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος Θεολογίαν προσθεῖσα συνηρμόσεν. εἰ γὰρ αἱ προλαβοῦσαι προστεθεῖσαι τὸν μῶμον ἐκφεύγουσιν, οὐδὲ αἱ μετ' αὐτὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀνομοίως ἕξουσι τὴν κατάγνωσιν. οὕτω τὸ ἀσύνετον πάντα φύρει καὶ διαστρέφει. καὶ γὰρ ἡ ἐν Ἐφέσῳ Σύνοδος, πίστιν μὲν ἑτέραν, ἧς ἐναντία τὰ δόγματα πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ καθέστηκε Σύνοδον, παντελῶς ἐκτίθεσθαι διεκώλυσεν. ἀκηράτων δὲ τῶν ἐν αὐτῇ σωζομένων, ἅπερ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ προστιθέναι, αὐτῆς τε γέγονεν ἔργον, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις διδάσκαλος, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὁρᾶται τοῦτο στέργουσα διὰ παντὸς ἡ παράδοσις. διὸ καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὕπο τῆς οἰκουμενικῆς συγκροτηθείσης Συνόδου, σὺν ἐν αὐτῇ τῶν ἱερέων λογάδας ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ἀθροισάμενος, καὶ πίστιν διαθέμενος ἔγραφεν τῷ Νεστορίῳ διεπέμ-

ψατο.

ψαϐ. *Sed Hæreticorum rurſus veſania quartam Synodum criminatur, quod decretum ediderit, contenditque, talem conatum a prima Synodo Epheſi habita omnino prohibitum fuiſſe. Et licet, ſi, vt ipſi nugantur, Synodus quiduis aliud decretum producere vetuit, hæc ante alias contra ſe condemnationis ſententiam protulit: definit enim hoc ipſum decernens, quod nulla alia ante ipſam definiuit. Sed hypoſtatica ſiquidem vnio huius eſt vox, de qua antiquiores Synodi nil ſanxerant. Quin & Conſtantinopolitanam centum quinquaginta Patrum ſuis ipſi nugis reijciunt, & condemnant; a qua profligata eſt Spiritum oppugnantium hæreſis, & additis Nicænæ Symbolo verbis de ſancti Spiritus diuinitate fides congruenter explicata eſt. Si enim præcedentes apponendo reprehenſionem effugiunt, neque illas ſubſecutæ in ſimilibus diſſimiliter vituperationem incurrent. Sic deſipientium mens omnia commiſcet & turbat. Epheſina etenim Synodus fidem quidem aliam, cuius dogmata Nicænæ contraria eſſent, omnino exponi vetuit. puris vero atque inuiolatis, quæ in ea ſunt, ſeruatis, quæ occaſio poſtulat apponenda, ſicut ipſamet addidit; hoc & rerum magiſtra natura docet, & Eccleſiæ vſus videtur non reieciſſe. Quare & Alexandriæ nondum œcumenica Synodo coacta, delectos in ea Sacerdotes diuinus Cyrillus congregans, & fidem ſcriptam diſponens Neſtorio*

miſit

misit. Ex Ephræmio vero; Πάλιν δὲ ἐπηρεάζουσιν οἱ αἱρετικοὶ τὴν τετάρτην Σύνοδον λέγοντες, ὡς ἐδογμάτισε μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν, ἢ συγγράφειν, ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἢ φρονεῖν, παρ' ἣν ἐξέθετο αὐτή. καίτοι οὐ τοῦτο ἡ Σύνοδος διωρίσατο, κἂν ἀναισχύντως οὗτοι καταψεύδωνται. ἀλλὰ τὴν πίστιν ἣν οἱ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρες ἐξέθεντο τιμῶσά τε καὶ θαυμάζουσα, παρὰ ταύτην ἔφησε μηδενὶ ἐξεῖναι προσφέρειν ἑτέραν πίστιν, καὶ τὰ ὑπόλοιπα. δῆλον δέ ἐστιν ἐξ αὐτῶν μάλιστα τῶν συνοδικῶν φωνῶν, ὧν καὶ μόνον ἀναγινωσκομένων, οὐδεμιᾶς ἄλλης δεῖται κατασκευῆς, ἢ συστάσεως ἐπιδεχθεῖσα ἡ ἀλήθεια. καὶ οὐχ ὥρισε μὲν τοῦτο, ἔπραξε δὲ ἄλλως. ἀλλ' ὡς ὥρισεν, οὕτως πανταχοῦ καὶ διαπραττομένη λογίζεται. καὶ γὰρ τοὺς τῇ εὐσεβείᾳ προσιόντας οὐκ ἄλλο Σύμβολον, ἀλλὰ τὸ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων ἐκδιδάσκει καὶ παραδίδωσιν. γέλωτα δὲ μᾶλλον καθ' ἑαυτῶν, ἢ διαβολὴν τῆς Συνόδου κατέχουσιν, ἐν οἷς φασιν αὐτὴν ὑπὸ πολλῶν διαστρέφεσθαι. πόσαι γὰρ τῆς πρώτης καὶ οἰκουμενικῆς ἁγίας Συνόδου κατεῖπον Σύνοδοι, καὶ τότε Ἀρχιερέων οὖσαι πλήρωμα; τὴν δὲ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα οὐδ' εἰ γέγονε, τινὲς τῶν Αἰγυπτίων εἰδέναι ἠθέλησαν. ἀλλ' ἐάσωμεν τὸ ἄλογον. *Ecce iterum quartam Synodum calumniantur Hæretici, tanquam quæ docuerit, non licere alicui proferre: aut scribere, aut componere aliam fidem præter eam, quam ea exposuit. Et tamen id Synodus non decreuerat, quamuis id Hæretici impudentissime*

tissime mentiantur. Sed eam fidem, quam trecenti octodecim Patres asseruerunt, summo in honore habens atque confirmans, præter illam, dixit, nemini licere aliam fidem proferre: & quæ sequuntur. Ex his omnibus Synodi vocibus, quæ dummodo lectæ fuerint, nulla alia probatione aut demonstratione veritatem indigere compertum est: nec aliud definisse, aliud vero fecisse; sed vt decreuit, sic & vbique fecisse cognoscitur. Nanque eos qui ad pietatem gradum faciunt, nullum aliud Symbolum quam trecentorum octodecim Patrum docuit, tradiditque, risum potius contra seipsos, quam Synodi accusationem excitant, vbi dicunt eam a pluribus derideri. Quot enim primam & œcumenicam sanctam Synodum Synodi criminatæ, tantis tum etiam ipsæ Præsulibus abundantes? Illam vero centum quinquaginta Patrum an vel fuerit Aegyptij scire noluerunt. Sed missa faciamus eorundem deliramenta. Itaque tum Catholicorum tum Pappomastigum decreto, vt vides Hottingere, qui similes additiones criminantur, ex inscitia laborant, ex prauitate animi falsis criminibus insimulant, perperam obloquuntur, plane insanientes decernunt, risum potius contra seipsos, quam Pontificiorum accusationem excitant. Nam si præcedentes Synodi, & Ecclesiæ Græcæ Doctores apponendo reprehensionem effugiunt; neque sub-

ſubſecuti Pontificij in ſimilibus diſſimiliter vituperationem incurrent. Non ergo expoſitio & declaratio illius, quod ſubintelligitur, licet verbis expreſſum non ſit, ſed quæ fidei traditæ contraria prædicationem Euangelicam corrumpit, prohibetur. Et ſic præterea explicant verba illa Pauli ad Galatas Chryſoſtomus, Theodoretus, & Pappomaſtiges Euthymius Zygadenus, & Theophylactus Bulgariæ Archiepiſcopus.

Nec puto Schiſmaticos adeo commotæ mentis eſſe, vt dicant, hoc tempore non licere Eccleſiæ quod alias licuit. Nam ſi Conſtantinopolitano ſecundo Concilio liberum ac integrum fuit, in Nicæno Symbolo addere, demere, & immutare; quare id hac quoque tempeſtate Concilijs & Patribus non erit integrum? Num immutata Eccleſia eſt? Num Chriſti vaticinium euanuit, *Ero vobiſcũ omnibus diebus?* Annon idem qui & tum Spiritus eandem Eccleſiam regit & ducit? Quis illius facultates ademit? quis illius auctoritatem præcidit? quis illius dignitatem ſummam, & ineuitabilia iura imminuit? Et conſidera prohibitionis modum *μηδενὶ ἐξεῖναι. Nemini licere.* Priuato ſcilicet homini & ſingulari. Nam quælibet Synodus eandem, quam & Epheſina, facultatem habet. Synodi ſiquidem legitime congre-

gatæ ex æquo omnia poſſident. omnes pares in dignitate, æquales in præeminentia ſunt. neque alia alterius poteſtatem vel dignitatem imminuit vel exauget; ſed æquabilitas iurium omnium vna eſt. Georgius Scholarius qui & Gennadius Patriarcha Oratione ſecunda de Pace: Ἀλλά γε τὴν οἰκουμενικὴν Σύνοδον οὐδεὶς τοῦτο τὸ γέρας ἀφαιρεῖσθαι δυνήσεται. ἐπεὶ καὶ τὰς ἄλλας Συνόδους προσθήκαις τισὶ τὴν ἀληθινὴν ἀναδειξάσας οἴδαμεν πίστιν. καὶ ὁ τῆς προσθήκης καταψηφιζόμενος ὅρος, ἣν ἄν τις εἷς ὢν καὶ δόξαν ἰδίαν δημοσιεύων ποιήσαιτο, οὐχ ἣν ἂν Σύνοδος ὅλη βουληθείη προσθεῖναι ταύτην ἐλαύνει. οὐδαμοῦ γὰρ ἐκεῖ Συνόδου γίνεται μνήμη, ἀλλὰ μηδενί φησιν ἐξεῖναι. καὶ μὴν ἃ κωλύει τις δοξάζειν ταῦτα καὶ προστιθέναι τῷ Συμβόλῳ τῆς πίστεως οὐκ ἐᾷ. ταῦτα δέ ἐστιν ὁπόσα τοῖς ἀληθέσιν ἐναντιοῦται, καὶ τοῖς μετὰ πολλοὺς ἀγῶνας κεκρατηκόσιν οὐ συμφωνεῖ. ἃ δὲ τις δοξάζειν ἔξεστι, ταῦτα καὶ ὁμολογεῖν συγκεχώρηται. *At œcumenica Synodo honorem hunc nemo poterit negare: nam & alias Synodos adiectionibus quibuſdam ſcimus veram declaraſſe fidem & decretum, quo reprobatur additamentum, ita hoc excludit; ſi ab vno quopiam fiat propriam diuulgante ſententiam, non ſi tota Synodus voluerit addere: nulla enim in eo fit Synodi mentio; ſed, Nemini, inquit, liceat. Propterea quæ prohibet credi, ea quoque non permittit addi Symbolo fidei. ea vero ſunt quæ veritati aduerſantur, & non conſonant*

iis,

ijs, quæ post multos labores recepta sunt. Quæ porro licet credere, fateri quoque permissum est.

Sed hoc ex se non conuocatis Græcis, & absque Synodo Pontificij, quod non poterant, peregerunt. Recolant, si valent, Concilia & Barense sub Vrbano II. & Lugdunense sub Gregorio X. & nunc demum Ferrariense & Florentinum sub Eugenio IV. in quibus post varias multasque de hoc argumento disceptationes Græci manus dederunt, confessique sunt, Spiritum ex Filio quoque procedere, in Symbolo, vt minutiora prætercam. Inconsulte ergo Schismatici quæruntur, & Pontificios accusant, quod ipsi soli non vocatis alijs Symbolo addiderint. Sed quidquid sit de eorum dictis, illud plane certissimum est, additionem in Symbolo non esse hæresim, & cum quod additur hæresis non est, nec contrarium fidei, si tot Sanctorum Patrum & Conciliorum testimonia alicuius momenti sunt, quæ apud Græcos etiam Schismaticos per quam maximi esse debent, optimo iure addi potest in Symbolo.

Sed Papa a Græcis vti hæreticus excommunicatus olim fuit, & nunc quoque excommunicatur. a Græcis, falsum est; a Schismaticis hoc vero nihili est. Qui extra Ecclesiam, vel abscissus ab Ecclesia est, impro-

be excommunicat eum, qui in Ecclesia est, & coniunctus cum Ecclesia est. Multo minus inferior superiorem, subiectus Dominum, membrum caput. Et si id egerit, lusit operam, & crimini obnoxius manet. Ideo excommunicationes in Pontifices latæ a Dioscoro, Photio, Cerulario, Anchialo, alijsque diuulgatæ, nullæ reputatæ sunt, & qui id tentauerunt, non abierunt inulti. Primus Latinos vti Hæreticos scripto condemnauit Theodorus Balsamo, vt animaduertit Gregorius Protosyncellus aduersus Marcum Ephesium, & Demetrius Chomatenus Responsionibus ad Constantinum Cabasilam Episcopum Dyrrhacenum. Quod non probasse multos præclaros viros idem Chomatenus scribit; Τῇ τοιαύτῃ δὲ ἀποκρίσει τηνικαῦτα πολλοὶ τῶν ἐλλογίμων οὐκ ἔθεντο, οἷα πολὺ ἐχούσῃ τὸ ἀπηνές τε καὶ ἰταμὸν, καὶ μὴ προσῆκεν μέμψει τῶν Λατινικῶν τύπων τε καὶ ἐθῶν. ὅτι τε, φασὶν, οὐκ ἀνεγνώσθησαν ταῦτα συνοδικῶς, καὶ οὐδ' αὐτοὶ ὡς αἱρεσιῶται ἀπόβλητοι δημοσίᾳ γεγόνασιν. ἀλλὰ καὶ συνεσθίουσιν ἡμῖν καὶ συνεύχονται. *Huic autem responso præclari multi viri tunc non sunt suffragati, vt quod multum duritiei et acerbitatis haberet, nec conuenientis reprehensioni Latinarum formarum & morum. Et quod, inquiunt, hæc synodaliter decreta non sint, neque ipsi vt hæretici publice reiecti fuerint, sed & simul nobiscum*

ſcum cibum ſumant, & precentur. Et Theophylactus Vir alicuius nominis etiam inter Catholicos ad Nicolaum Diaconum & Caſtrenſem additionem tantummodo Latinis opponit; Ἔστιν οὖν τὸ μέγιστον ἐκεῖνο σφάλμα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Σολομῶντος, ᾅδου πεταύρου ποιοῦν συναντᾶν, ἡ ἐν τῷ τῆς πίστεως Συμβόλῳ καινοτομία. ἣν ἐποιήσαντο ἀνακηρύττοντες, τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. *Eſt igitur maximum illud erratum, & vt Salomonis vtar verbis, incurrere faciens in laqueum inferni, innouatio in fidei Symbolo, quam fecerunt, promulgando, Spiritum ex Patre & Filio procedere.* Et infra; Καὶ τοῖς δυτικοῖς τοίνυν, ἔστι μὲν περὶ τὸ δόγμα διαμαρτάνεται, τὴν πατρικὴν πίστιν σαλεῦον· οἷον δὴ τὸ ἐν τῷ Συμβόλῳ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος προστιθέμενον, ἔνθα ὁ κίνδυνος μέγιστος. τοῦτο μὴ διορθώσεως ἀξιούμενον ὁ συγχωρῶν ἀσυγχώρητος. *Et Occidentalibus ipſis ſi quid in dogmate peccatur, quod a Patribus acceptam fidem concutiat, quale quod in Symbolo de Spiritu ſancto adiectum, vbi periculum maximum, hoc vti venia indignum qui condonauerit, venia indignus eſto.* Reliqua, vti mores & conſuetudines, non diuellere Eccleſiam, ſed ſolum quod dogma diuerſum inducit. Inconſiderate ergo bina Baptiſmata comminiſcitur Marcus Epheſius, alterum quod confertur per trinam merſionem, alterum quod aquæ infu-

 ſione.

sione fit. diuersitatem ieiuniorum, & Ecclesiasticorum rituum, quorum vsus adiaphorus est. Concludamus ergo sententiam de processione Spiritus ex Filio hæresim non esse, & additionem in Symbolo licitam fuisse: cum illa additio non sit contraria recto dogmati. & consequenter colligimus, Papam secundum Græcos & Schismaticos ipsos non esse hæreticum, dum asserit etiam ex Filio procedere Spiritum, neque esse sub anathemate ob additionem factam in Symbolo. Et sic, ita Schismaticis decernentibus, cum Papa hæreticus non sit, neque erret in fide, eum esse caput vniuersalis Ecclesiæ, rerum Ecclesiasticarum directorē, dogmatum catholicorum cognitorem, vocem illius esse vocem Petri, & decreta illius eloquia Christi: cum ante & post dissidium illius hæc esse priuilegia & præeminentiā, Concilia & Patres tam Græci etiam ex Schismate, quam Pontificij, & ex Hæreticis etiam permulti non inuitis manibus dederint, & verbo scriptoque fassi sint.

Hinc non ero tibi iniucundus, Hottingere. Positum sit, Græcos excommunicare summum Pontificem ob additionem in Symbolo vti praui dogmatis auctorem & magistrum. Exclusio similis a communione fidelium tenet ne & valida est? Si non est, quid

quid ad minuendum Pontificiam præeminentiam eam producis, & in eum vti in defectorem fidei oblatras? Si eſt & tenet, æqua ratione & tui ſimiles omnes ſacri & deteſtabiles, & tu pariter cum illis extra Eccleſiam aberratis, qui id idem in Symbolo additum excipitis & confitemini. Si dicas, Schiſmaticorum anathema in vos promulgatum nullum eſſe, quia vos ſentientes Spiritum ex Filio quoque procedere, additumque in Symbolo recitantes, diſciplinæ Chriſtianæ reos non eſſe, ideoque in illud non incurrere: multo itaque minus in Pontificem latum locum habebit, cum nullo iure & nulla lege fulciatur, ſed ex dogmatum peruerſa intelligentia pendeat, & pertinacia propugnetur.

CAP. XXII.

Quid ſit aphoriſtice dicere Hottingeri.

POſt recenſita dimidia tandem ſubdis; *Hæc omnia aphoriſtice dicta eſſe.* Neque hic dicis, quod ad rem pertineat. Si aphoriſtice dicere, ſibi alijſque mendacem eſſe, & eiurata veritate rebus in omnibus, quas propinas, longe a vero remotum, fallacias intendere eſt, tu iam Hottingere per quam *aphoriſtice* ſcripſiſti, cum paginulæ iſtæ tuæ

verba

verba mendacijs ſuperent. Quare perquam optime inter Græcos & Pontificios diſſidium fundaſti. Et ſic victor Allatius, qui rectum putauit, pro eorum conſenſu ſe pugnare, propter quos ipſe inter ſuos honeſtiſſimus numeretur, & pugnauit, ideoque tuis oppoſita, & bona fide ſcripſit, & veritate mendacia tua perluit. Et ſic non *temere*, vt tu nugaris, *conſenſionem vrget*, ſed ſolida, & ex veris, nec dubijs argumenta captauit, & rationibus demonſtrauit. Acuas licet ingenium, reuoluas omnia, ima ſummis mutes; nunquam id ſerio præſtabis, vt Græci in his, quæ attuliſti, a Pontificijs diſcordent, cum eadem teneant, & eodem modo publice doceant. Optime ergo, quæ probare non poteras, inſulſa illepidaque dictione *aphoriſtice* te dixiſſe concludis, & quod inſcitiam magis arguit, *omnia*. Nunc primum addiſcant controuerſiarũ magiſtri ſecretum hoc tuum ſecretiſſimum, & *aphoriſtice dicere*. Sic enim rebus omnibus dubijs documenta captabunt, ſi *aphoriſtice* dicant. Eſt ne hoc ſtupor mentis, an alienatio?

Hæc tua *aphoriſtice* dicta nihil prorſus eſſe cum de tuo nihil in illis ſit, ſed e falſidicis aliorum eiectamentis & mendacijs corraſa, cum conſideraſſet in non diſſimili materia doctiſſimus atque eruditiſſimus Philippus Lab-

Labbeus Dissertatione de Scriptoribus Ecclesiasticis, quos attigit Bellarminus, & Hottingerana Virgidemia, & collata cum alienis diligenter examinasset, iudicium suum de illis & integerrimum præstitit. Nos ex ijs quæ ille alio atque alio loco in te protulit, plectilem coronam mutuati, caput tuum inumbrabimus. Interim tu frontem exporrige. *Ioannes Henricus Hottingerus, Helueto-Tigurinus magistellus, triobolaris scriptor, & de fece populi, impurissimus terræ filius putrisque fungi, inficetissimus nebulo, homo bardus, ridiculus mus ex Helueticis gurgustijs progrediens in eruditorum cœtum, Zuinglijsectator, symmystes reformati nebulonis Riueti, cuius vti & Gulielmi Perkensi, Simleri, & aliorum ab auita fide Apostatarum, fœculentorum Nouatorum, diuinæ veritatis, & Catholicæ religionis infensissimorũ hostium, simiolus, ipsius etiam inscitiæ & impudentiæ reformatæ portentorũ insulsissimus, relictis veris fontibus per totã ætatem in turbidis riuulis consectandis addictus, quisquilias erasit, & consarcinauit, & illis non contentus Coquinas etiam admiscuit suo Elencho Scriptorum suppostitiorum, non ex ipsis Auctoribus confecto, sed glande, siliquis, furfuribus, atque sordibus, adeo illi placent, tanquam vnionibus pretiosissimis vndequaque magno ingentique labore, sed plane infructuosò conquisiuit, in plura volu-*

mina

mina comportatis, & imperite coagmentatis. *Et cum ipse aliena exscribere soleat, non quæ legerit videritque, non mirum, si inscitissime distinguit, temere effutiat, argutiolas niue Rhætica frigidiores infarciat, ficulneis arietibus veritatem concutere satagat, & opipare mentiatur ab eorundem fallacijs delusus.* Expende ergo quanti sint apud doctos viros ista tua *aphoristice* dicta. Græcus nihilominus hæc tibi aphoristice redderet; Hottingerus ὑπόληρός ἐστιν, καὶ τὸ φρονεῖν διεστραμμένος, εἰπεῖν μὲν ἀμουσότατος, ἐννοῆσαι δέ τι τῶν δεόντων ἠλιθιώτατος. Prolixiora ne sunt hæc? Habeto tibi alia magis aphoristice Hottingere; πλάγια φρενὸς τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τάδ' αὐτίκα.

Sed proposita fusius illustrantur, a Dauide Cytræo, Eduardo Brerevvodo, Iacobo Vldrico, & in Confessione Cyrilli. Quid contra Posseuinum asserat Cytræus, & Iacobus Vldricus de religione Græcorum dixerit, cum eorum scripta ad manus nõ venerint; nihil affirmo. Si tamen vera sunt, quæ Georgius Fhelauius Notis in Christophorum Angelum capite 1. refert ex Cytræo Orat. de vtroque statu Ecclesiarum hoc tempore, dictum illud tuum de lingua Græcorum vernacula apud Græcos in sacris recitandis, a vero quam longissime distat, quod & alter a te laudatus testis Brerevvodus euincit: quorum verba

supra

ſupra poſuimus. Quod ſi ipſi non dicerent, per te, ſi tamen linguæ vernaculæ hodiernæ a pura & antiqua diſcrimen agnoſcis, libris Græcorum Ritualibus in manus aſſumptis addiſcere poteras. Quod etiam de alijs capitibus, ſi tanti es, ex ijs quæ diximus diiudicabis. Quid Cyrillus in profeſſione ſuæ Fidei pronunciarit, parum Græcis curæ eſt, qui cum ſuo Patriarcha & Synodo ſæpius Capita illius omnia, & ipſum condemnarunt. Solus enim ipſe Eccleſia Græcorum non eſt, quæ ſumenda eſt, vt etiam aiebat ille, *non qualem ex ſuo capite Cyrillus nuper inductus pretio confixerat, ſed qualis re vera eſt*, & in ſua profeſſione Fidei, & Ritualibus libris cernitur. Illa ſiquidem infallibilitatem, & ἀπλανησίαν in rebus fidei ſibi ſoli non vindicat, cum & alias ſuos Patriarchas, & Synodos ob fidem ab ijſdem læſam vulneratamque condemnauerit, & depoſuerit, vti & poſtremis hiſce temporibus de Cyrillo ſtatuit & decreuit. Sed de Cyrilli profeſſione alio loco dicemus.

CAP.

CAP. XXIII.

Male concludi diſſidium inter Orientales & Occidentales ab Hottingero: cum in multo pluribus conueniant illi inter ſe, diſſideant ab Hæreticis.

ANte quam finiam, dic Hottingere, qui ad probandum inter Græcos & Pontificios diſſidium hæc capita, nullum probans, produxiſti, ſed *aphoriſtice*, aperto nempe mendacio, vt iam probatum eſt: putaſne propterea perſpicue diſſidium comprobaſſe? In ijs multa ἀδιάφορα ſunt, & quæ diuortium religionis non faciunt ex tuis, cum non ſint fundamentalia, nec neceſſaria, quæ nullum vnitatis facere præiudicium traduntur, vti ſunt: *Si quis credat eſſe Purgatorium: ſi quis credat preces pro defunctis eſſe licitas: ſi quis credat Pontificem Romanum eſſe ſucceſſorem Petri, & Vicarium Christi: ſi quis credat doctrinam Pontificiam de cælibatu: ſi quis credat omnia peccata integre confitenda eſſe Sacerdoti: ſi quis credat in Miſſa offerri ſacrificium propitiatorium: ſi quis credat malos in Sacramento accipere corpus & ſanguinem Domini: ſi quis credat Spiritum ſanctum ex Patre per Filium procedere.* Ex tuis igitur male agunt, & tu cum eis, qui damnatis tam

cre-

credentes, quam non credentes hos articulos, qui non ſunt neceſſarij: quoniam in his licet errare ſalua caritate. Agnoſcis hæc, tuorum ſunt; ne ipſe nimius ſim, & faſtidium ingeram in recenſendis dictorum Articulorum auctoribus. Hæc ſi decreta ſunt a tuis, vt ſunt, & Græci in hiſce ſiue concordent, ſiue diſcordent a Pontificijs, aſſerendo illa vel negando, temere tu, & nullo conſilio ſimilia colligis ad deſtruendam inter Græcos & Pontificios conſenſionem, quam meditate, prudenterque vrget Allatius. Et potiſſimum cum nec ipſi Græci ea omnia ita dicant eſſe eſſentialia, vt neceſſario ad vnionem & caritatem requirantur: vt ſupra vidimus. Neque enim modo curandum eſt de aliis quæ falſo apponuntur Græcis, ipſiſque Pontificijs, quorum catalogum texere longum eſſet.

Adde. inter eadem Capita, quæ tu ad probandum diſſidium *aphoriſtice* numeras, quædam ſunt, in quibus indubitate Græci cum Pontificijs conueniunt, vt ſunt, *Virtutem & efficaciam miniſterij a miniſtro non ſuſpendunt: ſacram Euchariſtiam pane azymo & vino aqua diluto participant: Nullas Indulgentias auro argentoque redimendas pro peccatis.* Demantur quoque hæc, quæ Pontificios ſentire & vſu quoque comprobare, nullus niſi

tui

tui simillimus negauerit. Quare pauciora supersunt ex tuis, quæ dissidium pariant.

Et vt, quantum ista tua ratiocinatio vana atque insipida sit, intelligas. Esto, vera sint adducta Capita omnia, & in ijs multo aliter atque Pontificij teneant Græci. Quid tum? Paucula hæc sunt; at quibus a Caluinistis, Lutheranis, alijsque Hæreticis Occidentalibus dissident, nimio multo plura sunt. Græci nanque tenent, diuinam Christi naturam passam non esse: Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum vnum Deum omnipotentem, vnum essentia, trinum personis: Filium æqualem in omnibus Patri, ex Patre genitum, Deum de Deo: Spiritum sanctum in omnibus æqualem Patri & Filio, ex Patre per Filium procedentem: Filium ex beata Virgine carnem assumpsisse, vereque genitum, illa in partu & post partu virgine permanente: vnam personam diuinam duabus naturis, non in sese mutuo confusis constantem, omnia noscentem, nulla ignorantiæ labe laborantem, animam a corpore morte separatam ad inferos descendisse, non vt quicquam amplius pateretur, sed vt Sanctorum, non autem impiorum animas in libertatem eximeret: & cum corpore postmodum rediuiuo ad coelum ascendisse, humani generis Saluatorem, cuius etiam dies solemnes

mnes deuote ac festiue celebrant. Tenent Christi Matrem peccato omnino caruisse, omnibus sanctis & Angelis sanctiorem, in cuius inuocatione multum confidunt; ideoque misericordiam illius implorant, & dies illius festos solemni ritu agunt. Tenent Angelos ex nihilo creatos, spiritus incorporeos & increatos voluntatis liberrimæ, in certos ordines distinctos, alios alijs præstantiores, vnumque ex illis ad cuiuslibet regionis, & hominis custodiam aduigilare; ideoque inuocant & honorant: Dæmones execrantur & detestantur, quibus in Baptismo renunciant. Tenent pios homines huius vitæ afflictionibus æterna gaudia promereri, post hanc vitam ab omnibus malis exemptos, visione beatifica frui; ideoque illos inuocant, & intensissimis precibus eorum apud Deum auxilia implorant, Templis atque Basilicis in eorum honorem sumptuosissime exædificatis; & eorum dies festos agunt, & reliquias atque imagines veneratione prosequuntur.

Vetus ac nouum Testamentum, illiusque singula verba veluti diuina oracula excipiunt auribus, animisque conseruant, Protocanonicos & Deuterocanonicos recipientes, illis obsistentes ab Ecclesia reijciunt: Symbolum Fidei Constantinopolitanum in-

ter officia & Miſſas ſingulis diebus recitant: & has ſacras Scripturas in pleriſque locis eſſe obſcuras & difficiles intellectu, nec in illis omnia expreſſe inueniri profitentur, & tum ſanctorum Patrum & Conciliorum Commentaria adeunt, & conſenſum in illis exponendis ſequuntur, & pro lege tenent. Epiſcopos ſingulis Prouincijs præficiunt, a Presbyteris certis officijs & dignitate differentes, & pluribus Epiſcopis vnum Metropolitam, in cauſis religionis & Clericorum iudices. In Sacerdotibus auctoritatem abſoluendi, atque ligandi agnoſcunt: & excommunicationem ab illis latam magnopere timent. Hæreticos vti peſtes, & animarum perditores vitant, ab eorum commercio abſtinent, ab Eccleſia pellunt, & puniunt. Animam præſtantiſſimam partem in homine, non eſſe ex eſſentia Dei, neque ex traduce, neque propagari per generationem ex parentibus in ſobolem; ſed a Deo cum corpore incorpoream creari, & immortalem, & demortuo corpore adhuc ſemper ſuperſtitem viuere, & intelligere credunt: Adamum in innocentiæ ſtatu creatum multis donis non tantum naturalibus, ſed & ſupernaturalibus collocupletatum; & ſi diuinæ legi paruiſſet, corpore etiam immortalem: poſt lapſum donis denuda-

nuda-

nudatum, semper diuina gratiæ ad bene operandum, incæptaq; expedite prosequendum indigere: Liberi tamen esse arbitrij, nulla neque ad bonum, neque ad malum necessitate coactum: ideoque peccati causam non esse, neque præscientiam Dei, neque prædestinationem: Sic peccatum originale genus vniuersum hominum propagatione in eos transfusum infecisse. Peccata actualia alia alijs esse grauiora, in eisque vitandis summopere esse elaborandum. Nullum absque vera in Christum Saluatorem fide salutem consequi, fide tamen iustificatum diuino auxilio mandatis Dei parere posse. iustificati fidem ad salutem consequendam non sufficere, sed etiam opera meritoria planissime requiri: ideoque ad salutem iudicant vtiles & necessarias preces. Hinc orationis loca deligunt, magnifice extruunt, solemnibus Pontificum supplicationibus consecrant: Litanias preces publicas & processiones peragunt, & ieiunijs a certis ciborum generibus abstinentes, & arbitrio sibi constitutis, indictisque ab Ecclesijs corpus extenuant, eleemosynas indigentibus erogant, & Monasticæ vitæ non recens excogitatæ, sed inde vsque a Christi temporibus ad nos deductæ, peculiari amictu tonsuraque nomina scribunt, & proprijs abne-

gatis voto ſe mancipant paupertatis, & caſtitati operam dant, & prælatis ſuis obediunt: neque poſtmodum in ſeculum impune redeunt.

Sacramenta nouæ legis ſeptem eſſe, quæ gratiam conferunt, fatentur, quibus nullo modo malitia vel improbitas miniſtri obeſt; ſi modo ſecundum decreta Eccleſiæ adminiſtrentur, Baptiſmum, Confirmationem, Pœnitentiam, Euchariſtiam, Ordinem, Matrimonium, & extremam Vnctionem: In Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine animæ characterem imprimi, ſeu ſignum ſpirituale, & indelebile: Sine Baptiſmo primo nouæ legis Sacramento neminem ſaluari. Illum in periculo, ſi Sacerdos, & Clericus haberi non poteſt, laicum, etiam mulierem conferre poſſe; fierique aquæ benedictæ, & olei precibus ſubacti permixtione, cereorum & luminum inardentium vſu, exorciſmis recitatis, & ſuſceptoribus adhibitis, qui pro infante reſpondent, renunciant Satanæ, & nonnullis alijs abſolutis miniſterium perficitur. In Euchariſtia ſub ſpeciebus panis & vini, verum Chriſti corpus & verum ſanguinem, nec ſemper ſub vtraque ſpecie propinant, & Chriſtum in Euchariſtia præſentem adorant: & ad vſum huius ſacrificij, Miſſæ recitatione tum priuatæ tum publicæ

sacra vasa, sacrasq; vestes consecrant, & benedicunt, vinum aqua miscent, sanctam Eucharistiam eleuant, panem consecratum frangunt, calici immittunt, & reliqua prosequuntur in loco sacro, statuto tempore, & ieiuno stomacho, quæ in ipsius Missæ serie indicantur. Pœnitentiam coram Sacerdote post Baptismum lapsis ad recuperandam gratiam necessariam ducunt; & in eam requirunt cordis contritionem & lacrymas, & ad temporalem pœnam exsoluendam, orationes, eleemosynas, ieiunia, aliaque per Confessorem imposita peragunt. Ordinem potestatem spiritualem conferre, & certum munus in Ecclesia, in certos gradus distinctum, alios alijs superiores tenent: & sic ordinati rebus diuinis vacant, honeste inculpateque viuunt, & a negotijs secularibus arcentur. Digami, vel qui virginem non duxerunt ad sacros Ordines non promouentur. Et obseruant certa orandi tempora, horasq; canonicas singulis diebus recitant. Matrimonium vnius maris & fœminæ copulationem admittunt; vno eodemque tempore virum duas vel plures fœminas, vel fœminam duos vel plures viros habere prohibent; & contracta in Baptismo cognatione spirituali matrimonium nullum esse reputant: & certos præterea affinitatis ac pro-

pinquitatis gradus ad contrahenda matrimonia impedimentum ponere numerant. Et tandem in fine mundi omnia omnium hominum corpora, in eadem carne, qua vixerunt, resurrectura credunt. Post resurrectionem vniuersale iudiciũ, in quo Christus iudex cuique secundum opera sua tribuet: nullum ibi animabus vel merendi, vel demerendi esse locum: Animas infidelium ac plane impiorum, statim atque ex hac vita discesserint, ad inferos detrudi, post resurrectionem cum corporibus perpetuis scelerum poenis affligendas: iusti benedictique, qui nunc Dei visione fruuntur, cum corpore perpetuo Deum videntes cum Angelis, pro meritorum diuersitate, diuersis premijs onusti, vita, summa felicitate in omne tempus duraturis fruentur.

Hæc sunt Græcorum dogmata, Hottingere, hæc fides, hi ritus, hæ consuetudines vulgo & passim traditæ illis a Concilijs, a Patribus, a Doctoribus Ecclesiæ tum recentibus, tum antiquis, longo vsu atque instituto receptæ, &, vt ex eorundem Ritualibus libris constat, ad hunc diem conseruatæ. Hæ itidem Pontificijs more maiorum comparatæ in obseruatione nunc quoque sunt. Sed has Hæretici, tuique auersantur, & execrantur, quæ innumeris prope partibus plu-

ra

ra ſunt, quam quæ adducuntur a te ad Græcæ Eccleſiæ a Latina diuortium probandum. Quis ergo *temere* tu ne diſſidium, an Allatius conſenſionem vrget? Tu ne, qui fabulas ex tuo aliorumque male in rebus ſimilibus exercitatorum cerebro male ſano *aphoriſtice* confabularis; an Allatius qui vero quam proxime profatur, Græcorum etiam Pappomaſtigum teſtimonijs productis impetu magis quam conſilio agit? Longe ſint nugæ. Longe ſint ab harum rerum ignariſſimis ſæpiſſime repetita teſtimonia. Sola præfulgeat veritas, cuius lampade fulgoreque præſtrictus, iuſtitia ſuperiorem Allatium fateberis,& Græcorum cum Pontificijs conſenſum non abnegabis; ne ridiculus venias cum tuis Vvirtembergenſibus, qui Socolouio inſultantes, quod ſcripſerat, ſummum eſſe conſenſum atque concordiam inter Romanos & Orientales, vt eum hæc falſo dicere demonſtrent, ſcribunt inter eos tantum eſſe diſcrimen, quantum inter nigrum & album, verum & falſum, ſacrum & profanum: idque vt probent, adducunt Græcos in fermentato, non vt tu ignauiter ſcribis, *in Azymo*, Romanos in Azymo ſacrum peragere: illos ſub vtraque ſpecie, hos ſub vnica Sacramentum ſumere: illos nuptias Sacerdotibus concedere, hos interdi-

tere. Quasi vero Ecclesiam hæc tria capita constituant, nihilque aliud sit, quod in ea alicuius dignationis præ his habeatur. Tum enim tantum discrimen obijci posset. Sed cum innumera alia sint in Ecclesia, in quibus Orientales cum Romanis concordant & dissentiunt a Vvirtembergensibus; a quibusnam Græci stare dicendi sunt? Tu, cui pax & concordia displicet, concordiæ in dissensionis non bona fide capita vertis. Non tamen inde fit, consensionem Allatium temere vrgere.

Post Arcudium in Sacramentis, hanc concordiam, consensumque in cæteris tentauit Allatius, quod & recte illi prouenisse, licet id displiceat Hottingero, alijs vero etiam Heterodoxis perplacuisse, vehementer gaudet Allatius: animi tamen sui moderatione palam profitetur, istius quidem laudis non ita fuisse cupidum, vt alijs præreptam voluerit.

Dices, hæc quæ attuli, tum Græcorum tum Pontificiorum esse noua reperta, & satanica excogitata ad Ecclesiam Dei destruendam. Sed hoc tuæ nouæ tuorumque improbitatis est. Pontificij Græcique sua perquam optime probant, & stabiliunt, & aduersariorum garrulam temeritatem refellunt. Sed quidquid sit de veritate Dogmatis, & rituum

recti-

rectitudine; plane consilium Allatij, quo referatur, maligne fingis te non respexisse. Allatius non tractat de Dogmate & ritibus, sed de consensione. Annon eadem dicere & sentire & in dogmate & in ritibus summa consensio est? Vides consensum, vides conuenientes sententias, vides similitudines studiorum & voluntatum, & obstinatæ voluntatis tenebris circumfusus, in Allatium inueheris, quem cum nulla posses ratione mendacij reum arguere, in rabiem versus *aphoristice* mentiris. Et cum te improbitas, peruersitasque & effrænatus furor diuturna impunitate nutritus commouet, sic animo exagitaris, vt ab hominibus tua desideretur humanitas, & insania atque acerbitas deploretur, ideoque illa e tuo ore impudico atque flagitioso reuomis; *Vbi partim de Orientalium cum Romanis consensu, partim de abalienato eorum a reformatis scribit magnus cum primis nostra ætate alastor Leo Allatius Græculus, fumos vendit magnos, magno de Ecclesiæ Orientalis atque Occidentalis consensione libro, de quo suo loco.* Expecto auidissime tuum de meo libro iudicium, quod nondum vidi. Caue tamen tu, ne quæ contra attuleris, hisce adsimilia sint. Nam tum certo certius ruet Hottingerus, triumphabit Allatius. Hæres ne? Aude. Palma in medio posita est.

est. Alij quoque summi apud vos viri simile quid promiserant; sed promiserant. facto opus est.

CAP. XXIV.

Qua ratione Allatius alastor sit, & fumos vendat: *& quid probandum sit Hottingero, ut dissidium inducat?*

AD tua iam redeo. Plane laus illa non minima est Allatij, *magnum* esse hac *nostra ætate*, cum sapientia & virtute homines sint magni, & illo adnexo, *cum primis*. Sed est *Alastor*. Et hoc quoque laus Allatij est, qui summam sibi laudem ducit, alastorem esse, sed Hottingero & sui similibus. Dum enim isti laniantur, & vociferantur, dolorem, quo ex scriptis Allatij afficiuntur, magnum atque incredibilem esse, indicium est, quod prætendebat Allatius. Ea enim mente laborem susceperat, vt aduersarijs dolorem atque cruciatum ingereret, quibus iniucundus esse, atque odiosus continuo adlaborauit, cultor & cupidissimus veritatis, a qua ipsi tantundem deflectunt. Quare hac ratione vtinam semper *alastor* sim; Dæmon nempe, & Genius infestus, & si placet, furia, pernicies, interne-

cio,

cio, pestis, depopulator, meis scriptis mala inferens Hæreticis & pestiferis de religione opinionibus imbutis. Sed non puto te sic pudorem exuisse, vt hominem tibi minime iniuriosum dicto adeo propudioso proscinderes: quare alio quoque sensu, etiam si nolis, laudibus cumulas, cum Allatij scripta laudibus effers. Sic erit Allatius alastor, qui ἄλαστα perpetrauit, non obliuiscenda, vel quorum diu duratura est memoria. Veruntamen parum mihi curæ est, quid Hottingerus, qui in sermonibus & conuentu amicorum verum dixit nunquam, & in scriptis nunquam sibi a mendacio temperauit, de Allatio sentiat. Quare cum *alastora* vocet, & dictum sit a mendacijs compacto homine, contrario sensu accipiendum est, vt singula sibi respondeant.

Sed est *alastor Allatius*. Ita ne Hodengern? Alludis ad nomen ridiculus Grammatista; sed quam apte? Tute sis huiusce per temetipsum testis Hodengern. Nollem tamen voluntarius esses; id enim infamiam adauget, si quæ alijs vertuntur vitio, ipse cum possis eluere, ad te pertrahas, & voluntarius. Ego qui placatior sum, nec ita de præfacili rabie incendor, non alludam ad tuum Hodengern: Do tibi hoc, nec inuideo, dementissimo Grammatistæ. Tua enim me petulantia

inui-

inuitat, vt quæ reticenda putaui, libeat iam libere dicere. Allatius habuit habetque ſuos admiratores, quorum catalogum hic texere libens omittit, ne in ſuis laudibus nimius eſſe reputetur. Sed inter nos & in aurem; eſt ille φίλος τοῖς φίλοις ἀνεπαχθὴς, ἐχθροῖς δὲ οὐδενός. οἷος τὴν διάθεσιν, τοιοῦτος καὶ τὸ φαινόμενον, εἰς οὐδένα οὔτε ἰδίᾳ, οὔτε δημοσίᾳ, οὔτε ἔλαττον, οὔτε μεῖζον κακὸν ἐδὲν οὐδέποτε πλημμελήσας, τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, τῆς δυσσεβείας κατήγορος, νῦν δ' ἔσθ' ὅτε, quando tu ita vis & cogis, καὶ πικρὸς ἐπιτιμᾶν. Illud etiam ex diſtorto tuo ingenio eſt, Allatium eſſe *magnum alaſtorem*, & *Græculum*. Sed erit Græcus paruus, & alaſtor magnus. Glorior me Græcum eſſe, in media Græcia natum, & licet exiguus ſim, ſi conferar tamen cum Hottingero, & genere & nobilitate, & multis alijs ſuperior ſum. ero tamen puſillus, ſi ad reliquos alios viros, & Græciæ præclariſſima lumina, & eruditione, & doctrina, & ingenio, & auctoritate, & alijs virtutibus inferior, nec cum illis comparandus: neque enim mihi tantum arrogo. Quidquid ſecius fuerit, pro defenſione veritatis libens vitam ipſam profundam, quod vtinam Deus conceſſerit.

Sed Allatius *fumos vendit & magnos*. Veſuuiani, Ætnæique crateris os in Allatij calamo recluſum, fumos ferales diroſque Hot-

tin-

tingero offudit. Non mirum, in igne veritatis, ſplendore neglecto, fumos intueri Hottingerum; & cæca mente, & denſa caligine mergi. *Magno libro de Conſenſione Orientalis atque Occidentalis Eccleſiæ.* Quid tum? Secutus eſt materiam liber: neque enim potuit argumentum ſimile, ſi teſtimonia etiam apponenda erant, vt labor legentibus ea conquirendi dimoueretur, in anguſtiores terminos contrahi. Nec liber, ſi vales cognoſcere, extenuandus eſt, quia magnus, ſed quia rem, quam ſibi tractandam aſſumpſerat, non commode & pro rei maieſtate, ſed indignis modis tractauerit. Audi Auguſtinum, ſi ab eo audiendo animus tibi non abhorret, Prologo in Retractationes; *Abſit vt multiloquium deputetur, quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine, ac prolixitate dicantur.* Annon iſtæ tuæ paginulæ ad ſtabiliendum inter Græcos & Pontificios diſſidium longe maiores ſunt, a quibus ſi mendacia demas, alba tantum charta ſupererit?

Et vt morem tibi geram, Hottingere, multo plura ſunt, quæ Græci Schiſmatici, vt diſſidium promoueant, opponunt Pontificijs, ex quibus multa falſa ſunt: Schiſmati nanque addictiſſimi, vt tu nunc quoque feciſti, multa mentiuntur, vt diſſidij cauſam, quaſi

mul-

multorum criminum reos in eosdem diffundunt, quæ manifestissimi mendacij arguas; sicuti illa sunt; Pontificij *Historias Sanctorum præter passionem Christi in Ecclesijs suis non designant. Sacras imagines renuunt osculari. Affirmant non debere alijs linguis Dominum venerari, quam istis tribus Hebræa, Græca, & Latina. Participationem sacræ communionis non similiter vt Græci perficiunt, sed dicunt, quod qui Missam celebrat Sacerdos osculatur volentem communicare. Sacram communionem negligentissime spectant, nam ad ægros proficiscentes sine lumine ipsam deferunt, & tribuunt. Sanctis & terribilibus locis nullam aut modicam tribuunt reuerentiam. Nocte natiuitatis Domini dum canitur Matutinum, vessicas explodi permittunt circa altare, vt habeant risus materiam.* Et similia, quæ vti futilia & mendacijs plena vel sola recitatione refelluntur. Idem quoque mentiendo & ampliter in Pontificios tentarunt, sed nullo vsu Lutherus, Caluinus, alij, dum inter alia scribunt; *Pontificios beatam Virginem Deum sibi constituere, omnipotentiam ei tribuentes, & singulos titulares sibi Diuos adsciscere, in quorum non secus atque tutelarium Deorum fidem se conferunt: Negare Christum esse Saluatorem hominum. De fide nihil vel docuisse, vel intellexisse: Posse hominem proprijs naturæ viribus sine gratia*

Dei

Dei mandata seruare: Scripturam sacram in coeno & puluere sepelijsse: Docent animam esse mortalem. Et alia quibus nec animum aduertunt Catholici, & sua inanitate ruunt. Alia, quæ opponunt, cum sint parui aut nullius momenti, nec possint communioni fidelium obesse, leui quoque manu prætereuntur. Quid enim refert, si Latinus gestat annulos, Græcus non item: ille barbam tondeat, hic ad pectus quoque demissam deferat: hic albo, illo rubeo colore orn etur? Ex his multa congerit Niceta Seidus, Simeon Thessalonicensis, Ioannes Cytrius, & nunc postremis hisce temporibus Georgius Coressius, quæ non tanti sunt, vt aliquid addant Schismati. Quare ex ipsis Græcis Schismaticis prudentiores ad non ita multa redegerunt. Niceta Seidus ad tria tantum restringit, quibus correctis vnionem non renuit; Πολλὰ μὲν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ρ῾ωμαῖοι, τὰ διϊστῶντα ἡμᾶς ἀφ᾽ ὑμῶν, καὶ πάντα παράνομα, τρία δὲ τῶν ἄλλων παρανομώτερα, ὡς τῶν λοιπῶν μὴ τοσοῦτον τὴν ἕνωσιν κωλυόντων. *Multa quidem sunt, o Viri Romani, quæ nobis separationis causa sunt, & omnia iniqua, tria vero alijs iniquiora, cum alia vnionem non tantum impediant.* Barlaamus Monachus ad duo Oratione secunda de Concordia, quæ incipit; Εἰ μὲν γὰρ ἑώρων ὑμᾶς. Ἐπεὶ περὶ ἃ μάλιστα διαφερόμεθα τό, τε προσθεῖν ἐν

τῷ Συμβόλῳ ἐστὶ, καὶ ἡ δι' Ἀζύμων τελετή. τὰ γὰρ ἄλλα διαφοραὶ μὲν τινές εἰσιν, οὐ μὴν τοιαῦται. ὥστε δι' αὐτὰς τηλικοῦτον σχίσμα γενέσθαι. *Circa quæ potissimum dissidemus, sunt, additio in Symbolo, & sacrificium in Azymo: reliqua enim differentiæ quidem sunt, non tamen illæ, quæ tantum dissidium creare possint.* Et Ioannes Episcopus Cytri Responsis ad Constantinum Cabasilam; Δύο εἰσὶ προφανῆ καὶ μεγάλα, ποιοῦντα διαφορὰν μέσον ἡμῶν, καὶ τῶν Λατίνων. τὸ πρῶτον καὶ μεῖζον τὸ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος δόγμα. τὸ δεύτερον δὲ καὶ οὐ τοῦ ἴσου λόγου, τῶν Ἀζύμων ἡ προσφορά. *Duo sunt manifesta & magna, quæ inter nos & Latinos faciunt differentiam, primum & maius, dogma de Spiritu sancto; secundum nec tanti momenti, Azymorum oblatio.* Theophylactus inter Schismaticos non fluxæ auctoritatis, neque dogma, neque additionem reijcit, sed concedit Pontificijs vtrumque, extra tamen Symbolum. Nicetas Maroniæ Thessalonicensis Archiepiscopus de additione tantummodo subaccusat. Petrus Patriarcha Antiochenus, etiam additionem si aliter fieri nequeat, permittit. Vide quæ alibi de hoc eodem argumento scripsimus.

Hinc vt vides tuum dissidium inter Græcos & Pontificios leui subnixum fundamento cadere, & vnionem inter has Ecclesias, si pertinacia, & antecepta opinio, odium

etiam

etiam inter has nationes alias ob causas innatum non obstaret, posse succedere. Quod ex tuis quoque non nemo agnouit, aperteque confessus est, Latinos cum Græcis facile posse conciliari, *ostendere passim Acta Synodi Florentinæ, partim quæ in Russia, Polonia, & Lituania reipsa conspiciuntur. Sumenda est autem Ecclesia Græca*, attento animo excipe, Hottingere, *non qualem ex suo capite Cyrillus nuper inductus pretio confinxerat, sed qualis est reuera, qualem nobis exhibent scripta Hieremiæ, & decreta nuper facta Patriarcha Parthenio cætui præsidente. Videbis sacramenta eadem, & dogmata conuenientia, ita vt post factum Schisma Archiepiscopus Thessalonicensis non falso Adriano Papæ Romano scripserit, fidem vtrobique esse eandem.* Et alius contra te. *Neque enim Hottingerus nobis persuadebit ex eo argumento, quod Cyrillus ita senserit, illico sequi confessionem illam docere qualis doctrina in Ecclesiis Græcis Cyrillo viuo fuerit recepta, nisi se eadem illationis vi velit constringi vt dicat, Confessionem siue sententiam scripto editam a Mose Amyraldo professore Theologo Salmuriensi disertissimo de prædestinatione, docere qualis doctrina in Ecclesiis reformatis, vel etiam minimum Gallicis viuo Amyraldo fuerit recepta: cum tamen non tantum Batavi, & Galli magno nume-*

ro Amyraldo contradixerint, & adhuc contradicant. Noui Amyraldum non esse Patriarcham Gallorum quemadmodum Cyrillus fuit Patriarcha Constantinopolitanus; nihilominus syllogistico robori suus constat neruus. Non enim sequitur Patriarcha Constantinopolitanus peculiarem aliquam plausibilem habet sententiam vel confessionem, ideo illius quoq; est tota Ecclesia Orientalis. Oportet namque, vt Patriarcha prius eandem toti Ecclesiæ persuaserit, vel talem confessionem publice vbique sine contradictione introduxerit. id quod de Cyrillo probare poterit nunquam. Opponimus autem viro doctissimo, 1. geminam illã Ecclesiarum Orientalium Synodalem censuram, aduersus illam confessionem promulgatam, primam quidem anno 1639. sub Cyrillo Berrœensi Cyrilli Lucaris, qui confessionem scripsit in Patriarchatu Constantinopolitano successore; Secundam vero anno 1642. sub Parthenio Patriarcha itidem Constantinopolitano, vtranque multis Patriarcharum, Episcoporum, & Sacerdotum subsignationibus munitam, uti publica harum censurarum editio omnia ostendit. Ego quoque in Consensione mea de Purgatorio inter Græcos, & Pontificios fuse declaraui, quæ requirantur necessario ad stabiliendum, Græcos, vel Græcorum Ecclesiam ita sentire, vel hanc vel illam sententiam defendere,

vt

vt tuto dici possit, tum Græcos sententiæ Ecclesiæ Romanæ aduersari. Et hæc nunc satis dicta sint ad tua Hottingere mendacia, quibus has tuas paginulas infecisti.

Acue censorij tui styli mucronem in magnum meum librum de Ecclesiæ Orientalis atque Occidentalis consensione, quem excipiam animo volenti, nec certamen defugiam. Sed audi. Depone prius rabiem, exue petulantiam, scribe serio, ex ipsis Græcorum integris fontibus, non ex riuulis cœnosis, & parum harum rerum consultis hominibus veritatem hauriens; cum hoc, vt aiebat ille, tardi ingenij sit, & satius est mutum esse, quam quod nescias, & alij non intelligunt, scribere. Sunt enim etiam apud illam nationem, & fuere, &, quod non sine animi dolore pronuncio, erunt male sani homines, qui contentionis studio furoreque inflammati non quod est, sed quod rabies ingerit in Pontificios accumulant. His nec hilum animus aduertendus est.

Et vt insciens ne sis, sed ad plenum noscas, id tibi prædictum habe, esse multos in Græcia vilissimæ sortis homines, rerum omnium bonarum nescios, quos, cum non honorem, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogi-

tarint, & per summam impotentis animi effrænationem vitam agitent; omnes viri ingenui vti malcolentia corporis retrimenta acerbe ferunt, & stomachantur, & a sese quantum possunt longissime propellunt. Et licet insigni turpitudine notati, atque aperto dedecore, & infamia sint, sunt tamen ad malum excogitandum acutissimi, ad audendum impudentissimi, & ad efficiendum acerrimi. Hi itaque in sordibus gementes in Patria, ab amicis; a nummis, & existimatione inopes; lacero induti palliolo, vt aliquam religionis notam præferant, ad exteros, & potissimum ad fidei Catholicæ oppugnatores accurrunt, re quidem miserrimi, sed titulis & dignitatibus gloriosi. Hic scilicet Archimandrita est, hic Protosyncellus, alius Chartophylax, alius Protecdicus, alius Exarchus; & quænam in Ecclesiastico foro dignitas est, quam ipsi ἀυτοχειροτόνητοι impudentissime, & falso non iactent? Sic insinuantur Heterodoxis, lenocinantur, sermonesque suos ad eorum gratiam fingunt; tantum vt nummos emungant. Et vt plausibilior res succedat, & eorum animis res acceptior intonet, de Græcis ea referunt; Eos nempe a Pontificijs ita esse animo abalienato, vt vnio prorsus desperata sit: Pontificem

Romanum odio acerbissimo prosequi, eum detestari, & vti hæreticum auersari: Latinorum Ecclesiam, ritus, cæremonias, consuetudines, & reliqua omnia Gentilium ipsorum profanis orgijs pestilentiora ducere: etiam nunc in Græcia Pontificiorum conuiuia, congressus familiares deuitare: & contra, eorum hostes summopere laudare, eorum sententias non negligere, quas promptius exciperent, si quis adesset, qui illas sua interpretatione, & earum a Pontificijs discrimen expeditiores faceret: se iam missum ab illius Ecclesiæ primatibus, vt exactius inuestigaret: tenere se modum vnionis cum illis & facilem, & non multis sumptibus parabilem: Verum obstat tyrannis Turcarum, & inopia Patriarcharum & Præsulum, quibus si subministrentur impensæ ad exsaturandam sitim prædominantis, omnia subsequerentur fortunatissime. Tandem concludit, ne operam tam piam, tam Deo gratam, atque Christianæ Reipublicæ proficuam negligant: nunc occasionem esse perquam opportunam sicuti ipse iam callet, habetque in mandatis: si subterfugiat occasio, omnia iam cadent in nihilum. Dent modo ipsi pecuniam, vt ipse viuat, & postmodum aliam ad talis vnionis procuratores. Non mentior

Hottingere. Similia monſtra plura vidit Germania, & Hollandia, a quibus deluſæ vnionem, vt ita dicam, biennio abſoluendam, & quam ipſæ ingenti pecunia redemetant, non dum incœptam, tantum abeſt, vt abſolutam videant. Poſſem etiam eorundem nomina exprimere; ſed indignatur calamus referre. Quærito illa per te, ſi commodum eſt. Caue itaque, ne horum relationibus nixus de Græcorum religione contra Allatium ſcribas. omnia enim in tuis ſcriptis inaniter, & futiliter conſarcinabis, nec ea quæ poſſunt ad rem. Ne ergo iudiceris in rebus Græcorum dijudicandis ineptus non ad ſermones ab ingenijs prudentium repudiatos, ſed ad ſapientiorum, & qui phroneſi vtuntur, & ad libros eorundem Rituales, & Doctores Eccleſiæ recurre, quorum ipſi dictis ſtant, ad mentem veram extorquendam: quod cum hoc vſque dum non feceris, in tot propudioſa mendacia lapſus es, quaſi totus eſſes ex fraude ac mendacio factus. Sed quid ego hæc pluribus æque atque ſi de re obſcura dubitaretur? Patere itaque ſuſtineque, ſaltem cum ſimilia ſcribis, aliquas horas in eorum lectionem impendere, vt te apud catos viros a ſtultitiæ nota ſubtrahas, & videaris aliquid tandem aliquando ad

rem

rem dicere, & me redarguere, si mentior. Res sacræ & Ecclesiæ Græcorum antiquæ, recentiorisque consuetudines, nec fallor, stomachum tibi mouebunt, & cum eorum concordiam cum Pontificijs agnoueris, intemperiem. Finio, memore illa mente repetas velim, de veritate Dogmatum, & rectitudine Consuetudinum decertandum tibi modo cum Allatio non esse, sed tantum de Consensione inter Græcos & Pontificios: quare in singulis appende ex libris passim apud Græcos receptis, & in quorum dictis Græci plurimum ponunt, postmodum cum Pontificijs confer. Si παπτομάστιγας, & παπτομισοῦντας quæsiueris in simili negotio, in ora hominum pro ludibrio abieris, & stultitiæ ac fatuitatis notam plane non effugies. Testimonia siquidem, vt probent, ab hostibus sumenda non sunt. Fac sint testes tui frugi homines, in omnibus vitæ partibus moderati, pleni pudoris, pleni officij, pleni religionis, laudi & gloriæ nati, scripserintque quæ sciuerint, & opere ipso experti sint, non gurgites atque heluones, & propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas & alia flagitia publica nihili reputati: sat sciens, vbi turpitudo est, ibi veritatem esse non posse. tandemque concludo cum Hierony-

mo in Ruffinum: *Quæ voluisti locutus, quæ non vis audire debes*, & cum Terentio in Andria;

Benedictis si certasses, audisses bene,
Desinas maledicere, maledicta ne noscas tua.

& in posterum cum Homero;

Ὁπποῖον κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖον κ' ἐπακούσαις.

F I N I S.

IN-

INDEX CAPITVM.

ALLATIVS a Christo edoctus vnionem inter Græcos & Pontificios vrget, & non temere. Neque id probauit Hottingerus; nec vnquam probabit, qui cum a sacris abhorreat, de ijs iudicium ferre non potest. Cap. I. pag. 1

Nunquam in Ecclesia Græca defuerunt Pappomastiges. Hi tamen Ecclesiam Græcam non constituunt: nec ipsi Patriarchæ ἀπλωσίαν *possident. Ecclesia nauis est, & continuo varijs Hæreseon fluctibus iactatur, nunquam tamen mergitur. Cap. II.* 6

Ritus, & Consuetudines in rebus sacris peragendis non scindunt Ecclesiam, sed Dogma, Pappomastigum etiam decreto. Quare licet in nonnullis differant Græci a Pontificijs, in Dogmate tamen, & in Consuetudinibus quamplurimis concordant. Quos in sui fauorem laudat Hottingerus, non intellexit. Cap. III. pag. 9

Stultitia Hottingeri, qui ex aduersarijs Pontificiorum Pontificiorum regimen probari vult. Cuius probationem prorsus excludit; cum ad

illud

illud stabiliendum tum ipse, tum illi similes reÿciant Patres Græcos & Latinos, & tantum ad verbum diuinum prouocent, cuius expositionem sibi solis vendicant: & licet Patres verbis exosculari videantur, re tamen ipsa conspernantur. Cap. IV. 23

In testibus, vt credantur, requiritur sanctitas morum, fides integra, veritas, constantia, bona fama, vita laudabilis, quæ in Pappomastigibus desiderantur ab omnibus bonis, & quærendo inuestigantur, sed non inueniuntur, ipsis etiam asserentibus. Cap. V. 41

Græci etiam Pappomastiges agnoscentes obscuritatem in sacris literis, pro earum intelligentia ad Patres & Concilia, & Traditiones confugiunt. Fatuitas Hottingeri detegitur, qui cum Patres primitiuæ Ecclesiæ appellat, eodem quo & alios modo reÿcit. Allatÿ scopus in Libris de Consensione & alÿs est, non agere neque de veritate Dogmatis, neque de rectitudine Consuetudinum, sed tantum de Consensione in illis Græcorum, & Pontificiorum. Cap. VI. 47

Efficaciam ministerÿ non pendere a Ministro, etiam Pappomastigum testimonÿs. Et insulse ab Hottingero inter Capita dissidÿ hoc recenseri, cum id idem fateantur Pontificÿ. Cap. VII. 74

Multa

Multa mendacia Hottingeri in administratione Missæ redarguuntur. In ea licet sacrificium eucharisticum, commemoratiuum, & recordatiuum sit, etiam esse propitiatorium, expiatorium, satisfactorium pro peccatis viuorum & mortuorum, probatur testimonijs Græcorum Patrum, librorum illius Ecclesiæ Ritualium, & quod magis est, Pappomastigum: & id fieri pro peccatis viuorum & mortuorum. Et supina ignorantia, & male sana mens Hottingeri in pluribus detegitur, & nunquam illum libros Græcorum Ecclesiasticos legisse euincitur. Cap. VIII. 85

Oscitantia Hottingeri in referendis Græcorum ritibus Ecclesiasticis, & miserabilis inscitia, cum scribit, Græcos offerre in Azymo. Non semper eos sub vtraque specie participare. Illi aquam vino sed modicam immiscent, & non immiscentes condemnant. Fatenturque plerique Pappomastiges, Azymum esse vnum ex adiaphoris. Cap. IX. 118

Græcos Purgatorium non negare, cum orent æque atque Pontificij inter Officia tam priuata quam solemnia pro mortuis, vt liberentur a peccatis, pœnis, tormentis, lacrymis, & tandem igne, & his purgati reducantur in locum refrigerij, & relaxationis in conspectu Dei, Pappomastigum etiam placito. Cap. X. 130

In

In Ecclesia Græcorum vnum fere esse sensum omnium, etiam Pappomastigum, Sanctos & iustos post hanc vitam non in speculo & in ænigmate, sed facie ad faciem visione beatifica vna cum Angelis ipsis perfrui. Vt hinc etiam Hottingeri ignorantia & malitia simul in rebus Ecclesiasticis Græcorum recensendis luce & palam detegatur. Cap. XI. 155

Indulgentias Græcos pretio non redimere, sed nec Pontificios. Cap. XII. 222

Sculptilia Græcos vt reliquas Imagines maximopere venerari. Cap. XIII. 224

Confessionem singulorum peccatorum secretam & auricularem Græcos vsurpare sicuti Pontificios, Græcorum etiam Pappomastigum testimonijs contra Hottingeri mendacia stabilitur. Cap. XIV. 226

Episcopis coniugia plane interdici a Græcis: Ante Presbyteratum virgines, si vnicam, & virginem duxerint, ad Presbyteratum promouentur: ea demortua tum coniugio plane interdici: si duxerint, a ministerio cessant. De coniugio Presbyterorum nonnulla scitu digna: Moniales integræ semper Deo conseruantur. Cap. XV. 238

Vecordia Hottingeri refellitur etiam testimonijs Hæreticorum, quos ipse in sui fauorem laudat, dum summa rerum ignoratione scribit,

Græ-

Græcos sacra Ecclesiastica omnia lingua vernacula administrare. Cap. XVI. 246

Romani Pontificis Hierarchiam & præeminentiam in rebus Ecclesiasticis Græci agnoscentes tum antiquiores tum recentiores, suis dictis obedivierunt, & inuiti obedire coacti sunt: idque multis exemplis constabilitur, & potissimum auctoris Schismatis Photij. Nec aliud in dogmatibus fidei censuerunt, quam quod illis Romanus Pontifex iniungit, quod et Pappomastiges posteriores censuerunt. Cap. XVII. pag. 250

Sententia Latinorum de Processione Spiritus etiam ex Filio, licet innotesceret Græcis, nunquam tamen ab vllo eorum ad tempora vsque Photij fuisse vti hæreticam condemnatam: ideoque nec causam Schismati Photiano dedisse. Cap. XVIII. 290

Post Photium non reputatam fuisse hæresim processionem Spiritus etiam ex Filio, neque propterea vti hæreticum excommunicatum fuisse Romanum Pontificem: & consequenter non fuisse causam Schismatis. Cap. XIX. 414

Additionem factam in Symbolo Filioque *non fuisse in Ecclesia Græca prohibitam: & quando fuerit facta in Symbolo, discutitur. Cap. XX.* pag. 499

Quæ Additio, Ademptio, & Immutatio prohibea-

bea-

beatur in Symbolo. Et quando prohibitio facta sit? Cap. XXI. 535

Quid sit aphoristice dicere Hottingeri. Cap. XXII. 569

Male concludi dissidium inter Orientales & Occidentales ab Hottingero: cum in multo pluribus conueniant illi inter se, dissideant ab Hæreticis. Cap. XXIII. 574

Qua ratione Allatius alastor sit, & fumos vendat: & quid probandum sit Hottingero, vt dissidium inducat? Cap. XXIV. 586

SCRIPTORES CATHOLICI

Laudati in hac Diatriba.

Ado
Agatho Papa
Alexius Ariſtenus
Ambroſius
Anaſtaſius Bibliothecarius
Anaſtaſius Patriarcha Antiochenus
Andreas Cretenſis
Andreas Hymodus
Angelus Hymnodus
Anonymi
Arſenius Conyrenſis Epiſcopus
Athanaſius Alexandrinus
Auguſtinus Hipponenſis
Baſilius Magnus
Baſilius Vniuerſæ Ruſſiæ Imperator
Beſſario Nicænus Cardinalis
Cæſar Baronius
Carolus Magnus Imperator
Chriſtianus Auctor Topographiæ Chriſtianæ
Conſtantinus Meliteniota
Coſmæ Melodi vitæ Auctor
Cyrillus Alexandrinus.
Damaſus Papa
Daniel Monachus
Demetrius Cydonius
Demetrius Raulus
Dionyſius Areopagita
Elias Cretenſis

En-

Engolismensis Monachus S. Eparchij
Ephræmius Antiochenus
Epiphanius Cyprius
Eulogius Alexandrinus
Eustratius Presbyter Constantinopolitanus.
Facundus Hermianensis
Franciscus Zinus.
Gabriel Hymnodus
Garzias Loaisa
Genebrardus
Georgius Grammaticus
Georgius Diaconus Metochita
Georgius Scholarius, qui & Gennadius Patriarcha
Georgius Sphranza
Græcorum libri Rituales
Gregorius Magnus
Gregorius Abbas Oxita
Gregorij Decapolitæ vitæ Auctor
Gregorius Diaconus & Referendarius
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
Hieronymus
Iacobus Goar.
Ignatius Diaconus
Ignatius Hymnodus
Ioannes Canabutius
Ioannes Chrysostomus
Ioannes Damascenus
Ioannes Diaconus Romanæ Ecclesiæ
Ioannes Gerardi
Ioannes Hagioëlita
Ioannes Mauropus Euchaitorum Metropolita
Ioannes Octauus Pontifex Romanus
Ioannes Monachus Discipulus S. Basilij
Ioannes Patriarcha Hie-

Hierosolymitanus, alius a Schismatico
Ioannes Plusiadenus
Ioannes Stephanus Durantus
Ioannes Veccus Patriarha Constantinopolitanus
Iosephus Hymnodus
Iosephus Methonensis
Iosephus Patriarcha Constantinopolitanus
Irenæus Lugdunensis
Isaacius Angelus Imperator
Leo Magnus
Leo Conturipinus
Leo Imperator cognomento Sapiens
Leo Siculus Grammaticus
Leontius Episcopus Neapoleos Cypri
Luitprandus Ticinensis
Macarius Ægyptius
Manuel Caleca
Martinus Polonus
Maximus Homologeta
Michaël Archimandrita
Michaël Choniata Athenarum Episcopus
Michaël Monachus
Michaël Syncellus
Nectarius Abbas Casulensis
Nicephorus Blemmida
Nicephorus Constantinopolitanus Patriarcha
Nicetas qui & Dauid Paphlago
Nicetas Heracleensis
Nicetas Nicænus
Nicetas Rhetor
Nico
Oecumenius
Pachomij vitæ Auctor
Q Pa-

Pachomius Monachus
Paphnutius Abbas
Pauli Patriarchæ Constantinopolitani vitæ Auctor
Petrus Arcudius
Petrus Argiuorum Episcopus.
Petrus Lombardus
Petrus Patriarcha Antiochenus
Petrus Pithœus
Philippus Hymnodus
Philippus Labeus
Photius Sceuophylax,
Robertus Bellarminus.
Simeon Metaphrastes
Simon Constantinopolitanus
Socrates
Sozomenus
Stephanus Junior Martyr
Stephanus Papa
Stylianus Cæsariensis
Synodus Barensis
Chalcedonensis
Constantinopolitana secunda,
Constantinopolitana contra Acindynum,
Ephesina,
Ferrariensis,
Florentina,
Lugdunensis,
Nicæna prima,
Nicæna secunda,
Romana,
Sexta Oecumenica,
Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus
Theodorus Antidorum Episcopus
Theodorus Cœtonita
Theodorus Cyzici Episcopus

Theo-

Theodorus Patriarcha Hierosolymitanus
Theodori Studitæ vitæ Auctor
Theodorus Studita
Theophanes Nicænus
Theorianus Philosophus
Thomas Aquinas.
Vgo Ætherianus.

SCHISMATICI.

Andronicus Camaterus
Angelus Aidarus.
Barlaamus Monachus.
Callistus Angelicudes
Christophorus Angelus
Constantinus Acropolita.
Demetrius Chomatenus
Demetrius Chrysolora.
Eustratius Nicænus Metropolita
Euthymius Zygadenus.
Georgius Boila
Georgius siue Gregorius Patriarcha Cõstantinopolitanus
Georgius Corcyrensis
Georgius Gemistus Pletho
Georgius Pachymeres
Georgius Sphranza
Georg. Trapezuntius
Gregorius Palama Thessalonicensis Archiepiscopus
Gregorius Protosyncellus
Ioannes Cytri Episcopus
Ioannes Nesteuta Patriar-

triarcha Constantinopolitanus
Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, alius a Catholico
Ioannes Phurnes
Ioannes Zonara
Iosephus Bryennius
Iosephus Philagrius
Laonicus Chalcondylas
Leo Bulgariæ Archiepiscopus
Macarius Ancyranus
Manuel Rhetor
Marcus Alexandrinus Patriarcha
Matthæus Blastarius
Matthæus Hieromonachus
Matthæus Philaretus
Maximus Margunius
Maximus Planudes
Michaël Anchiali Patriarcha Constantinopolitanus
Michaël Glyca
Michaël Psellus
Nicephorus Callistus
Nicephorus Gregora
Niceta Choniata
Niceta Maroniæ Episcopus Thessalonicensis
Niceta Seidus
Niceta Stethatus siue Pectoratus
Nicolaus Hydruntinus
Nicolaus Cabasila Episcopus Thessalonicensis
Nilus Cabasila Episcopus Thessalonicensis
Nilus Damyla
Nilus Rhodi Episcopus
Philotheus Coccinus Patriarcha Constantinopolitanus
Photius Patriarcha Constantinopolitanus Auctor Schismatis

Sa-

Samonas Gazæus
Simeon Patriarcha Hierosolymitanus
Simeon Thessalonicensis Episcopus
Synodus Trullana
Theodorus Balsamo
Theodos. Zygomala.

HÆRETICI.

Anabaptistæ
Barptolomæus Causæus.
Carolus Molineus
Cyrillus Lucaris Patriarcha Constantinopolitanus.
Dauid Cytræus
Dauid Georgius
EduardusBrereuuodus
Erasmus Roterodamus.
Gabriel Seuerus Episcopus Philadelphiensis
Gaspar Peucerus
Gaspar Suuenchfeldius
Georgius Coresius
Georgius Fhelauius
Georgius Scholarius, qui & Gennadius Patriarcha.
Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus.
HeidelbergensesTheologi
Huldaricus Zwinglius
Iacobus Vldricus
Ioannes Brentius
Ioannes Bugenhagius
Ioannes Henricus Hottingerus
Ioannes Pomeranus
Ioannes Sommerus
Ioannes Vvigandus.
Magdeburgenses
Mansfeldenses Theologi

Mar-

Marcus Eugenicus Episcopus Ephesius
Martinus Crantius
Martinus Lutherus.
Parthenius Patriarcha Constantinopolitanus
Petrus Martyr
Philippus Melanchthon.
Quintinus Heduus Libertinus.
Sebastianus Castalio
Sebastianus Munsterus
Tertullianus
Theodorus Beza
Tilmannus Hessusius
Thomas Muncerus
Vitus Theodorus
Vrbanus Regius
Vvilhelmus Clebitius
Vvirtembergenses Theologi
Vvolfgangus Musculus.

Digitized by Google

Digitized by Google